PAVLI BVSII IC.

COMMENTARII

IN PANDECTAS DOMINI IVSTINIANI,

CVM DIFFERENTIIS

IVRIS CANONICI,

ET

CONSVETVDINVM,

Item ſolutionibus enantiophanωn, deciſionibus præterea juris prope totius inter Doctores controverſi, ſingulis legibus additis.

Tomi duo poſteriores.

Quibus explicantur quatuor partes Digeſtorum poſteriores.

FRANECARÆ FRISIORUM,

Ex Officinâ Typographicâ Vlderici Dominici Balck, in vico Academico, CIↃ. IↃ. XIIII.

Cum Privilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO DOMINO

DOMINO

GEORGIO VVILHELMO,

Marchioni Brandeburgico,

Duci Boruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorum, In Sileſia, Croſnia, &c.

Burggravio Noribergenſi, Principi Rugiæ,

Comiti Marchiæ & Ravenſpurgi, Domino in Ravenſtein,

Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis Brandeburgici

S. Rom. Imperij Electoru & Archicamerarij filio natu maximo.

Domino clementiſſimo

S. P. A. D.

PRoviſum ita cùm ab univerſi authore Deo ſit, Princeps Sereniſſime, ut conſervando generi hominum ſuus reipublicæ ſtatus conſtaret: prudenter omnino, nec ſine beneficio numinis, comparatum eſt, ut actionibus noſtris ac vitæ adeo univerſæ freno forent leges moresq́;boni. Quo nimirum naturæ quæ pleriſque corruptio aut ſocordia ineſt, cohibeatur juſto dictamine rationis; *ϗ τῦτο, κανον τε ἐϛὶν δικαίων ϗ ἀδίκων.* Sed non omnium populorum leges eædem ſunt, & aliis alię jam inde ab antiquo pręſtantiores fuere. Mihi tamen hiſtorias voluenti haud aliæ perinde illuſtres atq; aptæ imperio quam Romanorum videntur. Nam quod aliæ gentes quandoque in paucis diverſè nec minus prudenter ſibi ſanxere, occaſioni damus quæ jus ſubinde varium facit pro loci aut morum aſperitate, lenitate. In genere videlicet atque omnibus propè præſtantiores illas eſſe, tria arguunt. Eorum unum iſtud eſto, quod Galli, Hiſpani, Turci, Populique innumeri, amoto jam ante ævum Imperio Romano.

Et hoc regula ſit juſtorum & injuſtorum.

rum inſtitutis, eorum nihilominus utantur. Et ſi fortè qui populi perinde humani alii, amoviſſe illa jam olim cum imperio videantur, ſententiam tamen eorum in pleriſque retinent; abolitione contenti nominis Romani. Cui conjunctum alterum eſt, quòd ij quibus nunquam antè majeſtas Iuris hujus agnita fuit, aſperiora quæque proprii juris κάλα πάνυ καλόντα velut aſpergine boni & æqui poliunt; emendant. Quin & vaſtato direptoque imperio Occidentis, victores barbari inſtituta quoque Romanorum omnia, velut à ſtirpe ſuccidêre. non quidem protinus, ſed paulatim. Vnde factum ut Italia, Germania, Gallia, Hiſpania ceteræque iſtis contiguæ regiones, conciderint in barbariem priſcam; quaſi putâ & unà pariter deletâ omni humanitate, doctrina. At verò quòd repertis poſtea legibus, & mox ab Irnerio reſtitutis, Majeſtas imperii quoque reſtituta paulatim ſibi eſt, vel in primis hujus juris præſtantiam evincit. Nam quæ deinde illam denuo infregere, malæ artes & machinationes eorum fuere, intentos eſſe quos par fuerat religioni, & obſequium debitum præbuiſſe legitimæ Imperatorum poteſtati. Quam tamen illi non ſinè flagitio læſæ majeſtatis, minuêre paulatim impio prætextu τῆς ἱεραρχίας. *Sed horrenda peccata cum in conſuetudinem venerint, aut parva aut nulla eſſe creduntur.* Interim illud conſtat, commentatores juris Iuſtinianæi, pleroſque manibus parum concinnis hoc Sacrum tractaſſe. Ipſius enim gloſſatoris ſtudium (exceptâ imperitiâ antiquitatum) gratiam mereri ſummam cenſeo, nec ſolam, ſed unà & inſignem laudem. Quantus enim delectus in illo opionum; gratia eas recenſendi quanta brevitas quam perſpicua, quàm accurata? Et utinam ceteros minùs eruditos, non tenuiſſet tantopere deteſtandum illud ſcribendi κακοήθης, quo ſc. incondito ducti æſtu explicandi notas ſeu gloſſas ipſas, quoque opiniones infinitas reddidere. Sufficiat profectò illud, unà modo conſuetudines, uti hodie rectè fit, obſerventur, annotentur. Verùm aliter actum cum ſit, homines eruditione præſtantes Alciatus, Antonius Auguſtinus, Viglius, Duarenus, Cujacius, Hotomannus, alii, eò potiſſimum anniſi ſunt, ut juriſprudentia priſca reſtitueretur ſibi. Qua quidem in re

Div. Auguſtinus.

præcla-

Digitized by Google

præclaram laudem meruere, non tamen opera eorum id effecit, ut juriſprudentia noſtra vel in univerſum, vel majori ex parte ſaltem applicaretur juri non ſcripto, moribus recepto. Niſi quod Zaſius, Alciatus, Coſtalius nuper id tentavere, non tamen ex profeſſo. Ac tametſi laudanda omnino opera diverſorum Italiæ, Germaniæ, Galliæ prudentum eorum ſit qui edidere obſervationes rerum judicatarum, quarum & non pauca quandoque ex jure non ſcripto deciſę: non tamen quiſquam illorum onus juris commentandi delêgit diverſitatę juris non ſcripti annotatâ, explicatâ. Ego igitur ante annos tredecim rem ingentem ac difficilem aggreſſus, ante ſexennium commentarium ejuſmodi in tres partes Pandectarum priores edidi, quo non leges modò ipſas obiter explicui, ſed & unà diverſitate conſuetudinum, quotieſcunque ex à jure civili divertunt, diligenter aſcriptâ, interpretatâ. Quæſtiones pręterea quaſque Doctorum inutili diſputatione eorum reſecata, ex principiis ferè juris decidi, ſubjuncta paſſim rerum judicatarum authoritate. Iuris quoque Canonici differentias addidi, non quòd ei quid authoritatis ad abrogandum. Ius noſtrum tribuam, ſed quia ferè mores ſubſequitur; ut item (quod à nemine traditum ante, annotatum tamen & nobis eſt) quibus caſibus id juri noſtro ex more recepto deroget vel minùs. Differentias quidem Iuris Canonici & civilis obſervarunt diverſi: ſed quæ quibuſque in caſibus diverſis authoritas hujus vel illius eſſet, ex propoſito, quantum quidem nobis deprehendere licuit, explicuit nemo. Verum cum juriſperiti hujus ſeculi, quorum familiaritas mihi contigit, præſtantiſſimi, id aſſiduò contenderint à me, ut & duos reliquos tomos vulgarem, equidem operam dedi ut pręſtarem id ubi otium academicum illos perficiendi mihi contigit primùm. Interea febri, quæ me quartana menſes jam propè octodecim occupavit, quò minùs id fieret, effectum aliquandiu eſt. Damus igitur eos modò, & dedicamus celſitudini tuæ, Princeps Sereniſſime. Movit me, quod res iſta ad Principem aliquem imperii Romani, eumque ex primis, pertineret, quę juri ipſius illuſtrando ſit parata. Accedit quod eadem ex provinciis his prodit quæ ut proximę ſitu principatibus veſtris Cli-

Digitized by Google

vię, Iulię, Montium ſunt, ita fœdere ſanctiſſimo, ſereniſſimo Domino patri tuo, Electori Brandeburgico potentiſſimo, ſunt ſociatę, conjunctę. Quin & idcirco illam acceptiorem celſitudini tuę reor futuram. Vti & eò potiſſimum, quod eos imperio ac gubernationi iſtarum regionum illuſtriſsimæ celſitudini tuę, Sereniſsimus Elector, Princeps laudatiſsimus Parens tuus, conſiliarios ſtatuerit, quorum pręter generis decus, eruditionis & peritię reipublicę tractandę laus ea eſt, ut reſpublicas curæ tuę commiſſas paulatim ſumma tranquillitate fruturas ſperemus, voveamus. Rurſus eò quòd mos hic commentandi, ut novus, ita neceſſarius maximè & è reipublicæ commodo maximo eſt.

Laudandæ enim utcunque vel in primis lucubrationes eorum ſint, qui criticâ falce in recenſione juris noſtri, ſunt uſi: utilitatem tamen operæ noſtræ, in qua præſtanda, ingenii & judicii laudem minimùm aucupamur, ſemet ipſam commendaturam exiſtimamus. Idque celſitudini, Princeps Sereniſsime tuæ potiſsimum, cujus majores ſummam ſemper laudem meruere ſtudia liberalia fovendo. Nec abs re profectò, quippe qui principatus divinitus ſibi commiſſos nunquam unum aut paucos habuere, ſed plerumque eos numeravêre. Quamobrem & aſsiduo fuit opus illis, quorum prudentia & eruditio præ ceteris inſignis ac illuſtris eſſet. Et notum ſimiliter omnibus eſt, Sereniſsimum Principem electorem, patrem tuum tanto majori gratiâ ac benignitate eruditos complecti, quanto æterni Dei beneficio, nacti principatus, quàm antea vix alii, plures vos eſtis. Suſcipe proinde, Princeps Sereniſsime dedicationem noſtram accepta manu, vultu ſereno. Et librum hunc affectus eximii erga celſitudinem tuam mei teſtem fidum, perpetuum, recipe in tutelam celſitudinis tuæ, quam Reipublicæ Chriſtianæ totius ſolatio diu ſoſpitem Chriſtus Dominus ſervet.

Franekeræ Friſiorum 14. Martij

Celſitudini tuæ addictiſsimus

PAULUS BUSIUS

ICtus & Antecessor.

Illuſtribus, Ampliſſimis & Nobiliſsimis

ORDINVM
FRISIÆ
DELEGATIS,

Dominis ſuis plurimum obſervandis.

S. P. A. D.

Hæc eſt epiſtola dedicatoria partis primæ.

EX quo mihi vocatione veſtrâ munus profitendi Digeſtâ contigit, Viri Principes, nihil mihi antiquius fuit, quàm ut abſolvendi ea ſtudio vacarem, quæ in Pandectas Domini Iuſtiniani commentatus jam ante plures annos fui, & ex parte vulgavi. Siquidem haud aliud mihi perinde animo fuit, quàm ut impenderem ei tempus prope omne, quod ſupererat prælectionibus & diſputationibus, inventuti exercendæ. Magnæ tamen id molis fuit, & idcirco qui quartana jam diu febri, laboro, difficiliùs ei imponere datum eſt manum ſupremam. Interim Partem hanc jam abſolvi, & meritò igitur eam dedico vobis, Academia noſtræ, & otij, quod huic rei poliendæ datum eſt authoribus benigniſſimis. Quorum beneficio nimirum mihi non invito munus hoc contigit, quo & Viro Nobili D. Marco Lycklema à Nyholt ICto celeberrimo, & inter Ordines BelgI Generales modo Senatori Ampliſſimo, functioni huic renuncianti ſucceſſi, & conſuetudo contigit eximij & præſtantiſſimi IC. Timæi Fabri collegæ mei. Quando verò quodcunque id eſt ſtudij, in fundo quaſi veſtro non minima ex parte conceptum, in univerſum verò politum eſt & productum: ut benevolis animis vulgari id ſub authoritatis veſtræ tutela ſinatis, omni voto contendo. Valete interim conſilio & prudentia reipublicæ moderandæ Dei O. M. gratiâ, diu felices.

Ill. V. Amplitudini addictiſsimus

PAVLVS BVSIVS

IC. & Anteceſſor.

Digitized by Google

Nobiliſsimis, Ampliſsimis, Prudentiſsimiſque Dominis,

ILLVSTRIVM & PRAEPOTEN-
TIVM DOMINORVM

ORDINVM

TRANISVLANAE PRO-
VINCIÆ DELEGATIS,

Dominis ſuis omni obſequio obſervandis,

S. P. A. D.

Hæc eſt dedicatio partis 2. in hoc Tomo.

IN vaſto oceano commentariorum in Pandectas, viri nobiles & clariſſimi, dum id conor quo contentiones ſcriptorum, ut infinitas, ita ſine ordine ac ſtilo decenti vaſtas & ad incudem legum, & earum principia revocem: officij mei fuit, honori veſtro etiam partem aliquam conſecrare lucubrationum eam in rem noſtratum. Mos utpote priſcus eſt, ac jam indè à conditis literis in uſum deductus, ut authores operum, eadem dedicarent aut meritis ſingulatim, aut eminenti aliqua divinitus donatis dignitate. Vnde quidem juſtior mihi occaſio fuit cultum hunc exhibendi vobis; vobis inquam, quorum merita & dignitatem pariter agnoſcimus non modò, ſed ſumma gratitudine ac honore ſuſpicimus, reveremur. Cultum dico, quippe qui non honor ſimplex, ſed tantus jam ab antiquo habitus, ut eum indigitarent nomine conſecrationis, dedicationiſque. Prorſus ut dedicare gentiles DIS ſuis ſolent, ſacras quas ob hoc putabant, ædes; aras.

Et verò Hæc quæ offerimus cum talia ſint, ut placere ea deprehendamus quorum præcipua in juris peritia hac ætate laus eſt: conſimili propè modo inſcribere auſi ſumus Ill. N. A. Q. V. Maximè cùm, eorundem juriſprudentum monitis, ad complendos fœtus hos haud rarò invitemur; accendamur. Quod quidem futurum ego propediem ſperem: æternum tamen Deum rogo ut mihi liceat libero valetudine, quæ mihi jam prope annum adverſa febre gravi fuit. Cui ipſi æterno Deo ſupplico devote, ut, VV. NN. & AA. Illuſtreſque Dños Ordines, provinciæ noſtræ diù incolumes conſervet reipublicæ fovendæ, defendendę. Franekeræ Friſiorum 11. Iul. 1613.

Veſter PAVLVS BVSIVS IC.

Digitized by Google

PAULI BUSII IC.
COMMENTARII
BREVIS IN
PANDECTAS
D. IUSTINIANI,

Cum differentiis

IURIS CANONICI ET CONSUETUDINUM.

PARS IV.

LIBER XX.

De Pignoribus & Hypothecis, & qualiter ea contrahantur; & de Pactis eorum.

TRACTATUS de Pignoribus non abſurdo ordine ſubjungitur iis qui parte ſuperiore ſunt explicati, velut acceſſorius iiſdem.

Ad differentiam vocum pignoris & hypothecæ quæ pertinent, poſui *ad l. 1. de Pig. Act.* ubi vide.

Ad l. 1.

QUæ de Pignore alienæ rei tractantur; vide expoſita latè in noſtris, *ad l rem alienam. 41. de Pig. Act.* Quod verò hic ampliùs traditur, pignus alienæ rei, ſuperveniente debitori dominio ad retentionem valere, ei obſtat *l. cum vitioſè. inf. eod.* ſed ea ita obtinet ſi non ſuperveniat dominium debitori.

1. Argumentum hujus §.

2. Fructus quando una cum prædio cenſeantur pignori obligati.

3. Quomodo uſucapione aut præſcriptione rei ipſius pignus dicatur non perimi aut præſcribi. & num. 6.

4. Quid juris ſit, ſi creditor rem uſucaptam à poſſeſſore repetat.

5. Quando ad pignoris præſcript. 30. annis opus ſit.

7. Explicatio l. 2. C. de Luit. Pig.

§. Cum prædium.

1 PRædium aliquod à domino cum fructibus † nominatim obligatum
eſt, dein emptor ejus bonæ fidei tertius, qui id à non domino com-
pararat, percipiendo fructus ex eo fecit ſuos, conventus à creditore pi-
gnoratitio conſumptos non reſtituet (Fructibus tamen non obligatis
nominatim, tacitè idem actum cenſetur pignoratione prædii ipſius, *l.
in prædiis. inf. tit. 1. l. 3. C. Quib. Mod. Pig. Tac. Contr.*) At opponi
queat, quod uſucapto dominio pignoris nomine Serviana actio ſuper-
eſt, unde & pro fructibus conſumptis actio ſupereſſe videatur: Sed hoc
à propoſito diverſum eſt, quia res uſucapta tempore obligationis fuit in
bonis debitoris, fructus verò prædii obligati nunquam. *hucuſque tex.* E
2 diverſo † igitur, ſi fructus in prædio tempore obligationis fuerint pen-
dentes, & ita domini ipſius (quod vel ipſe prædium tempore contra-
ctus poſſederit, vel malæ fidei poſſeſſor) unà & obligatio fructuum
conſtabit, *l. fructus pendentes. ſup de Rei Vind. junc. l. potior. §. ſi de futura.
inf. Qui Pot. In Pig. Hab. l. 18. §. ſi fundus. de Pig. Act.* & ex conſequenti
proinde creditor pignoratitius eos avocabit, *gl. hic.* etiamſi eos poſſeſ-
ſor triennio uſuceperit. *per hunc tex. & l. uſucapio. C. eod. Coſtal. hic.*
Quod igitur Bartolus annotat nec fructus pendentes avocari poſſe,
Bart hic num. 6. cum modo accipiendum eſt, ſi puta ipſe debitor aut
malę fidei poſſeſſor tempore pignoris contracti non poſſederit, at bonę
fidei poſſeſſor fructus fecerit ſuos. *ut in hoc tex. & l. bonæ fidei. de Acq.
R. Dom.* tum enim alieni ſunt & idcirco non obligati, *tit. C. Si Al. Res
3 Pig. Det.* Sed quod † dicimus uſucapione rei ipſius non perimi pi-
gnus. *ut hic. & l. juſto. 44. §. non mut. tit. inf. de Vſucap. d. l. uſucapio.* id di-
verſum in præſcriptione 10. vel 20. annorum eſt, *l. 12. de Diverſ. Temp.
Præſ. l. 7. & l. ult. C. de Obl. & Act. l. ult. C. de Præſ. Longi Temp.* niſi de-
bitor hæreſve ejus pignus poſſideant, *l. 1. & 2. C. Si Adv. Cred. Præſ.
Opp.* Idque omne eò quod præſcriptio tempore uſucapionis latior eſt,
Inſt. de Vſucap. Hodie igitur quia uſucapio immobilium Juſtinianæa &

ipſa

ipſa longi temporis eſt, *l.un. C. de uſucap. Transform.* decennalis præ-
ſcriptio & dominii & pignoris cauſam pariter tollit. Ineptè tamen Cu-
jacius id etiam ad uſucapionem triennalem transfert, *in Par. C. Si Adv.
Præſc.* nam cum in eâ diverſa ratio ſit, Conſtitutionem novam exten-
di non oportet. Neque enim uſucapio immobilium alia ex cauſa peri-
mit pignus, quàm quia transfuſa eſt in longi temporis præſcriptionẽ,
arg. hujus tex. & d. l. uſucapio. cum ſim. Rectè proinde Bartolus, quòd
præſcriptio pignoris decennio finitur, id non eſſe ex præſcriptione do-
minii, ſed obligationis qua res pignori erat nexa. *Bart. hic. num. 2. gl.
poſt vet. interpr. Ioan. hic. Cin. in d. l. uſucapio. DD. communiter ad d. l. 1. &
2. C. Si Adv. Præſc.* Non minùs ineptè Irnerius, eum qui rem uſucepit
triennio, ne quidem decennio præſcribere pignori poſſe, *arg. l. in ſer-
vorum. C. In Q. Cauſ. Long. Temp. Præſ. Ceſſ.* quia ea tantùm ad præſcri-
ptionem & uſucapionem dominii pertinet, pignoris non item. Deni-
que & diſertè cautum eſt dominio poſſeſſori quæſito, non tamen ei per
hoc præjudicari in præſcriptione juris adverſus tertium. *l. in bello. §. ſi
quis ſervum. de Capt. & Poſtl.* Quid ergo ſi creditor † rem uſucaptam 4
poſſeſſori per Servianam avocet, num debitor eam rectè luet: & hoc
quidem magis eſt propter exiſtentem etiamnum pignoratitiam perſo-
nalem, *l. reſcriptum. 12. inf. de Diſtr. Pig.* Sed an non qui uſucepit, eam
denuo vindicabit, & hoc quoque admitti oportet. Vnde quæſitum eſt,
an non debitor eo caſu aliquod ſaltem remedium habeat conſulendi
ſibi: & tentatum eſt, cum jus retentionis habere donec nummi in re-
demptionem ſoluti refundantur, *arg. l. mulier. inf. Qui Po. In Pig. & l.
creditore. de Evict.* at quia in iis ll. pignoris cauſa ſublata non eſt: tutius
autumant, debitorem creditori rem cedere in ſolutum, quo recipiat
quod ampliùs in pretio eſt. *gl. hic. & Cin. in d. l. uſucapio.* Sed cùm cre-
ditor cogi nequeat rem alienam in ſolutum accipere, Bartolus probavit
conſilium prius, *arg. l. debitor. inf. ad Trebell. l. ex ſextante. §. Lucius. inf.
de Exe. Rei Iud. l. ſcimus. §. licentia. de Iure Delib. l. 1. C. Si Ant. Cred. Pig.
Vend.* ſed eæ parum ad rem pertinent, cum in iis omnibus jus princi-
pale vel adhuc ſuperſit vel ſuo effectui ſit datum; in propoſito verò
pignus luitione revocatũ foret & extinctum. Ego igitur, ad formidan-
dum omne periculum, conſulam ut tertius aliquis à debitore ſubor-
netur, qui luat eá lege ut ſuccedat in pignoris cauſam, *per l. 1. C. de His
Qui In Prior. Cred. Loc. Succ.* is vero id vel judicialiter diſtrahat, vel in
ſolutum accipiat, ut quod pretium debito majus eſt reſtituat debitori.
Atque hoc modo & ſibi conſulet, & periculum vindicationis evitabit.
Plane ſi poſſeſſor pignoris † non ſit bonæ fidei, triginta ei annorum 5
præſcriptione opus eſt, *l. ſicut. 3. C. de Præſ. 30. Ann.* ipſi verò debitori &
hæredibus ejus, annorum quadraginta, *tex. in l. cùm notiſſimi. 7. in prin.
C. eod.* Sed & triginta annis durat pigneratitia perſonalis, etiamſi hy-
pothecariæ antea ſit præſcriptum; maximè verò actio principalis, *l. 7.
C. Si Ad. Cred. Præſ. Opp.* Vt & viciſſim evenire poteſt, ſublatâ pigno-

ratitiâ actione perſonali durare hypothecariã,quod accidit in præſcri-
ptione debitoris vel hæredis ipſius, *l.cum notiſſimi.7. §.1. C.de Praſ.30.*
6. *Ann.* Aliàs verò, † ſi præſcriptum ſit actioni principali, vix eſt ut hy-
pothecaria ſubſiſtat, *l.item liberatur.6.inf. Q. Mod.* Pig. *vel Hyp.Solv.*
l.3 in fine.& l.4.ſup.de Pac.*fac.l.fœnerator.de Naut.Fœn.* Evenit tamẽ
id interdum, ut cum unus ex hæredibus pignoratitii debitoris, debiti
partem ſuam exſoluit: quamdiu enim ceteri non ſatisfecerint, credito-
ri etiamnum integra pignoris cauſa eſt, *l.rem hæreditariam.65.de Evict.*
7. *inf.l.1.C.de Luit.*Pig. Atque ita intelligenda † eſt, *l.2.C.eod. & ad d.*
l.1. referenda; idque eò quòd pignoris cauſa eſt individua, *ut in d. l.1.*
& l.unus.16.C.de Diſtr. Pig. Sed & alias evenire poteſt ut ſubmota a-
ctione principali duret interim hypothecaria, *ut in l.ſervum.27. h.t* ſi
fortaſſe creditor non iniquitate cauſæ, ſed culpâ quadam litem perdi-
derit; fortè quia malè eam intenderit, vel judicium non, ut par erat,
obſervarit, *adde l.qui occidit.30.ad l. Aq. ſup. Cujac.in* P*ar.C. de Luit.*
Pig. Niſi dicamus iis caſibus vel ad exhibendum actionem, vel in fa-
ctum prætoriam, vel de dolo eſſe pro re natâ, *arg.l.ſi de communi.19. Si*
Serv. Vind.& d.l ſervum.ad l. Aq. Denique & ſi pignoris poſſeſſor du-
rante tempore præſcriptionis hoc nomine ſit conventus, interrumpi-
tur etiam præſcriptio *30.*vel *40.*annorum, *d.l.cum notiſſimi. eod.iſto tit.*
niſi tamen non causâ pignoris ſed dominii interpellatum fuerit, quia
jus dominii à pignore ſeparatum eſt. *ut hic. & d. l. uſucapio.*

§. Pacto.

1. QVando † pacto placuit ut ad diem uſuris non ſolutis, fructus hy-
pothecæ penſentur uſuris legitimis: uſuris minoribus non ſolu-
tis, etiamſi compenſatione hac majores ex fructib. redigerentur quàm
de quibus convenerat, ſervanda nihilominus conventio eſt, ſed non
ultra legitimarum uſurarum modum. *ut hic. & l. pecunia. 9. de Vſur.*
2. Legitimæ verò † uſuræ ſunt centeſimę, ita ſic dictæ quod iis majores
(excepto quidem fœnore nautico, *l.eos.§.1.C.de Vſur.*) ne quidem de-
duci in ſtipulatum poſſint. Eædem idcirco & uſuræ licitæ, *l.pœnam.*
*44.de Vſur.*dictæ, & ſtatus earum modus, *l.placuit.29.eod.l.ſolutum.11.*
3. *§.3. ſup. de* Pig. *Act.* Sed eſt hac de re Conſtitutio Iuſtiniani † edita
Ius Can. diverſum. quæ majori æquitate rem hanc omnem moderata eſt. *d. l. eos.* Vti &
Iure Canonico hac in re mutatio aliqua introducta eſt. Sed de hac agi-
mus plenè infra ſuo loco. *ad Rubr. de Vſur.* Quid vero de antichreſi,
4. † juris ſit pluribus infra tractamus *ad l.ſi is qui.11.h.t.* ubi vide.

Ad l. 2.

FIdejuſſori & in fidejuſſorem qui creditori ſolvit non pignoratitia
actio ſed mandati eſt *ut hic.* igitur ſi ſolverit quod debitum ex alio
contractu eſt, quàm pro quo fidejuſſerat mandato debitoris, actio neg.
geſtorum eſt, *l.fidejuſſor. de Neg. Geſt.*

Ad l. 3.

SEntentia lata adverſus debitorem qui rem vindicabat, non nocet creditori parato probare tempore contractus rem fuiſſe in bonis debitoris. *ut hic & l. fin. inf. de Excep. Rei. Jud. l. præſens. C. eod. h. t.* niſi tamen id factũ ſit creditore ſciente. *l. ſæpe. 63. princ. de Re. Iud. gl. Coſt. hic.*

Ad l. contrahitur 4.

PIgnus contrahitur † conſenſu, *ut hic & l. 1. princ. de Pig. Act. l. 17. §. 2. ſup. de Pact. l. 2. C. Quæ Res Pign.* ideoque & inter abſentes per epiſtolam conſtituitur rectè, *l. penult. §. 1. inf. eod.* Nec refert quod dicitur pignus re contrahi, *§. fin. Inſt. de Obl. Quæ Re. Contr.* quia id de obligatione dictum eſt, quâ creditor illigatur demum pignus recipiendo, *vi. noſtra in d. l. 1. de* Pig. *Act. num. 7.* Sed ne quidem pignus † prætorium conſtituitur, niſi veniatur in rem præſentẽ. *l. non eſt. 26 §. 1. l. ſup. eod. t.* 1. 2.
Illud generatim ex † moribus ac ſtatutis obſervandum, Iure Saxonico immobilia non niſi coram judice loci ordinario obligari poſſe, *Lantr. lib. 1. art. 8.* Quod & Friſiæ jure noviſſimo cautum eſt. *lib. 1. Statut. tit. 10.* Idemque jam ante ſtatutis Hollandiæ & Tranſiſulaniæ proviſum fuit, & obtinet etiamnum. Neque tamen ob hoc, pignus judicio conſtitutum, judiciale cenſendum eſt tale quod in jure noſtro prætorium aut judiciale eſt. 3. *Conſuetudo Saxoniæ, Hollandiæ, Friſiæ, Tranſiſulaniæ diverſa.*
Prætorium † enim pignus juris authoribus propriè eſt, quod ex primo decreto abſque judicii ſtrepitu datur, vel quia non ſatisfactum eſt uti debuit, vel quia id meruit contumacia emanentis, *l. 1. C. de Præt. Pig. & tot. tit. D. Quib. Ex Cauſ. in Poſſ. Eat.* Iudiciale verò pignus dicitur † quod in executionem judicati capitur, *l. 1. & tot. tit. C. Si in Cauſ. Jud. Pig. Cap. & D. ac C. de Bon. Auth. Iud. Poſſ.* Licet verò utraque hæc interdum prætoria dicantur, *ut in L. 1. C. de Præt.* Pig. *Donell. c. 6, in trac. de* Pig. quòd ſcilicet judiciale quoque prætor decernit, *l. à Divo. 15. de Sent. Et Re. Ind.* tamen eſſe in cauſâ & formâ decernendi differentiam, diſtincti utriuſq; pignoris tituli indicant, *Cujac. in* Par. *C. de* Præt. *Pig. & in tit. ſeq. Vult. 1. Juriſp. Rom. c. 34. num. 29.* 4. 5.

Ad l. res hypothecæ. 5.

QVæ in principio hujus textus referuntur, plana ſunt. De pignore verò quod datur obligationi futuræ vide quæ nos infrà *in l. quæſitum. 14. inf. eod. §. 1.*) Relatus & explicatus eſt ſupra in noſtris *ad l. 1. de* Pig. *Act. n. 2.*

Ad l. obligatione. 6. l. 7. l. 8. & l. 9.

1. Obligatio omnium bonorum permiſſa eſt, & unà de bonis adhuc acquirendis intelligitur.

2. An & quando obl. generali contineantur nomina &

actiones, vel minùs.

3. *Quæ regulariter obl. generali non continentur. & num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

13. *Feudum ſinè conſenſu domini obligari nequit, emphyteuſis poteſt.*

1. NOn tantum pignus † conſtitui poteſt in rebus ſingulis, ſed & generatim in bonis cujuſque omnibus. Quod ferè fieri intelligitur, cum quis obligat quæ habet quæque habiturus eſt. *ut hic & l. 1. ſup. eod.* Si tamen hoc de futuris adjectum non ſit, ſubintelligitur ipſo
2. jure, *l. ult. C. Quæ Res Pign. Ob. Poſſ.* Eadem denique † conventione nomina quoque, jura, & actiones continentur, quia & hæc rectè pignori dantur. *l. 1. C. eod.* Niſi tamen nominatim mobilia & immobilia nectantur, quia hæc propriè ad neutra eorum pertinent, *not. in l. à Divo. 15. §. 2. de Re. Jud. l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio. ſup. de Pecul.* Actū autem id nominatim intelligimus, ſi ex negotio contrahentium conſtet, eos non generatim de omnibus bonis ſenſiſſe, & vocem mobiliū & immobilium adhibuiſſe tantùm causâ negotii reſtringendi. Atque ita intelligenda eſt regula Doctorum, qui perhibent mobilibus & immobilibus nominatim obligatis, nomina & actiones non contineri, *DD in d. l. à Divo. & alibi.* Si igitur ea tantum adjecta ſint pro more ac ſtilo notariorum hoc modo, obligo omnia mea bona tam mobilia quàm immobilia, magis eſt ex contrahentium mente, illa quoque obligata unà eſſe, *d. l. ult in fin. C. Quæ Res. Caſtrenſ in d. l. quam Tuberonis. §. in peculio. Pinell. in rubr. l. 1. C. de Bon. Matern. num. 29.* Denique ea in
3. obligationem † generalem non veniunt, quæ quis probabiliter non ſit obligaturus ſpeciatim, ut ſunt ſupellex domeſtica & veſtis neceſſaria. *tex. hic.* Niſi fortè obligatio concepta ſit in diem mortis obligantis, tum enim ceſſat ratio harum legum, ut rectè Neguſantius annotat,
4. *in tract. de Pign. par. 2. Memb. 2. num. 34.* 2. Non † venit in eam feudum, niſi acceſſerit conſenſus domini, *c. 1. princ. de Probib. Feudi Alien.*
5. *per Frid.* 3. Non bona † ſubjecta reſtitutioni fideicommiſſariæ puræ
6. vel conditionali, *l. ult. §. 2. C. Comm. de Leg.* 4. Non res † dotales, *arg. princ. Inſt. Quib. Al. Non Lic. l. un. §. & cum lex. C. de Re Ux. Act.* 5. Non
7. bona hæredis † qui ei qui omnia bona obligárat, ſuccedit, *l. Paulus. 29.*
8. *princ inf. eod.* 6. Non ſpes † publicorum præmiorum, *l. 5. C. Quæ Res Pign. Obl. Poſſ.* & conſequenter nec facilè ſtipendia vel quaſi ſtipendia militum aut advocatorum, *arg. l. ſtipendia. 4. C. de Exec. Rei. Iud.* 7. Non
9. religioſa †. *l. 2 & ibi DD. C. de Relig.* 8. Non res minorum immobiles
10. aut † pretioſiores ſinè decreto, *l. lex quæ tutores. 22. C. de Adm. Tut. tit.*
11. *D. & C. de Reb. Eor.* 9. Non † religioſa. *l. 1. §. fin. Quæ Res Pign. Dari. Poſſ. l. ult. verſ. exceptis. C. de Litig. l. pete. 69. §. prædium. inf. de Leg. 2. l. 1. inf.*

Digitized by Google

inf. de Fun. Dot. 10. Non inſtrumenta † aratoria, *l. exſecutores. 7. C. Quæ Res. Pig. Obl Poſſ.* Denique & regula † generalis traditur, quæ emi vendi poſſunt, eadem quoque pignori poſſe obligari, *l. 9. §. 1. hic.* & vice versâ, *l. 1 §. fin. inf Quæ Res Pig. Obl.* Id verò an & quatenus ità in ſervitutibus ſit, tractamus infrà, *in l. ſi is qui. 11. §. fin. h. t.* Sed neque id obtinet in obligatione rei alienæ, quippe quæ omnino interdicta eſt, *l. 1. princ. ſup. eod. l. rem alienam. ſup. de Pig. Act.* niſi quod ex contractu ejuſmodi perſonalis actio contraria ſit, *l. tutor. 16. §. 1. ſup de Pig. Act. l. quæ prædium. C. Si Al. Res. Pig.* Res tamen aliena etiam vendi poteſt. *l. rem alienam. ſup. de Contr. Emp. v. Subtil. noſtras lib. 7. c. 9.* Sic è diverſo † res emphyteutica alienari ſinè conſenſu domini nequit, *l. 1. C. de Iure Emph.* pignorari poteſt, *l. lex vectigali. 31. inf. eod Vbi tamen vide noſtra. & d. l. 16. § fin. de Pig. Act.* Et per conſequens continetur obligatione omnium bonorum generali. Tametſi verò Alexander id in dubium trahit, *lib. 1. Conſil. 41. Berous Conſil. 127. num. 12. lib. 1. arg c 1. §. in generali. Si de feudo def. contr. erit inter dom. & vaſall. in Vſ. Feud.* quaſi idem in emphyteuſi quod in feudis ſit, id tamen parum ad rem facit: cum à feudo quidem ad emphyteuſin argumentari liceat, *Eu. in lo. à Feu. ad Emph.* non tamen cum diverſa in utroque ratio eſt, ut in propoſito. Feudũ enim non requiſito domino obligari nequit, emphyteuſ. poteſt. *d. l. lex. vectigali. inf. eod. Ripa in l. 1. num. 10 ſup. eod. Bart. in l. ſi conſtante. num. 73. Sol. Matr. Gail. 2. Obſ. 25. num. 6.* 12. 13. 14.

Differentia feudi & emphyteuſeos in pignoribus quæ ſit.

Ad l. ſi debitor. 10.

Iunge huic textui *l. 16. §. ſi duo inf. eod & noſtra ibid.*

Ad l. ſi is qui. 11.

PRincipium hujus legis explicatum eſt in noſtris *ad l. civitas. de Reb. Cred. ſuprà ubi vide.*

§. 1.

1. *Antichreſis quid, & quando permiſſa. & num. 3. ac 4.*
2. *Quid juris ſit, ſi de fructibus nihil ſit conventum.*
5. *Quid juris ſit, ſi de uſuris nihil ſit conventum. & 6.*
7. *Quid ſi non ſtipulatione ſed pacto de uſuris actum ſit.*
8. *Iu. Canon. quid hac de re ſtatutum, & an antichreſis admiſſa. & num. 9.*
10. *Quæ actio parata ſit antichreſeos repetendæ cauſâ.*

ANtichreſis eſt conventio † de pignoris uſu pro uſu pecuniæ mutuo datæ, *ut hic.* quo nomine tamen interdum venit fundus in antichreſin datus. *l. 33. de Pig. Act.* idque ità per metonymiam. Sed regulariter creditor † fructus pignorum uſuris, ſi debitum uſurarium 1

Digitized by Google

2. ſit, &, ſi quid ſupereſt ſorti imputat, *l. cum & ſortis. 35. ſup. eod. tit. de Pig*
Act. l. 2. C. de Par. Pig. l. 2. C. de Diſt. Pig l. 1, 2. & 3. C. de Pig. Act. Si ve-
3. rò per antichreſin actum † ſit, ut creditor fructus percipiat in compen-
ſationem uſurarum, etiamſi illi quantitatem uſurarum utcunque ex-
cedant, ſervanda nihilominus conventio eſt propter incertitudinem
pretii eorum & quantitatis, *l. ſi ea lege. 17. junc. l. oleo. C. de Vſur. l.*
4. *pen. C. de Solut.* Hoc ità, ſi creditor †, ut convenerat, ipſe fundo frua-
tur, nam ſi eam certa penſione alteri locet, non percipiet ultra legiti-
mum uſurarum modum. *l. ſi ea 14. C. de Vſur. gloſ. vet. Ioan. ib.* idque &
Harmonopulus notavit. Quia ſcilicet tum ceſſat omnis incertitudo. Si
5. ager ſimpliciùs † pignori tradatur, & de uſuris nihil convenerit, cùm
debitor pecuniâ gratuitâ utatur, creditor viciſſim ex fructibus deducet
ad legitimam uſurarum quantitatem, *l. cùm debitor. 8. inf. In Quib.*
Cauſ. Pig. Tac. Contr. Tacita nimirum antichreſis contrahi cenſetur,
quoties prædium quidem pignori traditũ eſt, ſed de uſuris aut fructi-
bus nihil convenit. De ea verò ibidem agi vel ipſe titulus argumento
eſt, *Cujac. 8. Obſ. 17. Gotofr. hic.* Proinde expreſſa antichreſis interdum
legitimum uſurarum modum tranſgreditur, *d. l. 14. C. de Vſur.* tacita
6. non item, *ut in d. l. 8.* Quòd ſi quidem † de uſuris nihil convenerit, ſed
de pœna qualicunque tardæ ſolutionis actum ſit, ſupra eam creditor
uſurarum nomine nihil amplius exiget aut retinebit. *l. pignoribus. 22.*
7. *C. de Vſur.* Ceterùm ſi quid pacto quidem † de uſuris convenerit, non
tamen ſtipulatione, pignus nihilominus retineri poteſt in quantita-
tem uſurarum conventam, *d. l. 22.* ſed ſi poſtea majores repromiſſæ
ſint, de pignore verò denuo convenerit nihil, pignus quidem ipſum
in adjectionem novam non retinebitur, *l. per retentionem 4. C. eod. t. de*
Vſur. retineri tamen ex fructibus in eam etiam quantitatem poſſe,
magis dicimus, *Cujac d. lo. in fine cap.* adeoque id ipſius compenſatio-
nis ratio admittit, *l. ult. C. de Compenſ.* Sed quamobrem non & retine-
bitur res ipſa? jure certe Conſtitutionum id permiſſum apparet, *l. Vn.*
C. Etiam Ob Chirogr. Deb. Ret. Poſſe. Permiſſum tamen hoc eſt in ſor-
te alterius debiti non in uſuris, quæ fortè veniunt ex nova adjectionis
causâ. Nam cùm novatio & per ſe pignus tollat, *l. 18. de Novat.* & hæc
res in uſurarum causâ novationem quandam inducere videatur: ſatis
beneficii creditori contigit qui in conventionem uſurariam minorem

Ius Canon. diverſum an & quatenus in hac re ſervetur.

8. pignus retinet ſalvum. Denique illud hic ex jure Canonico † anno-
tandum eſt, antichreſin ex ejuſdem decretis non aliter permiſſam,
quàm ut fructus imputentur ſorti, *c. 1. & 2. & c. conqueſtus 8. de Vſur.*
niſi fortè medio antichreſios prædium eccleſię feudale vel aliàs à laico
poſſeſſum recipi poſſit, *d. c. 1. & 8.* Extra eum verò caſum contractus
uſurarius erit. Sed hoc in terris imperii non ſervatur, cum jus anti-
9. chreſeos paſſim in uſu † ſit ex definitione juris civilis; niſi contrahatur
antichreſis perpetua. Nam quia eo caſu res caderet in pactum legis
commiſſoriæ, in pignoribus prohibitæ, *l. ult. princ. ſup. de Contr. Empt.*

vide

Digitized by Google

vide noſtra in l.ſi fundus.16.§.fin.inf.h.t. rectè dicimus eam quoque antichreſin non ſubſiſtere ipſo jure, *D.Gail.lib.2.Obſ.c.3.poſt Molin.in Tract.Comm.q.35.num.263.& Mudæum in tr.de Pign.c.de Pacto Legis Commiſſ.num.34.* Videamus de † actione quæ creditori pro recu- 10
peranda antichreſi parata eſt. Et reſponſum eſt, amiſſa rei obligatæ poſſeſſione, ejus nomine in factum actionem dandam, *ut hic.* Rectè verò Marcianus, ſolere in factũ actionem dari. Probabile enim eſt & hypothecariam paratam. *Azo hic allegatus a gl. ſequitur Cujac. 3. Obſ. 35.* eò quòd antichreſis pignoris nexum continet re ipſa, eoque & ſoluto debito pignoratitia perſonalis parata debitori dicitur diſertè. *l.ſi pecuniam.33.de Pign.Act.ſup.*

§. Vſusfructus. & §.fin.

VSumfructum † & vendi & obligari poſſe certum eſt, *ut hic & l.15.* 1
inf.eod. l.arboribus.12.§.uſufructuarius.ſup.de Vſufr. Quod Marcianus ex Papiniano ita explicat, ut non quidem ipſum jus uſusfructus in perſonam emptoris aut creditoris transferatur, ſed defendatur uterque beneficio Prætoris ex conventione inter ipſos & fructuarium inita, *tex.hic.* Proinde non † obſtat *l.ſi uſusfructus.66.de Jure Dot.& §.* 2
finitur.Inſt.de uſufr. quia iis perhibetur ipſius juris uſufructuarii ceſſione in alium quàm dominum facta nihil agi. Interim tamen uſusfructus nomen pro utendi commoditate acceptum alienari poſſe, dicitur rectè; ita nimirum ut jus ipſum interea pendeat aut pereat ex perſona alienantis. Vnde & venditor eo caſu ipſe per emptorem uti frui cenſetur, *d.l.12.§.uſufructuarius.12.de uſufr.* Sed hoc in ſervitute uſus non 3
ita † eſt, quandoquidem in hac ne quidem utendi commoditas extra uſuarii perſonam conſiſtere poteſt, *princ.Inſt.de Vſu & Hab.*

Ad §. fin. leg. 11. & ad l. ſed an viæ. 12.

1. *Servitutes prædiales an pignori obligari poſſint.*
2. *Quare & quomodo aliud ſit in ruſticis quàm urbanis.*
& num.3.
4. *Servitutes antè conſtitutæ num obligari pignori poſſint.*

SErvitutes urbanas † pignori necti non poſſe certum eſt, *per l.11.§.* 1
fin.h.t. Idemque dicimus † de ruſticis. Sed in his hoc propter uti- 2
litatem contrahentium admiſſum eſt, ut utendi commoditas, hoc loco per homonymiam, ſervitutis nomine dicta (quia jus ipſum ſervitutis pro tempore conſtitui nequit *l.4.de Serv.l.44.locati*) creditori obligari queat. Et quidem eo effectu, ut, niſi ſolvatur debitum, jus ipſum ſervitutis tandem vendi queat vicino, ut nimirum ſervitutes fiant verè

Digitized by Google

per diſtractionem, ſi puta debitor ceſſet in ſolutione. *ut hic.* At quare
3. † non idem in ſervitutibus urbanis, *ut hic in l.12.* Accurſius & Bartolus ferè ita ſtatuunt, quòd interſit reipublicæ ne à momento ſolutionis debiti pro quo ſervitus pignori conſtitueretur, pendeat tignorum aut conſimilium rerum ſublatio. Sed ſi ea ratio ſufficiat, ne urbanæ quidem ſervitutes precario concedi poſſint, quod tamen permiſſum eſt, *l.3. de Precar. l. ſi quis ſepulchrum de Relig.* Hoc igitur alii improbant, & in utraque idem eſſe putant, *Duar. 2. Diſp. 13.* Sed appoſitè Cujacius rationem differentię hanc ſtatuit, quòd ſervitutes urbanæ ideo pignorari nequeant, quia aliis non ſint utiles, quam creditori vicino ab ea parte cui illę conceduntur, ideoque nec diſtrahi aliis poſſint; quod in ruſticis non ita eſt, quippe cum plerunque pluribus vicinis jus eundi agendi commodum eſſe poſſit. Differentia verò hæc in precario ceſſat, cum ſola quaſi poſſeſſio precario detur, nullo jure diſtractionis in alios copulata. *V. Cujac. 15. Obſ. 6. Connan. 4. Comm. c. 14 num. 1.2.3.4.5.* Illud quæſitum, An non etiam ſervitutes † fundo meo jam antè debitas pignorari ſit permiſſum. Negat Duarenus, *d. lo.* Donellus, *in tract. de Pig. c. 10.* Bronchorſt, *Cent. 2. Enant. c. 72.* quia ſervitutum cauſa cohæreat fundo cui illæ debentur, *l. via. 23. §. ſi fundus. l. anut. 34. de Serv. Ruſt. l. 12. C. Comm. Præd.* ac idcirco ſeorſim obligari non poſſint, Cujacius, *d. lo.* Mudæus, *tract. de Pign. c. quæ res pign. obl.* Connanus *d. lo.* contra, quia & alienari prædiis vicinis poſſint, *per hunc tex.* Sed utrorumque ſententia vera eſt diverſo reſpectu. Rectè ſiquidem dicimus, ſervitutem alteri fundo debitam alteri obligari poſſe, modo per hoc & per conſequentem venditionem, conditio prædii ejus quod ſervitutem debet, non fiat deterior *ut hic.* idque ex ſententia Cujacii & Connani, quia id non eſt in poteſtate ejus qui ſervitutem habet, *l. ſervitutes. 20. §. ſtillicidium. de Serv. Præd. Urb.* Rectè quoque dicimus obligari ſervitutes non poſſe, ſi obligatione hac vel deterior fieret conditio prædii ſervientis, vel ipſa ſervitus quam habet debitor, medio ejuſdem alteri communicaretur, *l. ex meo. 24. de Serv. Præd. Ruſt.* idque ex ſententia Duareni ac Donelli.

Ad l. grege, 13.

1. *Quatenus pignus pignori dari poſſit, & num. 2.*
3. *Quid juris ſi nomen meum vel mihi obligatum ego alteri obligem.*
4. *An eo caſu rectè ſolvatur creditori primo.*
5. *Quando et non rectè ſolvatur.*
6. *Num debitor ſolvens creditori primo, pignoratitiam perſo-*

Digitized by Google

perſonalem habeat contra ſecundum.

7. *Quando creditor primus liberetur ceſsione actionis ſua.*

§. Cum pignori & §. ſeq.

Pignus pignori † dari poſſe receptum eſt, *tot. tit. C. Si Pig. Pig. Det.* Solutione tamen à debitore primo factâ, ſolvitur etiam jus creditoris ſecundi, *ut hic & l. 2. C. d. tit fac tex. in c. cum contr. & ibi Panorm. col. 1. ex. eod.* Quamdiu verò ſolutio à debitore primo non fit, creditor etiam ſecundus & retentionem & hypothecariam habet, & jus adeo pignoris diſtrahendi. Denique & diſtractione à creditore ſecundo facta, reluendi pignoris, aut id repetendi debitor primus jus non habet, *l. 1. C. Si Pig. Pig. Det. l. 2. C. de His Qui in Prior. Cred. Loc. Succ.* Sed illud † ſciendum eſt, creditorem non in ampliorem ſummam pignus obligare poſſe quàm ipſi debetur, nam cum res ipſa pignorantis creditoris non ſit propria, ſed aliena, conſequens eſt ut ſi præterea contrahat, ipſo jure nihil agat, *arg. l. 1. C. eod. ti. Si* Pig. Pig. *Coſtal. hic.* 1 2

§. Sed poteſt dubitari.

Quandò verò † etiam nomen debitoris pignori dari poteſt, *l. 4. C. Quæ Res Pig. Obl. Poſ. l. 18. ſup. de Pig. Act.* quæſitum eſt: Si ego crediti mei nomen, aut etiam mihi obligatum, rurſus pignori dederim Sempronio creditori meo, cui dein à debitore meo ſolutum eſt, (uti fieri poteſt rectè, *arg. l. ſolutum. 21. §. ſolutam. ſup. de Pig. Act.*) an non mihi adverſus Sempronium creditorem ſecundum utilis actio danda ſit nomine rei ſolutæ? & reſpondet hoc loco ex Pomponio Marcianus, actionem non dandam; quòd nimirum aut nomen in pecuniario debito conſtiterit, quo caſu compenſatio adverſus me eſt, aut in corpore ſeu ſpecie, quo caſu ei retentio loco pignoris datur. *tex. & in eo Bart. & Gotofr. hic. Connan. 4. Comm. tit. de Pign.* An non ergo & ſolvi poterit † mihi creditori primo? & hoc quidem magis eſt, & ſolutione adeo hac debitorem meum liberari ab utroque, *l. debitor. 40. §. fin. ſup. de Pig. Act. l. de acceſſione. 14. §. & ſi mihi. inf. de Diverſ. & Temp. Præſcrip.* Niſi tamen ei nunc ſit † denunciatum ne mihi ſolvat, *l. nomen. 4. C. Quæ Res Pig. Obl. Poſ. l. 3. C. de Nov. & Del.* idque non ſimpliciùs, ſed additâ causâ pignoris mihi conſtituti, *ut appoſitè hic Add. ad gl.* In id tamen quod debitum meum majus eſt debito creditoris ſecundi, mihi actio eſt, *l. quamvis. 6. § ſi creditor. ubi vi. noſtra de* Pign. *Act.* Planè quod Coſtalius † perhibet, debitori pignoratitio qui ſolvit creditori primo, priuſquam ei hac de re eſſet denunciatum, etiam contra creditorem ſecundum pignoratitiam perſonalem eſſe, quaſi nimirum ea ſit in rem ſcripta: id nuſquam relatum eſt, nec rationi adeo conveniens. Nam quod ipſe id à ſimili convincere conatur, *arg. hujus tex. & l. 1. C. Si* Pig. *Pig. Det.* prorſus abſonum eſt, cum eæ agant de hypothecaria in rem 3 4 5 6

Digitized by Google

ipſi creditori parata. Meliùs itaque dicimus, debitori hoc nomine pignoratitiam adverſus creditorem primum dandam, ſi nedum ab ipſo liberatæ ſint, vel ſi liberatæ ſint, ad exhibendum in eum agi, vel officio judicis ab ipſo avocari poſſe, *l. petenti. 27. ſup de Pig. Act. l. ult. C. Si Pig. Pig. Dct.*
7. Quod verò ille ampliùs autumat †, ſi ego rem meam Titio, Titius Seio, Seius Mævio pignori dederit, qui deinde aufugerit & rem furto abſtulerit, liberari Titium ceſſione actionis ſuæ, adverſus Seium, Seium adverſus Mævium, eò quod pignoris obligatio jure permiſſa ſit. *Coſtal. hic. poſt Specul tit. de Pign. §. 1. verſ. ſed quæritur. & Panorm. in d. c. cum contra.* bonâ ratione nititur (niſi quæ culpa Seio imputari poſſit, quod homini antè quoque improbo aut minùs bonæ fidei rem commiſerit, itaque in culpa ſit, *l. 13. §. fin. & l. 14. ſup. de Pig. Act. vi noſtra ad l. ſi ut certo. 5. §. nunc videndum. num. 6. Commod.*) cum regulariter res quæque pereat ſuo domino, *l. cùm te. 5. ſup. de Reb. Cred. ubi vi. noſtra.*

§. Et in ſuperficiariis.

Hic §. pertinet ad ea quæ nos infra *in l. lex vectigali. eod.*

§. Etiam.

Explicatur in noſtris ſupra *ad l. 11. de Pig. Act.*

Ad l. quæſitum. 14.

1. PIgnus conſtitui poſſe etiam † pro debito in diem conſtat, itemque pro debito futuro, *l. 5. ſup. eod.* Iunge his quæ nos infra *in l. 9. Qui Pot. in Pig. Hab.* ſed ante diem agi pignoratitiâ non poteſt, *l. 4. inf. de*
2. *Diſtr Pig. l. 5. §. 1. Quib. Mod. Pig. vel Hyp. Solv.* Nec mutat hic † textus, quia is ita accipiendus eſt, ſi juſta ſubſit cauſa quare ante diem actio ſit admittenda, ut ſi debitor fortè ſuſpectus ſit, *arg. l. ait prætor.*
3. *10. §. ſi debitorem. 16. inf. Quæ in Fr. Cred.* Ante conditionem † tamen exiſtentẽ agi non poteſt, *l. prox. ſup. §. pen.* ſed eſt alia conditionis quàm diei ratio, cum debitum conditionale ante condit. exiſtentem omnino non debeatur, debitũ verò in diem etiam debeatur ſtatim, utut regulariter agi non poſſit antequam dies appareat. *l. cedere diem. 213. de Verb. Sig.*

Ad l. & quæ nondum. 15. §. 1.

HYpothecariâ agens in tertium poſſeſſorem, probare tenetur rem obligationis tempore fuiſſe in bonis debitoris. *ut hic. Afflict. deciſ. 383.* Iunge his noſtra *in l. 3. ſup. eod. & in l. 41. de Pig. Act.*

Ad l. ſi fundus. 16.

§. Si Res Hypothecæ.

MVtatione rei pignus non interit, *ut hic. & l. 29. §. 2. inf. eod.* ſilvâ tamen pignori datâ, non etiam pignori erit navis ex arboribus ejus confecta. *l. ſi convenerit. 18. §. penult. de Pig. Act.*

§. Si

§. Si duo pariter.

1. *Quid juris ſit re unâ duobus pariter obligatâ. & 3.4.5.*
2. *Conciliatur l.10. ſup. eod.*

VNa eademque res † duobus ſimul obligari poteſt, quo facto ſingulis pro quantitate debiti pignori erit. Sed num pro parte an verò in ſolidum acturi ſint, quæritur. Et quidem ſi eâdem die ſinguli ſeorſim contraxerint, in ſolidum agent, ſi ſimul, pro parte; niſi aliud actum ſit. *ut hic.* Non obſtat † *l. 10. ſup. eod.* ubi reſponſum eſt eadem re duobus ſimul obligatâ, ſingulis quidem in ſolidum actionem eſſe, ſed inter ipſos ſi actio ſit, poſſidentis conditionem meliorem eſſe: quia id quoque accipimus, ſi & ſeorſim cum ſingulis contractum ſit & hoc diſertè ſit actum, ut ſingulis in ſolidum pignori eſſet. *ut ibid. in tex. & l. 1. §. 1. de Salv. Interd.* Nam ſi † id diſertè actum non ſit, in extraneos quidem actio ſingulis in ſolidum eſt, *ut hic.* inter ipſos verò ſi agatur, æqualis utriuſque conditio eſt. *l. aliena res. 20. §. 1. de* Pig. *Act. ſup.* ut alias ferè ſemper, *l. reos. §. 1. de Duob. Reis. l. ſi non ſinguli. C. Si Cert.* Pet. *l.* Paulus. *2. de Re Jud.* Simul autem contraxiſſe videntur, qui contraxerunt eodem die, licet horis diverſis. *ut hic.* Quod Connanus ita temperat † niſi ex inſtrumento appareat de horarum diverſitate, eo enim caſu putat illum qui priori horâ contraxit, præferri alteri, quòd eum tempore præcedat. *Connan. lib. 4. Comm. tit. Qui* Pot. *in* Pig. Idemque & Coſtalio viſum eſt, argumento ejus quod inter eos qui eadem die diverſis horis tamen idem beneficium impetrarunt, præfertur qui hora præcedit. *c. ſi à ſede. 31. de* Preb. *in 6. Coſtal. hic.* Quod & magis eſt, *arg. tit. Qui* Pot. *in* Pig. *Hab.* Denique & † ſi duobus pariter pignus conſtitutum quidem ſit, alterutrius vero cauſa ipſo jure fuerit prior (ut uſu venire poteſt in penſione domus uni præſtanda primi, alteri poſterioris anni) præferetur tamen qui prior ipſo jure erit. *l. inſulam. 10. inf. Qui* Pot. *in* Pig. *Hab.* 1 2 3 4 5

§. Final.

1. *Pactio de pignore in ſolutum habendo quomodo permiſſa. & 3. & 5. & 6.*
2. *Lex commiſſoria in pignore probibita.*
4. *An idem ſit omnibus bonis obligatis eâ lege, ut, niſi debitum ſua die ſolvatur una ſaltem res in ſolutum habeatur.*
7. *Explicatur l. Calippo. alias l. quamvis. 45. de Solut.*

8. Pactum legis commiſſoriæ an in pignore firmetur juramento.

9. Pactum legis commiſſoriæ in pignore an ita admiſſum ut creditor rem habeat in feudum.

1. POteſt ita pignus † contrahi, ut ſi intra certum tempus pecunia non ſolvatur, jure emptionis poſſideat creditor rem juſto pretio tunc æſtimandam, *ut hic.* Dubium movebat, † quod lex commiſſoria in pig-
2. noribus non eſt admiſſa, *l. ult. C. de* Pact. P*ig. l. quamvis. 45. de Solut. c. pen. ex. de* P*ig.* ſed quia pactum hic propoſitum non agit de pignore in ſolutionem mutui ſub pacto legis commiſſoriæ dando, verum de juſto pretio tunc æſtimando, negotium hoc merito ſubſiſtit, *ut hic.* Nec ad
3. rem facit, † quod merces eodem caſu generalis, alieno arbitrio collata videatur, eòque invalida cenſeri poſſit pignoris cauſa, *arg. l. ſi merces 25. Locati.* id enim ità quidem obtinet in emptione iſto modo contractâ ſimpliciter, cum ea conventio nec valeret in vim pactionis alterius, nec propriæ quoque emptionis *ut in d. l. 25.* In propoſito verò textu econtrà valet conventio vi contractus ejus cui eſt adjuncta, *l. 7. §. quinimo. de* Pact. *ſup.* ideoque rata quoque ejus obligatio eſt, *ut hic &*
4. *d. l. ult. princ. de Contr. Emp.* Sed an non pactum legis † commiſſoriæ admittatur, ſi omnium bonorum obligatio contracta ſit, ita ut una ſaltem res in caſum debiti non ſoluti, habeatur empta? & hoc Bartolus perhibet, quia eâ ratione creditorem ex univerſo debitoris patrimonio intermiſsâ demum ſolutione eligere oporteat aliquam arbitrio boni viri, *arg. l. in perſonam. 22. §. 1. de Reg. Iur. inf.* Idque admitti poteſt, ſi non ab initio, & in ipſa pignoris conventione, ſimul & de ſpecie contractum ſit in ſolutum habendâ, *d. l. ult. C. de* Pact. P*ig.* Sed & ad-
5. miſſum eſt, cum † tertio, verbi gr. fidejuſſore præter pignora dato, ita contrahere, ut, niſi is intra certum tempus liberetur, itaque ſolvere cogatur, rem emptam habeat, ſi modò ipſi fidejuſſori quoque pignora obligata non ſint, ſed ſub conditione vendita. *l. ult. princ. ſub. de Contr. Empt.* Niſi tamen fidejuſſor fortè in eum finem à creditore fuerit ſubornatus, quod ab eventu metiri licet, ut ſi mediante fidejuſſore pignus ad creditorē pervenerit, debitori facultas ſit pignus ab ipſo, etiam poſt lapſum diei luendi. *d. l. ult.* C. *de* P*ac* P*ig.* Quod verò Co-
6. ſtalius autumat, † inter creditorem & debitorem negotio inito, ut, niſi debitum ſuâ die ſolvatur, res empta ſit emptionem tum quoq; elapſâ die perficiendam arbitrio boni viri, *Coſtal. in l. 34. ſuſp de pign. Act.* benignè admitti poteſt, *arg. hujus tex.* niſi creditor reluctetur ac ſi ipſe eam in ſolutum ſit habiturus non ulterius æſtimandam. Tum enim magis dicimus ordinem diſtractionis obſervandum. *per tex. inſig. in l. 1. C. de* Pact. P*ig.* Denique & debitori ex poſt facto cum creditore convenire

Digitized by Google

venire licet de re ipſi certo pretio vendendâ, ne res deveniat ad publicam diſtractionem, *tex. in d l. 34. Titius. ſup. de Pign. Act. l. reſcriptum. 12. inf. de Diſtr. Pig. l. aliena § fin. ſup. de Pig. Act.* Non obſtat autem † his *l. Calippo. aliis l. quamvis. 45. de Solut.* (ubi marito qui uxori ſpoponderat prædia quæ doti obligata erant in ſolutum dare, nihilominus offerre dotis quantitatem datur) quia cautio de pignore in ſolutum dando ferè intelligitur ſub conditione fieri, niſi debitum ſolvatur ipſum *ut hic.* Num verò † pactio legis commiſſoriæ prohibita firmetur juramento, videamus. Et hoc Guidoni Papæ viſum eſt, *in Deciſ. q. 6. quem ſeq. Coſtal in d. l. 34.* Id tamen Iure Civili non ita eſt, nam cum pactum ipſum ſit nullum. *d. l. ult. C. de Pact. Pign.* juramento quoque confirmari non poteſt, *l. non dubium. 5. C. de LL.* De jure Canonico quid dicemus, quo nimirum omne juramantum ſervandum eſt quod ſinè diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt? *c. cum contingat. de jurejur. c. quamvis de Pact in 6.* & magis eſt, debitorem in terris eccleſiæ ad id ſervandum cenſura eccleſiaſtica compelli poſſe. *DD. communiter in l. 1. C. de Pact. Pig. & in l. ult. ib per. c. debitores. ex. de Iurejur.* Sed hoc Faber improbat, *Ant. Fab. de Err. Pragm. dec. 21. errore 8.* quaſi nimirum per rerum naturam res una eademque vendi ac pignori dari non poſſit. Et id jure civili verum eſt, at non tam ea ratione, quam *per d. l. 5. C. de LL.* Sed jure Canonico diverſum obtinet, quod hæc prohibitio magis introducta cenſeatur odio creditoris. *c. ſignificante. ex. de Pign. Fach. adverſus Fabrum. lib. 10. Controv. c. 73.* Iudex tamen ſecularis id pactum temperabit ita, ut debitor verum accipiat pretium, *arg. hujus tex. junc. d l. non dubium.* Denique nec † pactum hoc ita contrahi poteſt, ut ſi ſua die non ſolvatur pecunia, creditor rem habeat in feudum. *c. 1. princ. de Feudo Dato in Vic. L. Commiſſ. in Uſ. Feud.*

7. 8. 9.

Iuris Cal non. diverſitas in hoc ſt actatn.

Ad l. pignoris. 17.

Pignoris perſecutio (id eſt conventio, effectum pro cauſa per metonymiam) in rem parit actionem. *ut hic. l. pignoris. C. eod. adde noſtra in l. 1. num. 7. de Pig. Act. ſuprà.* At vero regulariter conventionibus nudis jus in rem produci non ſolet, *not. in tex. ad l. traditionibus C. de Pact.* Sed ratio hypothecariæ actionis in rem ſpecialis eſt, cum ea introducta ſit Iure Prætorio ad ſimilitudinem Servianæ, quæ ex tacita conventione jus retentionis in ſecuritatem conſervandæ penſionis producit: & ex conſequenti actionem in rem. *ut hic & l. ult. C. de Obl. & Act. cum ſimilib.* quaſi quæ illatione ſemel fuerit tradita. Hæc enim ingenua ejus rei ratio eſt reliquis non obſervata.

Ad l. cum convenit. 20.

Vide noſtra ad *l. 1. Quib. Mod. Pig. Tac. contr. & l. interdum. 5. & l. 6. inf. Qui Pot. in Pig. Hab.* ubi & hæc relata & explicata eſt.

Ad

Digitized by Google

Ad l. Si Titio. 22.

Vide noſtra in *l. rem alienam. 41. ſup. de Pig. Act.* ubi hæc explicata eſt.

Ad l. in quorum. 24.

1. IN quorum † finibus quis emere prohibetur, pignus accipere non prohibetur, *ut hic.* Sic qui officii gratiâ in provinciis degunt vel militant, emere ibidem vetantur, *l. qui officij. 62. princ. de Contr. Empt. fa. l. non licet. eod. tit.* pignus accipere non item, *per hunc tex.* Opponi ſolet
2. † *l. 1. §. eam rem. inf. Quæ Res Pig. Dari Poſſ.* Sed ibi nihil aliud reſponſum eſt, quàm cujus rei commercium interdictum eſt, ejus quoque non conſtitui pignus: id verò longè diverſum eſt ab interdictione emendi vendendi factâ nonnullis perſonis ſingulatim. Commercii enim ratio jus emendi vendendique continet utrimque, *Ulp. in fr. Inſt. de Domin.* cum interim qui in Provinciis comparare prædia vetantur, ut præſides & militantes, ne potentiâ ſuâ deprimant provinciales: tantum emere prohibeantur ipſi. *Donell. in trac. de Pign. c. 19.*

Ad l. cum vitiosè. 25.

Vide quæ poſuimus ſupra ad *l. 1. princ. h. t.* quæ ſolet opponi.

Ad l. fidejuſſores. 26.

§. 1.

HIc §. explicatur ſupra, *in l. Cajus. 39 de Pign. Act.* ubi latius docuì an & quatenus quiſpiam præſentia ſui ſibi ipſi præjudicet vel minùs.

§. Lucius. final.

VIde quæ latè ponimus infra ad *l. cum tabernam. inf. eod.* quæ ſolet opponi.

l. Servum. 27.

Relata eſt in noſtris ad *l. 1. §. cum prædium. num. 7. ſup. h. t.*

Ad l. Paulus. 29.

PRincipium hujus legis relatum eſt ſupra in noſtris *ad l. 6. & 7. h. t. num. 7. & inf. in l. 34. eod.* ubi vide.

§. Domus.

HVic §. opponi queat *l. cum poſtulaſſem. 44. §. damni inf. de Dam. inf.* Solutionem vide ibidem.

Ad l. periculum. 30.

Vide noſtra in *l. 4. ſup. de Her. vel Act. Vend.*

Ad l. lex vectigali. 31.

1. *Fundus emphyteuticus an & quatenus ab emphyteuta*

pignori

Digitized by Google

pignori obligari queat. & num. 2.

3. *Quid juris ſit ſi dominus emphyteuſin emat ab emphyteuta.*

4. *Feudum pignorari omnino nequit.*

5. *Num deficientibus bonis ceteris ſeudalia capi in exſecutionem judicati poſsint.*

6. *Quid moribus hac de re ſit admiſſum.*

FVndus vectigalis † vel emphyteuticarius rectè ab emphyteuta pignori obligatur. Quia tamen ipſe plenum, ſeu, ut DD. directum dominium non habet, evenit ut ſi quandoque jure ſuo cadat, ſolvatur etiam jus hypothecę ab ipſo conſtitutum, *ut hic & l. grege. §. & in ſuperficiariis. ſup. eod. l. tutor. 16. §. fin. cum l. ſeq. ſupra de Pign. Act.* Sed ſi alienet emphyteuta † jus ſuum legitimè, *juxta. l. ult. C. de Iu. Emphy.* magis dicimus & hypothecam rem ſequi, *arg. tit. C. Sine Cenſu Et Reliq. Fund. Acq. Non poſſe.* & per conſequens adverſus poſſeſſorem eo nomine actionem in rem eſſe. *l. ſi fundus. 16. §. in vindicatione. ſup. eod. Matt. de Afflic. deciſ. 93. num. 3.* Quid ergo ſi dominus † emphyteuſin venalem ex permiſſione juris eligat ſibi, *juxta tenorem d. l. ult. C. de Ju. Emph.* an tantundem dicamus? & quia hoc caſu emphyteuta jure ſuo non cadit, ſed dominus in locum ejus ſuccedit, magis eſt pignoris quoque cauſam continuari in ipſum. *per hunc tex.* Sed feudum † pignorari omnino non poteſt, *c. 1. de prob. Feu. al. per Frid.* præterquam ſi dominus in hoc conſentiat. *DD. ib.* Num verò & deficientibus † bonis ceteris abſque domini conſenſu feudalia capi in exſecutionem judicati poſſint, videamus. Et id quidem non videtur, cùm res feudalis magis ad dominum pertineat quàm vaſallum, *arg. d. c. 1.* diverſum tamen obtinuit, eatenus puta ut commodites utendi fruendi ſaltem diſtrahi queat, *arg. l. commodis. 40. inf de Re. Iud. ubi gl. Zaſ. & Iaſ. & arg. l. ſtipendia. ubi gl. C. de Exſec. Rei. Iud.* Atque hoc judicatis Cameræ probatur, *Gail. 1. Obſ. 197 num. 2.* Finitur igitur effectus hujus exſecutionis feudo redeunte † ad dominum aut agnatos, ſive morte vaſalli ſive alio modo: niſi aut dominus conſenſerit, aut diverſum obtineat moribus. *Gail. d. lo num. 5. poſt Bal. in d c 1. num. 10. & alios ib. alleg.* Videmus enim hodie feuda quoque non requiſitis agnatis, in defectum bonorum ceterorum diſtrahi, & quidem dominis etiam invitis. *fac. Zaſ. par. 9. trac. feud. num. 21. Rebuff. in tab. Feud. col. 4.* ubi tradunt feuda hodie ferè redacta eſſe ad qualitatē allodialium. *idemq; Boër. paſſim.*

[Margin: 1. 2. 3. 4. *In feudi obligationem quia uſitatum ſit.* 5. 6. *Conſuetudo jure feudali recentia.*]

l. debitor. 32.

PErtinet ad ea quæ ponimus infrà, *in l. 4. num. 3. Quib. Mod. Pig. Tac. Contr.*

Digitized by Google

Ad l. cum tabernam. 54.

1\. TAbernâ obligatâ, quæritur † an nihil actum ſit, quod ipſa fortè nullius pretii res ſit, an verò & contineantur obligatione hac merces, eæque etiam quæ diſtractis iis, quæ inerant tempore obligationis ſurrogantur? quod magis eſt. *per hunc tex.* Ratio, quia taberna eſt inſtar cujuſdam univerſitatis, ut grex, peculium & ſimilia, unde & mutatis rebus ſingulis eadem videtur manere. *ut hic & l. grege. 13.*
2\. *princ. ſup. eod. l. peculium. 65. de Leg. 2.* Sed ſi † defuncto debitore hæres alias merces intulerit, eæ non obligantur, *ut hic & l. Paulus. 29. princ. ſup. eod.* etiamſi defunctus ſe & hæredes obligaſſet nominatim. Quod judicatis Neapolitanis probari Afflictus perhibet, *Deciſ. 20. per. tot. cum plurib. ib. alleg.* niſi deſcendant ex negotio jam antè à defuncto contracto, *Bart. & Add. gl. hic. arg. l. furti. §. illud planè. de His Qui Not. In-*
3\. *fam.* Non obſtat † igitur *l. fidejuſſor. 26. §. fin. ſup. eod.* ubi in ſimili penè caſu reſponſum eſt, ſurrogata pignoratis ipſa non cenſeri obligata: quia id in iis eſt quæ ſurrogantur à ſucceſſore, *ut ibid. in tex.* Denique ea quæ generali obligatione non continentur explicuimus latè ſupra, *ad l. 6. cum ſeqq. eod.*

In Quib. Cauſ. Pignus vel Hyp. tacitè contrahitur.

TIT. II.

Ad l. 1.

1\. *Mutuans in reſtitutionem ædificii jus tacitæ hypothecæ habet, itemque mutuans reſtituenti, domino ædificii mandante.*

2\. *Num idem pertineat ad res alias.*

3\. *Explicatur ſummariè l. interdum. 5. cum l. ſeq. inf. Qui Pot. In Pig. Hab.*

4\. *Quomodo mutuans in refectionem navis dicatur habere privilegium.*

5\. *Vaſallus an habeat tacitam hypothecam ob meliorationes feudi.*

QVi in † reſtitutionem inſulæ, eive qui redemptori ædificii exſtruendi mutuatur domino mandante, tacitam operis hypothecam habet,

Digitized by Google

habet, *ut hic per tex. gl. Bart. DD. commun* ideoque jure privilegii cre-
ditoribus chyrographariis præfertur, *l. ſi ventri. 24. §. 1. inf. de Reb. Auth.*
Ind. Poſſ. l. creditor. 25. ſup. de Reb. Cred. l. 1. de Ceſſ. Bon. Idem dicimus
de eo qui ultrò ædificat nummis ſuis, domino in ædificatione ceſſante.
l. 52. §. 10. Pro Soc. Cujac. lib. 19. Obſ. 20. Got. hic. Num verò id quoque
pertineat ad ceteras res alienâ pecuniâ comparatas aut exſtructas, vi-
deamus: quod non dicemus, præterquam ſi in genere aut ſpecie de pi-
gnore † eorum convenerit, *l. quamvis. 17. C. de Pig. l. licet. 7. C. Qui. Po.* 2.
in Pig. Hab. Proinde nec idem in nave erit aliena pecunia reparata.
Nec mutat † *l. interdum. 5. cum l. ſeq. inf. Qui Pot. in Pig. Hab.* quia eæ 3.
ita accipiendæ ſunt, ſi de pignore navis aut aliarum rerũ, de quibus ibi
tractatur expreſsè ſit actum. Denique eas leges agere de pignore ex-
preſſo illud certiſſimè convincit, quòd ſine conventione ejuſmodi ex-
preſſa in rei conſervationem credens, minus jus habet quàm fiſcus, *l.*
quod quis. 34. de Reb. Auth. Ind. Poſſ. cùm tamen fiſcus etiam privatis,
anteriorem cauſam habentibus, poſtponatur, *l. ſi pignus. 8. inf. Qui Pot.*
in Pig. Hab. Probabiliùs igitur dicimus, jus hoc tacitæ hypothecæ tan-
tum in ædificiis locum habere, idque reſpectu publici favoris, *arg. l. 2.*
C. de Ædif. Priv. nec jus novum Senatuſconſulti temere in conſequẽ-
tiam trahendum. *Connan. 4. Comm. c. 17. Donel. c. 5. tract. de Pig.* Quod
igitur is qui † in navem reparandam aut comparandam, credidit, dici- 4.
tur privilegium habere, *l. qui in navem 26. inf. de Reb. Auth. Ind. Poſſ.* id
accipiendum eſt inter chyrographarios, ut interim poſtponatur haben-
tibus jus hypothecæ tacitæ, *d. l. quod ſi quis, 34. eod. tit.* Adde noſtra in-
fra *in d. l. interdum. Qui Po. in Pig. Hab.* Sed quæſitum eſt, An vaſal-
lus † habeat jus tacitæ hypothecæ ob meliorationes in feudo factas, 5.
Vaſallus an jus tacitæ hypothecæ habeat in feudo nomine meliorationum.
quò Ripa inclinavit, *arg. d. l. interdum. inf. Qui Pot. in Pig. Hab.* an verò
contra, quod Aretino viſum eſt, *ad l. ſi quis rem. de Acq. Poſſ. ſub fin.*
quem ſeq. Pariſ in Ann. ad Bart in l. in fundo. de Rei Vind. quòd hypo-
theca tacita ſine juris authoritate conſtitui non poſſit. Schraderus di-
ſtinguit, utrum ſumptus adhibiti ſint in ędificium jam exſtructum,
quo caſu hypothecę jus eſſe putat, *per hunc tex.* an verò in opus primò
exſtruendum, quo caſu diverſum ſtatuit, *Scrader. de Feud. par. 2. partit.*
9. princip. ſect. 2 num. 49. quòd id duriùs in feudo admittatur. Ego exi-
ſtimo cum vaſallus ne quidem alteri feudum obligare poſſit expreſsè,
multò minus ipſum ſibi obligare tacitè. Benignè tamen dicimus eum
adverſus dominum jus retentionis habere. Cùm & alias retentionem
ex multis cauſis habeamus, ex quibus hypothecam non habemus, *ut l.*
1. inf. Quib. Mod. Pig. vel Hyp. Solv. l. ſi in area. 33. ubi vide noſtra om-
nino. ſup. de Condic. Indeb.

Ad l, eo jure. 4.

1. *Invecta & illata in prædium urbanum tacito pignori ſunt domino illius.*

Digitized by Google

2. *In ruſtica prædia illata quare pignori non ſint; ubi & explicatur l.5. C. Locati.*

3. *Illata quæ hic intelligantur. & num. 4. & 5.*

6. *Quæ non teneantur obligatione pignoris tacitâ.*

7. *Res minorum invecta an tacitè obligentur, & an ſine decreto. & num. 8.*

1. INvecta & illata in † prædium urbanum, tacitè nexa cenſentur creditori, in ruſticum prædium invecta non item, *ut hic. l.4 ſup. de Pact.* Invecta verò & illata ea demum accipimus, quæ ita inferuntur ut ibi ſint, *l.7. §.1. inf. eod.* In ruſticis verò prædiis tacito pignori ſunt fructus in iis nati, *d.l.7.princ.* non autem illata, niſi quæ forte inferantur domino ſciente & volente, *l.certi juris. 5. C.Locati.gl. & DD. hic & in*
2. *d. l. 5.* Sed hoc recentiores † ita explicant, ut ſcientia & voluntas ibi accipiatur pro conventione expreſſa, *Duar. & Cujac.in d.l.4. Donell.c. 4.de Pign. Connan.lib.4.Comm.c.16.num.5.* perinde ut & voluntas ac-
3. cipitur aliàs *in l.prox.§.1.inf.* Sed nec hoc † ipſo caſu quidem alia invecta cenſentur obligata, quàm quæ ita illata ſunt, ut perpetuò ibi eſſent, *l.debitori.32.ſup.de Pign.l.7.§.1.inf.h.t.* Vnde reſponſum eſt,
4. nomina & inſtrumenta † obligationum, licet obligari expreſsè queant, *l.nomen.C. Quæ Res Pig. Obl. Poſ.* non tamen tacitè obligata cenſeri pro penſione, cùm puta cauſa earum dependeat à momento ſolutionis. *Cin. & Salicet. in d. l. certi juris. Fab.in §. item Serviana. Inſt. de Act.*
5. Idemque in mercibus † dicendum, illatis ideo ut venderentur, *comm. dicit Iaſ.in d.§.item.num.5. poſt DD.ibidem.* Sed hoc Zaſius ita temperat, ut quidem ſingulæ ſpecies obligatæ non ſint, cum eæ habeantur causâ venditionis: ipſa tamen tabernæ univerſitas in ſpeciebus ſcilicet tempore ſolvendæ penſionis exiſtentibus obligata ſit omnino. *Zaſ. in d.§.item.& poſt eum Schneid.num.36.ibid.* quod magis eſt, *arg.l.cum ta-*
6. *bernam ſup.tit.1.* Denique & illud obſervandum † eſt, ea non teneri obligatione tacita, quæ quis ſpeciatim non obligaret, *arg.l.obligatione. 9 ſup.tit.prox. Bal.in d.l.certi juris.quæſt.6. Fab. d. lo.* Zaſius interim ſupellectilem quæ exſtat tempore ſolvendæ penſionis obligatam tacitè eſſe, *arg. d l.cum tabernam,de Pignorib. Zaſ.d.lo.* Quod verum eſt & moribus ſervatur ſi nulla, vel pauca ſaltem alia præterea in domo conducta exiſtant. Interim tamen quæ ſummè neceſſaria ſunt conductor auferre poterit, *per d. l. obligatione.* ut reliqua maneant in cautionem.[1]
7. Sed neque minor invecta † ſine curatore tacitè obligabit, *gl.Bart.Dd. in l.4. ſup. de Pact.* cum enim alienare minor ſine conſenſu curatoris nequeat, *l.3.C.de in Int.Reſt.Min.cum ſimil.* conſequenter nec poterit obligare, *per l.ult. C. de Reb. Al. Non Al.* Illud quæſitum eſt, An

quæ

Digitized by Google

quæ † ſinè decreto nequeunt alinari, per invectionem ſaltem tacitè 8.
poſſint obligari decreto non requiſito, gl. & Bartolus negant, *per l. 1. princ. C. Quæ Res Pig. Obl. Poſſ. l. 1. de Reb. Eor.* Alexander, Caſtrenſis contra, quod ad tacitam obligationem ne quidem requiratur conſenſus expreſſus, *ut hic & d. l. 4. de Pact.* nedum decretum. Vtraque ſententia vera eſt ſed diverſo reſpectu. Siquidem Bartoli ſententia procedit regulariter, licet enim pignus tacitum, conſenſum expreſſum non requirat, non tamen ex eo ſequitur ideo in rebus minorum decretum non requiri, cum eæ tales ſint ut ipſo jure, ſinè decreto obligari non poſſint, *l. lex quæ tutores. C. de Adm. Tut. tot. tit. de Reb. Eor. Qui Sub. Tut.* nec proinde invectione tacitè ſine eodem. Alexandri autem & Caſtrenſis ſententia eatenus vera eſt, ut invectione hac non proprium, ſed quaſi pignus conſtituatur, quod ſcilicet ejus efficaciæ ſit, ut retineri quidem res invecta poſſit donec ſatisfiat, *ut in l. Iulianus. §. offerri. de Act. Empt.* ſed non aliter diſtrahi queat quàm requiſito prius decreto. Igitur quæ ſine decreto alienari poſſunt, tenebuntur pignori verè, cetera non tenebuntur. *d. l. quæ tutores. 22. in fine. C. de Adm. Tut.*

§. ſtabula.

QVantum ad ſtabula attinet, dubitatur † an prædiorum urbanorum 1.
ſint, quod ſcilicet à ceteris ædificiis ſint ſeparata; quantum tamen attinet ad taciti pignoris cauſam, non multum differunt à prædiis urbanis, *ut hic.* Quod non ita accipe ut Accurſius proponit, invecta in ea ita demum pignori fore, ſi illata ſint domino ſciente: ſed ut invecta quæcunque ut ibi ſint, tacitè nectantur. Ratio, quia prædium urbanum non locus, ſed materia, hoc eſt prædii uſus & rerum quæ in eo, qualitas facit. Denique † ut hac in re commodiùs diſcernamus, 2.
inſpiciendum eſt, an prædium quod extra urbem eſt, plurimùm in fructu conſtet, quo caſu magis dicimus horreum vel ſtabulum eidem adjunctum, quoque ruſticum habendum; an verò in uſu habitandi aut degendi conſtet, quo caſu magis fuerit urbanum, *arg. l. prox. ſup.* Igitur & hortus urbanus inter † prædia urbana cenſetur, ſi non tam in 3.
fructu, quàm uſu prædii urbani conſtet. Quæ diſtinctio perſpicuè fundata eſt, *in l. urbana 198. de V. Sig.* Vnde manifeſtum fit, quantum ad verborum proprietatem attinet, prædia quidem urbana dici quæ in urbe ſunt, ruſtica quæ in agro, etiamſi ædificia ſint: ſed ex uſu juris eam diſtinctionem non eſſe perpetuam, *arg. l. fundi. 211. d. tit. de V. Sig.* cum & urbana prædia interdum dicantur quæ in agro ædificia ſunt, *d. l. 198. princ. l. 1. Comm. Præd.* etſi earundem ſervitutes rurſus interdum dicantur ruſticæ, *l. 2. de Serv. Ruſt.* potiſſimùm ſi prædiis ruſticis debeantur, *arg. l. 1. §. Caſſius de Aq. Pl. Arc.* Invecta igitur † in horreum quoque ut perpetuò ibi ſint, tacito pignori erunt, *l. prox. ſup. h. t. Vi. D. Licl. lib. 2. Memb. c. 8.* 4.

Digitized by Google

Ad l. in prædiis. 7.

Videantur quæ diximus ad *l.4.ſup.eod.*

Ad l. cum debitor. 8.

HAc lege agitur de antichreſi tacita,de qua vide quæ proſecuti ſumus pluribus ſupra *ad l.ſi is qui.11.§.1.h.t.* Neque mirabilis hic textus cenſendus eſt, ut Accurſio viſum eſt, quia ipſe titulus indicat hic agi de antichreſi tacita, nam ſi eum aliter accipiamus,penitus à titulo diverſus erit. *vide noſtra d.lo.*

Ad l. eſt differentia. 9.

DIfferentia inter tacitum pignus & expreſſum vel illa maximè eſt, quòd expreſsè obligata non alienentur, quin & una pignus ſequatur, *ut hic.& l.ſi debitor. §.fin. de Diſtr. Pig.* In tacitè obligatis diverſum eſt, niſi jam à creditore ſint præcluſa, *ut hic.* Magis tamen eſt hunc textum in ſervi manumiſſione ſpecialem eſſe, eò quod regulariter pignus tacitum non præjudicet libertati. *l.6.ſup.h.t.* Excepto caſu ſpeciali *l.ſi tutor.C.de Serv.Pig.Dato Man.* In reliquis igitur rebus alienatis pignus durare magis eſt, *arg.l.1.§.1. de Salu.Interd. l.debitorem. C.de Pign.tot.tit. Qui Po.in Pig.Hab.* Et evectione ſolâ invecta & illata non liberabuntur, quia hic liberandi modus nuſquam relatus eſt, *Bal. in l.certi juris.q.6.C.Locati. Coſt.hic.*

Ad l. ult.

1. *Argumentum hujus textus aliud quam gl. & Bartol. autumant, & num.2 & 3.*

4. *Dubitandi ratio, in hoc tex.*

5. *Pupillos & minores jure quoque D. tacitam hypothecam in bonis adminiſtratorum habuiſſe.*

6. *Idem in curatoribus univerſitatum.*

1 TUtoris hæres cum pupillo ejuſve hærede tranſactione factâ, partem ejus † ſummæ de qua tranſactione convenerat, intulit, in reliquum pignora dedit; quæſitum eſt an res in veterem contractum obligata ſit? quod magis eſt. *ut hic.* Accurſius & Bartolus hunc locum †
2 ita accipiunt, ut, ſi tutoris hæres tranſactioni non ſteterit, pignora vetera ex adminiſtratione tutelæ, maneant obligata, cum pupillus tacitam in bonis tutorum hypothecam habeat. *l.pro officio C.de Adm Tut. l.cum oportet.in fi.C. de Bon.Qua Lib.* eaque recipiat vel ipſe vel hæres ejus, ſi reſiliat alter, *juxt.l.cum proponas.C.de Pact.l.ſive apud acta C.de Tranſact.*

Digitized by Google

Tranſact. Sed hec quidem per ſe † verum eſt, non tamen argumentum hujus textus eſt. Quippe quo id refertur: tranſactione facta, & majori parte ex ea ſoluta, rurſuſque in reliquam partem pignore conſtituto: in veterem contractum pignus prius manere. Cùm nimirum ex causa originali pupillus hæreſve ejus, tacitam omnium bonorum hypothecam habuerint, & tranſactione ruſus de novo pignore convenerint, ſuperioris pignoris ordinem placuit hac ratione non interire. 3.
Dubium movebat † quod novatione tollitur hypotheca, *l.18.de Novat.* quia tamen tranſactio novatio propria non eſt, ſed litis tantum peremptio, ut conſtet quantum purè præſtandum ſit ex negotio priori: rectè dicimus pignoris cauſam perſeverare. *ut hic.* Maximè cum & novatione propriâ contractâ, ſi convenerit ut pignoribus prioribus alia accedant; creditori ſuperioris temporis maneat ordo, *l.3.inf.tit.prox.* Notandum verò hic † eſt, etiam jure Digeſtorum pupillos & minores in bonis adminiſtratorum tacitam habuiſſe hypothecam. Quod & ratione non geſtorum procedit, *d.l.pro officio.* Denique idem jus hypothecæ relatum eſt ad bona ſecundi mariti cui pupilli mater nupſit, ut & in bona ipſius matris, quæ non petito alio tutore, tutelam retinuit, *l.8.§.4.C.de Sec.Nupt.l.6.§.2.l.fi.C.de Bon.Quæ Lib.Novell.22.c.40.junc. Novell.94.c.2.* Et proinde id multo magis referendum ad bona ejus qui pro tutore bona pupillorum adminiſtravit, *l.pen. Si Quis pro Tut.DD in d.l.pro officio.Weſemb.in par.de Eo Qui pro Tut.* 4. 5.
Quin & idem obtinet † in bonis eorum qui adminiſtrant rempublicã, *arg.l.ult.C.Quo Quiſq.Ord.ubi DD.* Ratio eſt, quia reſpublica utitur jure minorum, *l.pen.C.Ex Quib.Cauſ.Major.* Sed & Iure Canonico eccleſia in prælati ſui bonis tacitam ex adminiſtratione hypothecam habet, *c. illud. 11. q.13. Neguſant. par.2. memb.4 num.120. & ſeqq.* Quod ipſum & rationi juris civilis convenit, cum ſit quaſi curator. 6.

Iuris Canonici ſimilitudo.

Quæ Res Pig. vel Hyp. Obl. Non Poſsint.

TIT. III.

Ad l. i.

1. *Pupillus ſine authore tutore hypothecam non conſtituit.*
2. *An non ſaltem idem tacitè poſſit; aut ſaltem pignus accipiat. nu.3.& 4.*
5. *Minor an res ſuas pignori conſtituat aut pignori obligetur causâ dotis aut propter nuptias. num.6.& 7.*

Pupillus

1 PUpillus ſine tutoris † authoritate hypothecam non conſtituit, *tex.*
hic. quoniam nec ullo ex negotio efficax in eum obligatio eſt, præ-
2 terquam ex reſcripto Divi Pii, ſi locupletior ſit, *vide noſtra in l. obliga-
ri. 9. inf. de Aut. Tut.* Sed nec conſenſu quidem tutoris, immobilia aut
pretioſiora obligari ſine magiſtratus decreto poſſunt, *l. 1. §. 2. inf. de
Reb. Eor. Qui Sub. Tut. tot. tit. C. de Præd. Min. ſine Dec. Non Al.* Num
3 verò minor † ſaltem tacitè res ſuas ſine tutore obligare poſſit, ſup. ex-
plicamus, *tit. prox. ad l. 4. princ. num. 7. & 8.* Denique nec accipere pu-
4 pillus † pignus abſque conſenſu tutoris poteſt, propter metum pigno-
ratitiæ actionis, *l. pupillo. 38. de* Pig. *Act.* Sed an id utrumque ceſſet in
5 obligatione dotis † ac donationis propter nuptias, videamus. Et Bar-
tolus autumat, bona minoris neutro modo, nec tacitè, nec expreſsè,
ſine curatore, aut, ſi immobilia ſint, ſine decreto obligari, *Bart. in l. ſi
conſtante. 24. num. 74. 75. 76. 77. & ſeqq. cum Fulgoſ. ib. Sol. Matrim. Bal.
Conſil. 92. lib. 3. Petr. de Ancor. Conſil. 93.* Movet eum quòd generatim
cautum eſt, res minorum ſine decreto non obligari. *l. 1. inf. de Reb. Eor.
l. quæ tutores. C. de Adm. Tut. cum ſim.* Iaſon. *in d. l. ſi conſtante. num. 210.*
Cinus, *in l. fin. C. de Leg. Tut.* contra, quòd pignoris conſtitutio pro
dote tacitè, ipſoque jure admiſſa eſt, *l. un. §. & ut plenius. C. de Rei Ux.
Act.* Quæſtio in eo eſt, An quæ res immobiles à minore doti aut do-
nationi propter nuptias ſine decreto conſtitui poſſint: & quia id veti-
tum eſt disertè, *l. lex quæ tutores. C. de Adm. Tut. & l. prædia. 8. C. de
Præd. Min.* conſequens eſt & obligationẽ hujuſmodi interdictam unà
eſſe, *per l. ult. C. de Reb. Alien. Non. Al.* Et verò quando in obligatione
pignoris pro re per minorem emptà, cautum eſt disertè, non ſubſiſtere
conventionem expreſſam, ut pro pretio res vendita ſit hypothecæ, *l. 1.
§. fin. de Reb. Eor.* adeò ut, nolente hypothecam probare curatore, ad
principale beneficium recurrendum ſit, *l. 2. eod. t. t. ubi vide noſtra.* per-
6 abſurdum eſt in re tam perſpicuà ceteros abiiſſe in diverſa. Non † mu-
tat *l. un. §. & ut plenius. C. de Rei Ux. Act.* quia ea accipienda eſt regula-
riter, & in iis quorum pignoratio non eſt interdicta. Minùs verò ad
rem facit *l. mutus. 73. de Iure Dot.* ubi argumentum ductum à contra-
ctu nuptiarum ad conſtitutionem dotis, probatur: quia id obtinet in
iis qui res ſuas alienare poſſunt, ut muto & ſurdo, de quibus ibidem
agitur. Sed in propoſito id argumentum non procedere ex eo conſtat,
quòd minor quidem obligari poteſt ſine curatore. *l. puberes. 101. de V.
Obl.* non tamen res ſuas alienare. *d. l. lex quæ tutores.* Neque interea
7 probamus † Bartoli conſilium, qui ſuadet, minorem juramento obli-
gandum, ut res ſuas pignori conſtituat, *Bart. d. lo. num. 79.* rectiùs enim
dicimus, ſi tutor aut curator approbationem detrectet, imperialem ap-
probationem requirendam *d. l. 2. inf. de Reb. Eor.*

§. 1.

Hic §. explicatur ſupra, *ad l. 18. §. fin. & l. 19. de Pig. Act. quæ ſolent
opponi. S. l. vi. ib. in noſtris.*

§. Eam.

§. Eam.

Explicatur ſupra in noſtris, *ad l. obligatione. 6. & l. 7. num. 9. eod.*

Ad l. Ariſto. 3.

AN & quatenus ſolvens creditori pignoratitio, in locum ejus ſuccedat, pluribus vide in noſtris infra, *ad l. 4. Qui Pot. In Pig. Hab.* ubi & hæc relata eſt. num. 4. 7. & 8.

§. final.

Relatus & explicatus eſt in noſtris, ſupra *ad l. 4. de Pig. Act.*

Ad l. Titius. 4.

Vide noſtra infra. *tit. 1. in l. 9. num. 2.* ubi & hæc explicatur.

Qui Pot. in Pig. Habeantur.

TIT. IV.

Ad l. 2.

CReditor cui generatim † bona omnia pignori obligata ſunt, præfertur ei cui poſtea res aliqua ſingulatim ex iis pignori data eſt. 1.
ut hic & l. 6. C. eod. Non mutat † *l. idemque. 7. inf. eod.* quia ea obtinet, ſi 2.
obligatio generalis & ſpecialis contractæ ſint ſimul. Nec abrogat †
hanc *l. 2. C. de Pig.* quia ibi proponitur, conſtare, quòd creditori ex obligatis ſpecialiter ſatisfieri poſſit. Licet enim regulariter creditoris arbitrio permittatur, quid ex omnibus prius diſtrahat. *l. 8. inf. de Diſtr. Pig.* non tamen hoc in æmulationem aliorum creditorum trahendum 3.
eſt. *Minſ. Cent. 6. Obſ. 94.* Notandum verò eſt † ad *§. 1.* varias ejus 4.
lectiones eſſe, cum Baldus pro voce *cetera*, legerit *certa*, quem Antonius Faber ſecutus eſt, *lib. 6. Conjec. c. 16.* ut videlicet reſpondeant his appoſitè ſequentia, verba hæc, *quæ generaliter accepit.* Cujacius tamen pro *generaliter* legit *ſpecialiter, lib. 11. Obſ. 32.* Quod convenit formulæ omnium bonorum obligationis uſitatæ, *ut in l. 15. §. 1. ſup. de Pig.* Priorem tamen lectionem Græci probare videntur. Parum verò ad rem facit utro modò legatur, quia res recidit in idem; nimirum, ſi creditor ſatisfactionem ex ſpecialibus bonis habere poſſit, ſecundum creditorem in ſibi obligatis, non obſtante generali conventione priori, deprehendi ſolum. Planè ſi priùs uni obligata † omnia bona ſint, poſt alteri, 5.
prior etiam in poſtea quæſitis potior erit, *l. ult. C. Quæ Res Pign. Obl. Non poſſ.* quia & priùs contraxit & de pignore convenit, *l. diverſis. 8, C. Qui Pot. In Pig. Hab.*

Ad princ. l. 3.

Vide quæ nos infra, *in l. prox. & in l. creditor. 12. §. ſi prior. eod.*

Ad l. ſi debitor. 4.

1. *Quid juris ſi eadem res priùs uni dein alteri obligata ſit, & priori ſit ſolutum. & 3.*

2. *An qui ſolvere juravit compenſare poſſit.*

4. *Quid juris, ſi creditor chirographarius priori creditori debitum ſolvat. & 7. & 8.*

5. *Explicatur l. ſi ventri. §. pen. & ult. de Reb. Aut. I. Poſſ. & num. 6.*

1. SI eadem res priùs † uni, dein alteri ſit obligata, & priori creditori ſolvatur, vel compenſatione aut alias ſatisfiat, ſecundus in locum prioris ſuccedit, *ut hic & l. prox. princ ſup. eod. l. quærebatur. 20. inf. eod.*
2. An verò † qui ſolvere juravit compenſare queat? & hoc quoque benignius eſt, *vide noſtra in l. 2. num. ult. ſup. de Compenſ.* Denique & invito
3. creditore † primo pignus his modis liberatur, *l. potior. 11. §. fin. inf. eod.* adeo quidem ut renuente creditore primo ſolutionem, ſecundus debitum ipſius deponere & conſignare poſſit, ut ipſe tam in creditum ſuum quam conſignatum pignus ſibi confirmet, & liberet à primo, *per hunc tex. junc. l. 1. C. eod.* confirmet inquam ſibi tam nomine ſortis quam uſurarum, *l. creditor. 12. §. ſciendum. inf. eod. l. ſecundus. 22. C. de*
4. *Pig. fac. l. quærebatur. inf. eod.* At ſi chirographarius † hypothecario tempore priori debitum numeret aut offerat, vel ipſi debitori etiam numeret ut ad creditorem priorem perveniat, pignoris jus non conſequitur, *l. Ariſto. 3. ſup. tit. prox.* niſi puta & nominatim actum ſit inter ipſum & debitorem vel hypothecarium cui ſolvit, ut in hypothecam ſuccedat, *l. 1. C. de His Qui in Pri. Cred. Loc. l. 21. C. de Pign. cum l. ſeq.* vel tempore ſolutionis officio judicis obtinuerit (cum fortè diſtractio immineret) ut in locum hypothecarii, cui ſolvit, ſuccedat, *l. cum alter. C. de Fidejuſſ. l. 2. C. de His Qui in Pri. Loc. l. 3. & ult. C. de Priv. Fiſ.* ſed eatenus quà pecunia ejus ad creditorem primum pervenit, *l. eum qui. 16. inf. eod.* Opponi poteſt † *l. ſi ventri. §. pen. & ult. de Reb. Au. Ind.*
5. *Poſſ.* ſed ea pertinet ad privilegia perſonalia. *l. 2. de Ceſſ. Bon. Cujac. 18.*
6. *Obſ. 40. per tot.* Planè quod dicimus de eo qui hac lege credidit † debitori ut in prioris creditoris locum ſuccedat, id quoque ad eum pertinet qui emit eâ lege ut ex pretio prior creditor dimitteretur, *l. 3. C. Qui in Prior. Cred. Loc. Succ.* Contra hunc igitur & poſterioribus jus offerendi eſt ut adverſus creditores tempore priores, *l. 3. inf. de Diſtr. Pig. l. 1. 2. reſp. C. Si Ant. Cred. Pig. Vend.* Offerre tamen amplius non coguntur quàm pervenit ad creditorem priorem, *d. l. 3.* Quid ergo
7. ſi quidem id non convenerit, pecunia tamen † ad creditorem primum

per-

pervenerit re ipsâ, num poſteriorem creditorem ei offerre oporteat aut poſteriorem ordine manere, videamus: & id admitti non poteſt, *per d.l.3.ſup.tit.prox.& l.1 C.de His Qui in Prior.Cred.Loc Suc.* Num verò ei benignè exceptio † tribuenda ſit? Accurſius non putat & rectè, 5
per d.l.3. verb. quo caſu emptoris conditio melior efficitur. Nec mutat l.*1.* princ.inf.tit.prox.quia ea procedit diverſo prorſus caſu,puta adverſus debitorem ipſum cujus negotia geſta ſunt, non etiam adverſus hypothecarium creditorem. Iunge his quæ nos infra *in l.19.eod.*

Ad l.interdum.5. & l.6.

1. *Mutuans in refectionem navis quomodo anterioribus creditoribus præferatur. & num.2.3. & 12.*

4. *Explicatur l.1.ſup.Quib.Mod.Pig.Tac.Contr.*

5. *An credens in refectionem aut conſervationem rei alicujus potior ſit muliere dotis cauſa tempore priori.*

6. *Qui potiores ſint muliere dotis causâ hypothecam anteriorem habente. & 7. & 8.*

9. *Explicatur Nov.97.c.3.*

10. *Quid juris ſit ſi res refecta conciderit, itaque pignoris prioris cauſa non ſit ſalva.*

11. *Quatenus pignus refectionis ſubſiſtat.*

QVod hic relatum † eſt, eum qui in refectionem navis vel alterius rei conſervandæ impendit, itemque de pignore locatoris in rebus illatis, præferri ſcilicet eos creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus, id ita eſt, ſi ſimul habeant pignus expreſſum, *l. quamvis.17.C.de Pign.l.licet.7.C.Qui Pot.in Pig.Hab.* Id verò † tametſi Doctores ſuperioris ævi plerique non animadverterunt, *gl.Bart. alij hic Bal.in d.l.licet.* eò quod nulla hiſce legibus expreſſi pignoris mentio fiat: rectè tamē id annotarunt peritiores hujus ætatis, *per d.l.17.& l.7. Connan 4.Comm.ad tit.Quib.Mod.Pig.Tac.Contr. Cujac.in expoſ.Novell.97.c.3.* Idem † probatur *Nov.136.c.3.* quæ requirit ut in mutui datione argentariorum in hunc effectum, expreſſa hypothecæ mentio fiat, & hoc textu, *in l.6. verb. in merces ſibi obligatas crediderit.* At obſtat † quod hi quoque eis qui in ædificationem domus mutuati ſunt, comparantur, *d.No.97.c.3.* Et igitur quia hi tacitam hypothecam habent, *l.1.ſup.Quib.Mod. Pig. Tac. Cont.* in propoſito quoque idem videtur. Sed *d.l.1.* non agit de refectione aut reparatione ſimplici,ſed reſtitutione novâ veteris ædificii jam penitus collapſi. Cujus videlicet

(margin numbers: 1 beside line 1, 2 beside "quamvis" line, 3 beside "vell.97" line, 4 beside "ſtat" line)

jus tacitæ hypothecæ ſingulari SC. introductum eſt. Vnde in omnibus legibus quæ hujus juris meminerunt, ſemper mentio fit reſtitutionis, non etiam refectionis, reparationis aut emptionis, *ut videre licet perſpicuè in d.l.1. In Quib.Cauſ.Pig.Tac.Contr. l. creditor.25. de Reb.Cred.l.24.§.1.de Reb.Auth.Jud.Poſſ.* Qui igitur in ædificationem domus novæ credidit, aut refectionem etiam, ſeu reparationem qualemcunque vetuſtæ, item in emptionem, comparantur in pignore ei, qui mutuum dedit in comparationem aut ædificationem navis, *ut in d.Nov.97. c.3.* Sed qui in reſtitutionem, hoc eſt, reſtaurationem ædificiorum collapſorum, quibus urbs deformatur, mutuo dedit, aut mandante domino nummos miniſtravit redemptori, etiam hypothecam tacitam habet, ut creditoribus ceteris præferatur. Diverſitatis ratio eſt, quia publicè intereſt, ne civitas ruinis maneat deſolata, *l.ad curatoris 46.inf.de Dam.inf.l.2.C.de Ædif.Priv.* Et licet hæc differentia à Cujacio non ita perſpicuè tradita ſit, videtur tamen eam obſervaſſe, *lib.19. Obſ.c.20. ubi plura in hanc rem.& Mercat.lib.3.Not.adverſ.Rob.c.14.*

5 Illud quæritur †, An qui in refectionem navis aut alterius rei credidit, potior ſit muliere in dote priorem cauſam habente? quod Cinus autumat, & Gotofredus ſequitur. *Gotofr.hic poſt Cin.* Sed errant viri docti ex præpoſtero intellectu *d.Novella.97. c.3.* quæ mulierem tempore priorem præponit diſertè; ita tamen ut ſi poſterior mulier ſit, poſtponatur etiam iis quorum pecuniis eſt res comparata vel refecta. Idque & Saliceto viſum eſt, *& Iaſoni in l.ſi creditor.25.ſup.de Reb.Cred.* Vnde

6 inter hunc & † mulierem ſola temporis prælatio eſt, quod & inter ipſas mulieres ex dotali cauſa receptum eſt, *Novell.91.* Denique & is qui in comparationem aut refectionem credidit, præfertur mulieri in lucro antenuptiali quod fortè ipſa à marito quæreret. *d Nov.97.c.3.in fin.* In

7 ipſa quoque dote † antiquiore potior erit, cujus pecuniis militia comparata eſt, ſi modò creditor interveniente ſcripturâ & teſtium ſubſcriptione, caſum militiæ pignori acceperit, & pactus ſit expreſſe, ſe ſolum

8 jus potius habiturum, *d. Nov.97.c.4.* Sed & fiſcus † ex cauſa primipilari præfertur mulieri anteriorem cauſam habenti, ſi modò mariti & fidejuſſorum bona priùs fuerint diſcuſſa, *l.4.C.In Quib.Cauſ.Pig.Tac. Contr.*

9 Planè quod comparantur † inter ſeſe quorum pecuniis res empta eſt aut comparata, iique qui in refectionem aut redemptionem à mercede aut penſione crediderunt, *ut in d.Nov.97.c.3.* cum modo accipiendum eſt. Namque hi quidem indiſtinctè prioribus tempore præferuntur (exceptâ tamen cauſâ dotali, ut jam dictum) quod eorum pecuniis ſalva ſit pignoris cauſa: illi verò quidem anterioribus etiam, ſed iis demum qui ab emptore, cui in comparationem ejuſdem creditum eſt, cauſam habent, quales ſunt qui inter tempus contractus, & numerationis in pretii ſolutionem factæ emptori ſub eodem pignore crediderunt; itemq; qui ante rei comparationem fortè ab emptore generalem hypothecam habuerunt, (non etiam iis qui cauſam anterio-

rem

Digitized by Google

rem habuere à venditore.) Cùm res in bona ejus non veniſſe cenſeatur, niſi ſub pacto pignoris creditori in pretii ſolutionem mutuanti conſtituto. Vt rectè Cujacius annotat, *trac. 8. ad Afric. in l. qui balneum. 9. inf. Qui Pot. in Pig. Hab. pag. mihi. 539.* Quod tamen naturali ratione præjudicare non poteſt iis qui cauſam ab authore emptoris hujus ſunt nacti. Quid ergo, ſi in refectionem ædificii quidem impenſum † mu- 10
tuum ſit, ſed hoc ipſum mox conciderit, an privilegium in areâ & reliquo ædificii duret? Zaſius non putat, quia hujus pecuniæ pignoris cauſam non reddiderint ſalvam, *in d. l. 25. poſt gl. in l. 1. inf. de Ceſſ. Bon.* Gotofredus contra, eò quod privilegium hoc redundet quaſi ex negotii alterius geſtione, in quo genere ſufficiat rem utiliter eſſe ceptam, *per l. 10. §. 1. l. 12. in fi. l. 22. in fi. ſup. de Neg. Geſt.* Sed Zaſii ſententia ita obtinet, ſi quæ culpa mutuanti aut reficienti nummis ſuis imputari queat, quod ſcilicet res non, ut par erat, ſit curata; Gotofredi contra, ſi ei nil queat imputari. *arg. l. 7. de Exerc. Act.* Denique illud Zaſius recte annotat, ſi amplior ſumma credatur, quàm in refectionem ſit 11
neceſſaria, privilegium, in eo quod ſupereſt, ceſſare, *per d. l. 7. C. Zaſ. d. lo. num. 7.* Sed qui hypothecam † pacti non ſunt creditores, in repa- 12
rationem aut conſervationem rei mutuantes, privilegium inter creditores perſonale habent, *l. qui in navem. 26. de Reb. Auth. Jud. Poſſ.* ita tamen ut poſtponantur fiſco, *l. quod quis. 34. eod* quoniam ejus cauſa inter omnes creditores primum obtinet locum. *Paul. 5. Sent. tit. de Iure Fiſ.* quia hic jus tacitæ hypothecæ habet. *l. 1. & 2. C. In Quib. Cauſ. Pig. Tac. Contr.*

Ad l. idemque. 7.

SI res aliqua nummis pupilli ſit comparata, tacitam ipſe in ea hypothecam habet, *ut hic.* Quod in pupillo ſingulare eſt, cum aliàs hypothecam in iis quæ noſtrâ pecuniâ ſunt comparata, non habeamus, niſi id expreſſe cautum ſit, *d. l. licet. 7. C. Qui Pot. in Pig. Hab.* An verò & quatenus res pupillari pecuniâ empta ipſius cenſeatur jure dominii, pluribus infrà agimus. Vide in noſtris infrà *ad l. res quæ. 54. de Iu. Dot.*

Ad l. ſi pignus. 8.

1. *Civitas tempore prior fiſco, eidem præfertur.*

2. *Civitas non habet hypothecam tacitam, præterquam ex conſuetudine aut privilegio. & num. 3. & 4.*

5. *Quomodo fiſcus habeat jus pignoris taciti. et num. 6.*

7. *Quid juris ſit, ſi fiſcus et privatus eodem tempore contraxerint.*

8. *Quid ſi privatus poſt fiſcum contraxerit.*
9. *Privilegium fiſci an dotis potentius ſit. et num. 10.*

1. SI reſpublica ſpeciale pignus acceperit, quin fiſco poſtea † contrahenti præferatur, non eſt dubitandum; quia fiſcus & privato hypothecario poſtponetur. *ut hic. & l. ult. §. fin. inf. eod. l. 22. §. res. de Iure Fiſ.* Reſpublica autem hic municipii univerſitatem deſignat, quæ ferè loco privati eſt, *l. eum qui. 16. de Verb. Sig.* & eodem in hac re cum ipſo fruitur jure. *l. ſi fundum. C. eod. l. 3. C. de Remiſſ. Pig.* Neque enim ea
2. quoque tacitam hypothecam habet præterquam † in bonis adminiſtratorum ſuorum, *vid. noſtra ſup. ad l. ult. Quib. Mod. Pig. Tac. Cont.* eò quòd ferè gaudeat jure minorum, *l. pen. C. de Iure Reip. lib. 11.*
3. Habuit tamen idem privilegium cum fiſco † civitas Antiochena, *l. Antiochenſium inf. de Priv. Cred.* Lex enim ſua ibi privilegium ipſis proprium deſignat, cum aliàs id beneficium nulli civitati conceſſum ſit, *l. ſimile. 10. inf. ad Municip. l. 2. C. de Iure Reip. lib. 11.* Ceterùm mori-
4. bus † hujus ſeculi jus tacitæ hypothecę ferè relatum eſt ad civitates, quas dicimus imperiales, quæ ſcilicet beneficio Principis habent merum & mixtum imperium, *Gail. lib. 2. Obſ. 130.* Quod ita accipe, ſi id habeant vel beneficio Principis, hoc eſt privilegio, vel immemoriali tempore pręſcripſerint, *arg. l. 3. § ductus aquæ. inf. de Aq. Quot. & Æſt. & c. ſuper. 26. §. 1. de Verb. Sig.* Nam cum jus ſingulare non facilè extendatur in præjudicium tertii, *l. 1. de Conſt. Princ.* de jure quoque protopraxias dicendum eſt idem. *d. l. 10. ad Municip.* Videamus ul-
5. terius † de Iure Fiſci in hac re. Et quidem illud conſtat, cum ex cauſa tributorum & proprii contractus tacitam habere hypothecam, *l. 1. & 2. C. In Quib. Cauſ. Pig. Tac. Cont. l. 2 C. de His Qui in Prior. Loc. Succ.* eaque ratione dicitur privilegiariis (ſcilicet perſonalibus) pręferri, *l. 34. de Reb. Auth. Iud. Poſſ.* Atque ita intelligendus eſt Paulus, quando ait, Fiſcum inter ceteros creditores primum locum tenere, *lib. 5. Sent.* Nam quia, ipſi privati tempore priores pręferuntur, *ut hic & l. ult. inf. eod.* iſte locus non aliter accipiendus eſt, quàm quòd fiſcus ex cauſis
6. jam relatis habeat locum primum. Eodemque ſenſu accipi † oportet *l. aufertur. 46. §. fiſcus. de Iure Fiſci.* ubi dicitur, fiſcum ſemper habere jus pignoris. Illud quęſitum eſt, Si fiſcus & privatus uno contraxe-
7. rint † & eodem die, non conſtet tamen utrius negotium pręceſſerit, uter alteri ſit præferendus? Baldus *in l. ſi debitor. C. de Priv. Fiſ.* Iaſon, *in l. 1. num. 4. Sol. Matrim.* Ripa, *ib. num. 4.* Covarruvias, *lib. 1 Var. Reſol. c. 6. num. 2.* præferendum fiſcum eſſe, quod is creditor privilegiarius ſit, *per d. l. 1. & 2 C. In Quib. Cauſ. Pig. Tac. Contr.* quando verò privilegiatorum cauſa præcipua eſt, ut de dote & conſtitutum & reſponſum eſt ſępe, *l. 1. Sol. Matrim. l. aſſiduis. C. h. t.* de privilegio fiſci dicendum videtur idem; Accedit quòd fiſcus alibi dicatur cauſam pi-

Conſuetudine in hac re quid obtineat.

gnoris

gnoris in non diſſimili caſu prævenïſſe, *l. ſi qui. 28. inf. de Iure Fiſci.* Denique & ſi probationes privati ac fiſci ſint pares, præferendum fiſcum perhibent, *Spec. tit de Teſt. §. poſtquam num. 7. Alex. in d. l. 1. num. 2. Sol. Matrim. Iaſ. ib. num. 37.* Sed hoc poſterius nuſquam relatum eſt, & diverſum Menochius docuit, *lib. 2. Præſump. 72. num. 13. & 14.* Neque enim ad rem facit, quod dicimus privilegiatorum cauſam in dubio præcipuam eſſe, quia quidem de dote verum eſt, eam privatis etiam anterioribus præferri, *d. l. aſſiduis. C. eod.* ſed in fiſco diverſum obtinet, niſi conſtet eum prius contraxiſſe, *per hunc tex.* Parumque ad rem facit, *d. l. ſi qui. de Iu. Fiſ.* quia hæc intelligenda eſt de rebus poſt utramque obligationem quæſitis, ut textus ſe ipſum explicat. *vide noſtra inf. in l. Titium. 21. h. t.* Ceteris igitur diverſum placuit, *Bart. in l. non puto. de Iu. Fiſ. Alex. d. l. 1. Alciat. reg. 3. Præſ. 41.* Moventur *arg. l. 1. C. de Sec. Nup. & l. un. §. fin. C. de Cad. Toll.* quibus docemur principi non eſſe animo ut fiſcus aliquod lucrum ferat præ privatis. Sed hoc quoq; generale eſt, ut nimirum conſtet Principes non quæſtui inhiare ex bonis privatorum. Rectiùs igitur dicimus, quia in cauſâ pignorum fiſcus & privati comparantur, *ut hic.* eos utroſque concurrere, *per tex. in l. ſi fundus. 16. §. ſi duo de Pign. ubi vi. noſtra.* Quod & Socino viſum eſt, *in d. l. 1. num. 29. & 35.* & Neguſantio, *tr. de Pig. par. 5. memb. 2. num. 43.* ac Fachinæo *lib. 10. c. 33.* probatum. Excipimus ea † quæ poſt 8. utrumque contractum ſunt acquiſita, quia in iis fiſcus potior eſt, *d. l. ſi qui. 28. de Iu. Fiſ.* Atque ea ratio eſt, quare hic proponatur de pignore ſpeciali, *ut hic & d. l. ult. §. fin. inf. eod.* cum ex pignore tacito generali, fiſcus id præcipuum habeat, ut ex eo quoque ceteris ſpecialem cauſam, ſed poſteriorem, nactis, præferatur. Quid ergo ſi in ſimili caſu inter fiſcum & mulierem ratione dotis quæſtio ſit? & præferendam mu- 9. lierem Baldus autumat, *in l. dotis. C. de Iure Dot. & in l. ad exactionem. C. de Dot. Promiſſ. ſequitur Iaſ. in d. l. 1. num. 37. Soc. num. 15. Ripa num. 10. Socin. Iun. num. 36. Pariſ. num. 14. Couvarru. lib. 1. Var. Reſol. c. 16. num. 6. Alciat. de Præſump. reg. 3. Præſump. 41.* Moventur quòd mulieris privilegium majus eſt privil. fiſci, *ut in l. aſſiduis. C. h. t.* Salicetus cauſam utriuſque parem eſſe, *in l. 2. C. de Priv. Fiſci. Bal. Novell. de dote. par. 9. priv. 1. Hercul. in l. 1. Sol. Matrim. num. 15.* Eò quod fiſci & dotis cauſa inter ſe æquiparantur, ità ut utrius cauſa prior fuerit, is præferatur, *l. 2. C. de Priv. Fiſci.* Sed hoc ità quando conſtat de temporis præventione. In dubio enim meliùs eſt pro dote judicare. *l. in ambiguis. de Reg. Iur.* quod tamen in fiſco non ita regulare eſt, *l. non puto 10. inf. de Iure Fiſci.* Planè ex adminiſtratione † primipilari, ſi mariti, & 10. fidejuſſorum ejus bona fiſco ſolvendo non ſuffecerint, in dotalibus quoque exſecutio fiet. *l. 4. C. In Quib. Cauſ. Pig. Tac. Contr.* Sed eſt ejus legis ſpecies ſingularis & exceptionem ſtatuit *à l. 2. C. de Priv. Fiſci, & à tit. C. Ne Ux. Pro Mar.*

Ad

Ad l. qui balneum. 9.

1. *Argumentum textus.*

2. *Conciliatur l. Titius ſup. tit. 1.*

3. *Pignus pro ſtipulatione conditionali ante conditionem exiſtentem obligatur rectè.*

4. *Quatenus id ita ſit.*

5. *Idem eſt in conditionali legato.*

1. CONductor pro penſione † rei conductæ pignus conſtituit, antequam verò penſio deberetur, eandem rem rurſus alteri pignori dedit, locator, quia pignus jam conſtitutum ſine voluntate ejus ſolvi
2. nequit, præferetur alteri. *ut hic* Nec mutat *l. Titius ſup. tit. 1.* quia † ibi agitur de mutuo, in quo liberum eſt partibus reſilire priuſquam pecunia numeratur, etiamſi hoc nomine jam cautio interpoſita ſit. *l. qui pecuniam. de Reb Cred.* cum contractus iſte re contrahatur. In propoſito diverſum eſt, cum obligatio ex locatione & conductione perficiatur conſenſu, eoque reſiliri ab eâ ſemel contracta non poteſt. *l. ſicut. C. de Obl. Et Act.* licet peti necdum queat.
3. Sed & qui ſub conditione † ſtipulatur, pignus accipit rectè ante conditionem exiſtentem, *ut hic. in Verſ. amplius.* & ſi exiſtat conditio, res perinde cenſetur ac ſi ab initio contractum eſſet purè, ita ut ſi interea eadem res purè obligetur alteri, is ipſe cenſeatur poſterior, *l.*
4. *potior. 11. §. 1. inf. eod.* Hoc ita niſi conditio ſit in poteſtate † debitoris, id eſt, ut in poteſtate is habeat implere eam velit an minùs, *ut hic in §. 1. & arg. l. 1. in fine princ. ſup. eod. & d. l. potior. 11. princ §. 2 inf. eod.* Idem
5. quod in creditore, quoque eſt in conditionali legato †, ſi fortè hæres ei cui ſub conditione legatum eſt, rem aliquam pignori dederit, poſteaque alteri eandem obligarit. *ut hic in §. 2.* Licet alias legatarius ſub conditione ſtrictiori creditoris ſignificatione non contineatur. *l. is cui. de Obl. & Act. l. 27. Qui Et A Quib. Manum. Lib.*

Ad l. ſi & jure. 10.

1. *Argumentum hujus textus. & 2. 3. & 5.*

4. *Prætorium pignus & judiciale ut differant.*

1. SI ex cauſa judicati † pignus captum ſit; ex quo captum eſt, privilegio temporis potior erit & ipſe, & hæres ejus in cujus perſonâ pignus ex cauſâ judicati conſtitutum eſt, *ut hic.* Et hæc eſt ingenua ſententia hujus textus ante & à Cujacio explicata, *Lib. 9. Obſ. 7. & 11. Obſ. 32.*

Digitized by Google

Obſ. 32. puta, cum, cui priùs pignus per capturam rei conſtitutum eſt, privilegio temporis gaudere etiamſi ceteri prius obtinuiſſent judicatum, *l. in judicati. 61. junc. l. inter 19. de Re Jud.* Dubitandi ratio eſt, quia in prætorio ✝ pignore, quod ex miſſione in poſſeſſionem procedit, diverſum obtinet, cum in eo miſſio proſit creditoribus omnibus, 2
l. cum unus. de Reb. Auth. Jud. poſſ. l. is cui. 9. ſi plures. ut in poſſ. leg. Non mutat ✝ l. 3. C. Qui Pot. in Pig. Hab. quia ea procedit in miſſione procedente ex cauſa judicati, quippe quæ pro pignorum captura eſt. De ea enim agi in d. l. 3. perſpicuè indicant hæc verba, ſervandi judicati cauſa occupavit. Differunt autem prætorium ✝ pignus &, judiciale, quòd hoc quidem elapſo tempore judicati mox capi ſuoque ordine diſtrahi poſſit, *l. à Divo Pio, 15. §. 2. verb. mox diſtrahi jubent. de Re Jud.* illud verò immiſſionum ordine proſequi oporteat, cum id non ex judicato, ſed ob id decernatur ferè, quod debitor ipſe latet, vel defunctus ſit hærede non apparente, *l. pro debito. 6. C. de Bon. Auth. jud. poſſ.* idque obſervato ordine juris, *l. ult. C. eod.* Malè verò Fornerius, qui hanc legem ita ✝ explicat, quaſi doceat eum qui priùs conventionale pignus acceperit, præferri ei qui poſtea acceperit judiciale, quòd ſc. ipſe putet, pignus conſtitutum hoc loco ad conventionale referendum. Sed hac ſententia poſitâ nulla hujus legis ratio dubitandi erit Quin & nulla cauſa eſt, quare pignus conſtitutum quod hic dicitur non ad judiciale referendum ſit.

(margin numbers: 3 beside "mutat", 4 beside "Differunt", 5 beside "conventionale")

Ad l. potior. 11.

PRincipium hujus l. & §. 1. relatus eſt ſuprà, *ad l. 9. verſ. 1. eod.* in noſtris.

§. fin.

CReditor tempore & ordine poſterior facultatem habet offerendi creditori primo, & ſolutione hac vel conſignatione, confirmandi pignus ſuum, *ut hic. l. creditor. 10. C. eod. l. 19. C. de Uſur.* Quâ de re vide quæ nos latè ſuprà, *in l. 4. eod. tit.* Num verò idem ſit in rebus quæ ab uxore dotis nomine pignori poſſidentur, nimirum ut ei à ceteris creditoribus pecunia offerri poſſit marito ad inopiam vergente, explicamus ſuo loco, *in l. pen. C. eod.*

Ad l. creditor. 12.

§. ſi tecum de Hypotheca.

SI conſenſu Seii creditoris primi, Mævio ✝ creditori ſecundo pignus obligaſti, ſecundus potior erit. Quid ergo, ſi ſecundo ſolutum ſit, an pignus revaleſcat? Martianus autumat ex facto æſtimandum quid actum ſit, *ut hic. junge noſtra in l. 8. §. non videtur. Quib. Mod. Pig. Solv. inf.* Sed quid ſi hoc quoque ✝ in obſcuro ſit? Et Bartolus eo caſu putat pignus remiſſum intelligi in totum, *per l. Paulus. 12. inf. Quib. Mod. Pig. Solv.* Accurſius, licet hic dubius, alibi tamen contrà *in d. l. Paulus. Gotofr. ib.* cum remiſſiones ejuſmodi difficilius exten-

Digitized by Google

dantur ultra quàm actum eſt diſertè, *arg. l. jubemus. C. ad SC. V*
Accedit quod venditione permiſſa, pignus quidem remiſſum intelli
tur, revaleſcat tamen, ſi quoquo modo venditio ſolvatur, *l. volunt.*
3 *10 inf. quib. mod. Pig. vel Hyp. Solu.* Remiſſum igitur ‡ pignus exi
mamus quo ad eum, cui, ut id pignori eſſet, primus conſenſit; a
quidem ut ſi primus conſenſerit de eodem obligando creditori ter
cum de ſecundo actum eſſet nihil, ſecundi cauſa per hoc melior
tex. in d. l. Paulus. eò quod ipſe pignus & ante primum ac terti
diſtrahere poſsit quamdiu tertio non eſt ſolutum. Revaleſcit er
pignus ſi ei ſolutum ſit, niſi aliud pareat actum, *gl. & Gotofr. d. lo.*
quidem ſi, uti par eſt in dubio, ad principia redeamus, ſtatuere ha
aliter licebit. Cum in dubio benigniora ſequamur, id eſt, quod mi
mum eligamus, & quo negotium maneat potiùs quàm pereat, *per v*
Non mutat l. 2. C. de Remiſſ. Pig. quia ea procedit in venditione co
ſenſu facta, quæ tamen ſi quo caſu rurſus ſolvatur, pignus quoque
valeſcit, *d. l. voluntate.* Vide noſtra, & quid in hac re mutatum ſit j
novo, *inf. ad l. 8. §. ſupervacuum & §. non videtur. Quib. Mod. Pig.*
Hyp. Solu.

§. Si Prior.

NOvatione obligationis principalis pignus tollitur, *l. 18. de Nov*
Pignora tamen ſuperioris ordinis ac temporis, non mutantur,
repetitione eorum, licet interea alius ſub iiſdem pignoribus credid
rit, integrum jus in iis ſupereſt creditori novanti. *Ut hic. & l. 3. ſup. e*

§. ſciendum.

Ad hunc §. Vide quæ nos ſuprà *in l. 4. eod.*

§. A Titio.

CReditor ſecundus ita ſub pignore credidit, ut ſi primo deſinat
gnus teneri, ipſi teneatur. Tertius dein eâ lege credit ut prin
ſolvatur & in locum ejus ſuccedat, ipſe: tertius præferetur ſecun
ut hic. quia enim is hoc non tantùm pactus eſt, ſed pecunia ejus pr
terea à creditore primo pignus liberavit, ſuccedit in ejuſdem locu
ut in l. 16. inf. eod. & in l. 4. ſup. eod. ubi vide noſtra.

§ finali.

Pertinet ad ea quæ nos ſuprà, in l. 4. de Pig. Act. ubi vide latè.

Ad l. etiam. 15

SUperficies ut res emphyteutica pignori dari poteſt, *ut noſtra in l.*
vectigali. ſup. de pig. ſed canon ſoli domino præſtandus quem ſo
tium dicimus, præfertur creditoribus. *ut hic. & l. 1. §. 14. inf. Ne q*
in loco Publ.

Ad l. 16. & l. eum qui. 17.

VIdeantur noſtra ſuprà. *ad l. 4. eod.* ubi & hæc referuntur
explicantur.

Ad

Ad l. Lucius Titius. 18.

QVi ratione ſortis altero potior eſt, idem & in uſuris potior eſt eo qui ſub iiſdem pignoribus contraxit antequam cederent uſuræ. *ut hic.* dubium movebat quod in debitoris poteſtate fuit ſolvere eas vellet an minùs, *per. l. pen. ſup. tit. 1. l. qui balneum. princ. ſup. h. t.*

Ad l. mulier. 19.

1. *Pignus à tertio liberari poſſe invito debitore.*

2. *Quis poſſeſſor offerendo debitum, creditorem invitum cogere poſſit ad juris ſui ceſſionem.*

3. *Quid juris hactenus ſit in chirographario ſolvente creditori hypothecario.*

4. *Quid juris ſit, ſi ſolverit poſſeſſor ſimplicius ſinè hypothecæ ceſſione acceptâ.*

5. *Utrum poſſeſſor non juſtus jus offerendi habeat, ut hypothecam acquirat.*

6. *Explicatur l. Paulus. §. fin. inf. Quib. Mod. Pign. vel Hyp. Solv.*

7. *Utrum ad hypothecam veniatur debitore principali non excuſſo, & quando id obtineat, quando minùs. & 9.*

8. *Explicatur. Nov. 112.*

VTi pro quocunque etiam invito † ſolvitur rectè, ita & pignus pro eodem liberatur, *l. Paulus. §. fin. inf. Quib. Mod. Pig. Solv. Dd. hic.* Verùm ut † pignoris poſſeſſor oblatione debiti creditori hypothecario faciendâ, eundem ad juris ſui ceſsionem adigat, poſſeſſor juſtus ſit oportet, *per. tex. hic.* Poſſeſſorem autem juſtum † dicimus, qui voluntate debitoris, vel aliàs ſinè vitio poſſeſsionem nactus eſt; aut etiam qui detinet tantùm, interim jus retentionis habet, *tex. in l. 1. inf. Quib. Mod. Pig. vel Hyp. Solv. Molin. in tr. Comm. q. 47. num. 338.* Illud igitur conſtat, chirographarium † creditorem ab hypothecario invito offerendo debitum, conſequi pignoris ceſsionem non poſſe, *l. cum tibi 10. ubi Bal. & Sal. C. eod.* niſi vel hoc convenerit, vel judiciali authoritate conceſſum ſit, *vi. noſtra latè ſupra. in l. 4. num. 4. 7. & 8. eod.* Si tamen ſolverit † poſſeſſor ſimplicius hypothecario agenti, nec ceſsionem ab eo acceperit, puto eum habere adverſus debitorem ipſum jus

Digitized by Google

retentionis, idque oppoſitâ exceptione doli, *l.1.princ. inf. Quib. Mod. Pign. Solv.* donec ei ſolutum refundatur, *l.2. & l.ſicut.§.fin.eod. tit. l.ſi creditor.ſup.de Pign. Act.* Sed quia hic de creditore † poſsidente agimus, videamus, an, ſi is juſtus non ſit, jus offerendi habeat eo effectu ut hypothecarium agentem ad juris ſui ceſsionem cogere poſsit: Molinæus Baldum ſecutus non putat, *Bal. hic. Mol. in d. tr. num. 338.* quia enim id tantùm relatum eſt de poſſeſſore juſto. *ut hic. & l.ſi res.57. de Leg.1.* ad ſolum chirographarium, qui vitioſam poſſeſsionem nactus eſt, id referri non poteſt, quod magis eſt, *d.l.10. & l.3.ſup. Quæ Res Pign. Dem.* Neguſantius contra, *tr. de Pig.memb.3.par.5.num.20. & 27.* per l. Paulus.§.fin. † inf. Quib. Mod. Pign. vel Hyp. Solv. Sed ea nihil aliud dicit quàm obligatione à quocunque debitore factâ hypothecariam actionem extingui, non etiam pignoris jus cedendum ſolventi, ratioque additur perſpicua, quia non debet quæri de jure poſſeſſoris, cùm jus petitoris extinguatur pignore ſoluto. *tex. ibid.*

CREDITOR *cum poſſet heredes convenire ad fundum venit.*] Sed an non principalem actione perſonali † excuſſum fuiſſe oportuit? priuſquam ad pignus deveniatur? *ut in Novel.4.* Et quidem fiſcus eo jure uſus videtur ſemper, *ut in l. Moſchis.de Iure Fiſci.l.1.C.de Conv.Fiſ. Deb.* & civitas etiam ut magiſtratum priùs quàm fidejuſſores conveniret, *l.3.§.fin.de Adm.Rer. Ad Civ.Pert.* Ac videtur id olim jus univerſale fuiſſe, ſed jure Conſtitutionum creditoribus electio data eſt, utrum convenire mallent principalem, an pignora aut fidejuſſores, niſi aliud actum eſſet, *l.14.&.24.C.de Pign.l.5. C. de fidejuſſ.* Convenire puta, vel omnes ſimul in ſolidum, aut actionibus diviſis, *l. ult. C. de obl. Et act. l.3.§.ult.de duob. Reis. l.grege.§.etiam.ſup. de pig.* Et eò magis eſt pertinere hanc legem in verbis propoſitis. Vnde alia ſolutio non eſt quærenda. Sed eſt d. Nov 4. reductum jus antiquum ut priùs conveniatur reus principalis actione perſonali, quam proſecutio danda ſit acceſsionum ſive pignorum ſive fidejuſſorum, & ut prius contra reum & acceſsiones agamus, quàm hypothecariâ adverſus extraneum hypothecarum poſſeſſoré. Contra debitorem enim utrâ à vult actione agit, vel etiam perſonali & hypothecaria ſimul. Obſtat. Nov. 112. (quâ motus alius ferè diverſum ſenſit, *Ant.Theſſ. deceſ.51.*) quod ibi creditor hypothecaria † videtur priùs agere quàm perſonali, ſed hoc non ita eſt. Egit nimirum ibi prius perſonali unde lite eâ pendente ſi à debitore pignus ſit venditum, permittitur ei etiam cum emptore experiri hypothecaria. Idque hunc ſenſum habet, quod hypotheca ſeparetur à vitio litigioſi, & licet lis pendeat inter debitorem principalem & creditorem, poſſe tamen rem obligatam alienari ita ut creditori ex pretio ſatisfiat, quod ni fiat, in rem actionem contra emptorem paratã eſſe creditori. *Cujac.in exp.d.Nov.4 DD.in Auth. hoc ſi debitor. C.de pig.ſeq.Fach.lib.10.Contr.10.* Excipiuntur denique à d. Nov. 4.§. fin. & Nov. 136. argentarii, † qui ex cauſa acceſsionis prius conveniri poſſunt

Digitized by Google

poſſunt quàm reus principalis. Sed & eâdem Nov. 4. ſi principalis abſens ſit, contra acceſſionem agere licet, non cogitur tamen ſtatim litem conteſtari, quia poſtulanti dilatio datur ad exhibendum reum, & non exhibito eo, tum demum judicio accepto compellitur ſolvere, ut tamen creditor ei prius ſuas cedat actiones. His junge quæ noſ[...]ſra, *in d. l. Moſchis. de jure Fiſci.*

l. Quærebatur. 20.

Allegatur ſuprà in noſtris, *ad l. 4. eod. tit.* ubi vide latè.

Ad l. Titius. 21.

1. *Argumentum hujus textus. & 6.*
2. *Conciliatur eidem, l. 28. de Iure Fiſci.*
3. *Examinantur DD. ſententiæ hac de re; ſingulatim Antonii Fabri. & num. 4. & 5.*

Titius Sejæ ob ſummam †, qua ei ex tutela condemnatus erat, omnia bona quæ habet quæque habiturus eſt obligavit; poſtea contrahens cum fiſco, & huic res omnes ſuas obligavit; partemque debiti Sejæ ſolvit, & reliquam ſummam, novatione facta eidem promiſit ſub pignorum priorum renovatione: Seja fiſco præferetur etiam in bonis iis quæ poſt priorem obligationem acquiſiverit. *ut hic.* Facta enim novatione ſub pignorum repetitione ſuperioris temporis ordo manet creditori novanti. *l. 3. princ. ſup. eod.* Opponi ſolet † l. ſi qui mihi. *28.* de Iure Fiſci, quæ fiſcum præfert in rebus poſt contractum ſuum quæſitis. Accurſius *in gl. 2.* Cujacius *10. Obſ. 22.* Connanus. *4. Com. c. 17. num. 7. & 8* ità perhibent, † hic agi de iis quæ quidem poſt contractum priorem, ſed ante contractum cum fiſco quæſita ſunt, nec pugnare igitur cum hac oppoſitam; quippe quæ de iis agit quæ poſt fiſci contractum ſunt quæſita. Sed hoc non admittit hic textus, qui diſertè definit, Sejam præferri & in rebus poſt priorem obligationem ſibi quæſitis donec univerſum debitum ſuum conſequatur. Donellus igitur ita, in d. l. *28.* priùs cum fiſco contractum eſſe. Sed id nec conſtitutione opus haberet, nec reſponſo, cum nihil certius ſit, quàm fiſcum qui priùs contraxit tacitam omnium bonorum habere hypothecam. Iam verò in d. l. *28.* & conſtitutio hac de re, & reſponſum Papiniani, juris authoris graviſſimi allegatur. Antonius Faber igitur ità putat, † verba hæc *poſt priorem obligationem quæſivit*, dici reſpectu novationis ſeu obligationis ſecundæ, ſed id quoque repugnat verbis iis, *donec univerſum debitum ſolveretur.* Atque nihil verius eſt prima Accurſii † ſententia, nempe Sejam hoc loco munitam duplici privilegio, ſc. temporis & tutelæ, eoque præferri fiſco munito privilegio

1
2
3
4
5

Digitized by Google

uno tantùm quæ Bartolo probata eſt. Nec ad rem facit quod Faber id evertere conatur, eò quòd fiſcus inter privilegiarios dicitur habere locum primum, *per l. 34. de Reb. Auth. Iud. poſſ.* quia id ita eſt inter chirographarios, *vi noſtra.in l.5. & 6.item l.8.ſup.eod.* cum interim pupillaris cauſa tutelæ reſpectu hypothecaria ſit, *l.20.C. de Adm. Tut.* & doti æquiparetur, *l. un.§.1 C.de Rei Ux. Act.* quam tamen anteriorem fiſco, eidem præferri certiſſimum eſt. *l.2. C. de priv. Fiſci* Minus verò firmat ſententiam ipſius, l.1.§. ex illa. de Falſ. ubi tutores & curatores ante tutelam redditam contrahentes cum fiſco incurrere dicuntur crimen falſi: id enim confirmat potius ſententiam hanc, quia cauſa ejus non alia videtur, quàm quod ea ratione tutores fiſcum facilè jure hypothecæ bonorum ſuorum ſint fruſtraturi, cùm ſcilicet ei ex
6 potiori jure præferantur cauſæ pupilli. Proinde ita ſtatuendum † eſt, fiſcum in propoſito Seiæ poſtponi etiam in quæſitis poſt utramque obligationem, *ut hic.* Quod non ita foret in contractu minùs privilegiato, quippe quo in quæſitis poſt utramque obligationem fiſcus prior eſt. Ratio, quia in rebus poſt utriuſque obligationem quæſitis pignus non ſubſiſtit re ipſâ, quamdiu illæ non ſunt comparatæ, *l potior. 11. princ. ſup. eod.* ideoque jure Conſtitutionum effectum eſt, ut in iis ſaltem fiſcus cauſam pignoris cenſeatur prævenisse, *d. l. 28. verb. ut & conſtitutum eſt, de Iu. Fiſ.*

De Diſtractione Pignorum & Hypothecarum.

TIT. V.

QVo ordine ad diſtractionem pignorum perveniendum ſit, vide noſtra ſup. *de Pig. Act. in l. 4.* & rurſus quomodo procedendum ſit pignoribus à tertio non debitore detentis, obiter explicuimus ſuprà *in l. mulier. 19. tit. 1. & l. Moſchis. inf. de Iure Fiſci.* ubi vide.

Ad l. 2.

1 FIdejuſſor qui † creditori priori ſatisfecit, medioque judicis rem pignoratam emit: perinde ac ſi ceſſionem pignoris obtinuiſſet, oblationem ejus pecuniæ quam expendit, cum uſuris à creditore poſteriore admittere cogitur, itaque & pignus dimittere eidem. *ut hic. & l.*
2 *5.§.1 inf. eod. l. ſi mandato. 59. §. 1. mand.* Sic & ſi creditor † primus pignus in ſolutum acceperit, aut à debitore emerit, ſecundo jus luendi eſt, *l. 1. C. ſi Ant. Cred. Pig. Vend.* Idemque dicimus † de debitore,
3 puta, ut ei quoque jus offerendi ſit & à fidejuſſore, qui emit, pignus luendi, *l. Paulus. 59. de Fidejuſſ. l. 1. C. de dolo. ubi DD.* Cum hæc emptio fidejuſſori ferè contingat ex neceſſitate juris, ut, puta, ſervetur indemnis,

Digitized by Google

demnis. Vnde ſi eam fidejuſſor † in commodum ſui detorquere velit, debitor de fide rupta queri poterit. *hic & l.2.C.de Fidejuſſ.junc.d.l.1.C.de Dolo.* Sed quod † hac.l definitur de fidejuſſore, id etiam ad ceteros pertinet, quibus luere pignus quàm emere honeſtius foret, ut de pluribus fratribus ejuſdem patris hæredibus reſponſum eſt, cum unus eorum pignus pro omnium debito poſitum, luiſſet. *tex.in l.ult.§.quatuor.inf.de Leg.2.* Vndè eſt quòd † creditor in diſtractione pignorum, ea nec per interpoſitum tertium comparare poteſt, ſed eo caſu quoque perinde ut hoc loco admittere luitionem cogitur, *l.& qui ſub.10.C.h.t.* Vt & creditor † ſecundus emens à primo. *l.6.inf.eod.* 4 5 6 7

l. 3.

Relata eſt in noſtris ſupra, *ad l.4.in fi. Qui Pot.in Pig.Hab.*

Ad l. 4.

VIde quæ ponimus ſupra *in l.4. de Pign. Act. & l.mulier,19. ſup tit.1.& l 14.ſup. de Pign* ubi docuimus plenè quis modus & ordo in diſtractione pignorum ſervetur. Vt verò, quoties dies ſolutioni præfixus eſt, ceſſandum dicatur diſtractione donec ea advenerit, *tex. hic.* tamen & interea ex causâ rei perſecutio inſtitui poteſt rectè, *d. l. quæſitum.14.princ ſup. de pig.* Vbi vide noſtra.

Ad l. cum ſecundus. 5.

Ad hanc l, vide noſtra ſuprà ad l.2.eod.

l. cum poſterior. 6.

Hæc l. relata eſt in noſtris ſuprà *ad l.2.in fine.eod.*

Ad l. ſi creditor. 7. prin. & §. 1.

1. Argumentum hujus textus aliter quàm à Gotofredo explicatum.

2. Quando liceat debitori pignus diſtractum redimere.

3. Quæ actiones creditori paratæ ſint eo caſu, quo pignus ei ex pacto creditoris qui vendidit, redimere licet.

4. Doctorum ſententia hac de re explicata adverſus Salicetum.

5. Quæ hic dicatur actio in factum.

SI creditor pignus ita † vẽdiderit, ut liceat ſibi rem redimere, an hoc debitori proſit, ut ipſe quoq; redimere poſſit, quæritur: & reſpõſum eſt, eum agere cum creditore poſſe ut id jus ſibi cedat, atq; ita redimat, quod & ad hypothecam pertinet, *ut hic.* Sed hoc Gotofredus reſtringit 1

ad hy-

ad hypothecam ſpecialem *Got. hic in lit. y.* quod cum ratione careat, non eſt probãdum. Lex n. hęc loquitur generaliter. non licet tamẽ debitori
2 † pignus à creditore diſtractum redimere & emptionem reſcindere, niſi id lege contractus inter venditorem & emptorem convenerit, *ut*
3 *hic. in §. 1.* Idque † efficiendum eo caſu eſt medio cedendarum actionum *ut in pr. hujus l. & l. in creditore. 38. de Evict.* vel directò ab ipſo debitore actione in factum prætoriâ, vel utili vindicatione, pecuniâ priùs
4 oblatâ, *l. ſi cum 13. ſup. de pig. Act.* Sed cùm debitor ipſe † non contraxerit, dubitari queat, quâ ratione creditor ei hanc actionem paret, cum regulare ſit alterum alteri non ſtipulari, *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de V. Obl. l. quòtutela. 73. §. fin. de Reg. Iur.* adeoque id etiam difficiliùs admittatur in procuratore, niſi fortè ſtipuletur ex re domini, *l. 61. de procur. vi. noſtra in l. per procuratorem. eod. tit.* Salicetus igitur id ſine ceſſione durum cenſuit, *Salic. hic.* ceteri verò minùs, *gl. Bart. Fulgoſ. Coſtal. 16.* Movet eos quod creditor vendens rem obligatam, inſtar procuratoris ſit, cum videlicet ex juris diſpoſitione id tempore contractus cum debitore tacitè convenerit, ut, niſi ſolveret debitum, creditor pignus diſtrahere poſſet; eoque non obſtat argumentum oppoſitum, cùm hæc res cenſeatur inſtar ſtipulationis à procuratore ex re domini factâ. Accedit quod jus ejus ſuperat poteſtatem procuratoris, quippe cum hunc fines mandati cuſtodire oporteat, illum non perinde, quia & vendere rem pignoratam poſſit contra legem ne diſtrahere liceret, *l. 4. ſup. de pig. act. ubi vid. noſtr. 1. num. 9.* Actiones igitur paratæ debitori diverſæ ſunt, prima adverſus creditorem ipſum, quò is cedat actionem ex pacto ſibi competentem contra emptorem, altera actio quæ ceditur ipſi, *ut hic in prin.* tertia actio in factum, quarta vindicatio, utraque parata adverſus emptorem, *ut in d. l. ſi cum 13.* In hac re tamen iſtud minùs expeditum eſt, quomodo & vindicationem habeat & in factum actionem perſonalem. Pugnare nimirum videntur rem vindicare & condicere hoc eſt perſonali actione repetere, *l. ult. uſufr. Quem. Cau.* Sed vindicatio datur exemplo juris quod eſt ex pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, *l. ſi quis hac lege, 41. de Rei Vind. Mad. de Pign. c. de pact. Pig. num 26 allegans Cin in l. 1. C. de Reb. Al. non Al. Bal. & Sal. in l. eâ lege. C. de condict. ob Cauſ. Dat. & alios.* concurrit igitur cum ea in factum actio perſonalis ex lege
5 contractus. Et animadverti † oportet in factum actionem hic dici utilem ex empto, *ut & in l. oſſa. 8. § 1. de Relig. & ſump. fun.* quæ ſc. interdum etiam parata eſt venditione in nihilum redactâ, *l. qui officii. 26. §. 1. de Contr. Emp. vide Subtil. noſtras lib. 1. c. 11. per tot. & lib. 2. c. 5.* quòd ea non tam ex contractu ipſo ſit, jam in nihilum redacto, quàm beneficio prætoris in defectum & ſubſidium ceterarum.

§. final.

1. Quis ſit effectus pacti, ne creditor pignus alienet.

2. Quid

2. *Quid efficiatur pacto, ne debitor rem alienet.* & 3.

4. *Quid ſi eo pacto adjuncto debitor nihilominus rem vendat.*

5. *De variâ lectione hujus textus & DD. controverſiâ ſuper hac re.* & 6. 7. 8. & 9.

10. *Jus novum in hac re.* & *num.* 11.

QVis ſit effectus † pacti quo convenit ne creditor pignus alienet, 1
pluribus egimus ſupra, *in l.4. de Pig. Act.* ubi vide. Hoc vero
loco tractandum quid efficiatur pacto, † ne debitor ipſe pignus alienet. 2
Et quidem id debitori permiſſum non eſſe, pacto quoque eo omiſſo,
quin ſe furti obliget, certum eſt, *l. ſi is qui.66. de Furt.* Niſi tamen † ita 3
venderet ut ex pretio ſolveret creditori primo, quo ipſo caſu nec re-
ſpectu poſteriorum delinquit, cum iis jus omne ſuum maneat inte-
grum, *l.3.§.1. ſup. eod. l.1. C. ſi Ant. Cred. pig. vend.* Quid ergo, ſi pa-
ctum † hoc adjunctum ſit, & debitor nihilominus rem vendat, an nihil 4
agat ut pacto ſtetur, an verò pactum nihil ſit ut ſtetur venditioni, quæ-
ritur. Dubium movet, quòd nemo pacto efficere poſſit, ne ſibi re
ſuâ liceat uti pro arbitrio, *l. nemo. pen. inf. de Pact.* Sed hoc ita demum
obtinet, niſi interſit paciſcentis conventionem eam ſervari, *l. 1. §. ſi
qua. inf. de Aq. Quot. & Aſt. & arg. l. quoties. 1. de ſerv.* Vnde vel ma-
ximè id obtinet in propoſito; cum pacta pignorum haud dubiè perinde
ut pignus rem afficiant & ſequantur. Varia tamen lectio † hujus te- 5
xtus deprehenditur, cum nonnulla exemplaria habeant, *nullam eſſe
conventionem ut venditioni ſtetur.* Sed Florentia recepta eſt, nullam
ſcilicet eſſe venditionem ut conventioni ſtetur. Nam & Florentinum
exemplar conſuluiſſe & probaſſe ſe hac in re Bartolus perhibet, *Bart.
hic. Anton. Aug. lib. 1 Em. c. 1.* Et igitur † id quidem in pacto pigno- 6
ris plerique concedunt, ſed tanquam ſpeciale in eo ipſo, cum in cete-
ris contractibus ex ejuſmodi negotio dominium transferri, & conſe-
quenter actionem in id quod intereſt, conſtituant rectè. *Cujac. in l.
122. §. cohædes. de Verb. Obl. poſt interp. Græcos ad l. ea lege. 3. C. de Condic.
Ob. Cauſ. Dat. Accurſ. ib. poſt Ioann. & Azon. Fab. ibid. dicens communem
Canoniſtarum.* Ejuſque rei certiſſimum argumentum eſt, quod ex
hac causâ contra venditorem condictio datur ſi non fuerit conditio
ſervata, *tex. in d. l. 3. convenit l. ſi ſterilis. 21. §. ſed & ſi ita. & l. qui fun-
dum. 2. de Contr. Emp.* Bulgarus tamen & Martinus † gloſſatores vete- 7
res, alienationem ex hoc pacto indiſtinctè nullam eſſe, *per l. ult. C. de
Pact. inter Emp. & Vend. & l. ult. C. de Reb. Al. non Alien.* Sed hoc dici
† non poteſt, cum nec venditor ipſe vindicationem habeat, quippe qui 8
repelli exceptione rei venditæ & traditæ poteſt, *tot. tit. de Excep. Rei*

vend. & Trad. nec venditor primus etiam, quia is tantum actionem perſonalem habet, *ut in d. l. 3.* eo puta effectu, ut quia res amplius à reo tradi nequit, hoc nomine id quod intereſt ſuccedat, *tex. inl. ſi ita quis. 135. §. eâ lege de Verb. Obl.* Non mutat d.l.ult. C.de Reb.Al. non
9 Al. quia ibi non ‡ definitur alienationem irritam eſſe, ſed hoc tantùm alienatione interdictâ etiam interdicta illa cenſeri quæ inſtar alienationis ſunt, cujuſmodi ſunt conſtitutio Vſusfructus, pignoris, ſervitutis, & ſimilium quæ rem ipſam ferè afficiunt. Quod igitur olim
10 dubitatum ‡ fuit utrùm ejuſmodi pactum valeret, *l.nemo 61. ſup. de pact.* jure novo finitum eſt ut pactum valeat, & quidem maximè ſi interſit
11 vendentis, *l.ult. C. de pact.int.Jmp. & Vend.* Sed & eodem ‡ Conſtitutionum jure, favore libertatis benignè admiſſum eſt, ut niſi pactum ſervetur de ſervo manumittendo, libertas ei obtingat ipſo jure, *l. ult. C. ſi Manc. ita Fuer. Alien.*

Ad l. creditores, 8.

1 EX rebus obligatis ‡ quas velit creditor, diſtrahere poteſt. *ut hic.* Sed hoc cum modo accipimus, ut puta ordo ſemper obſervetur juris *arg. l. à Divo Pio. inf. de Re Iud.* nec res magna diſtrahatur pro debito exiguo, *arg. l. 4. C. de Diſtr. Pig. junc. l. ſi pignora. 50. inf. de evict. l. 5.*
2 *§. 10 de Reb. eor.* Sic & Bartolus, eum qui rem majorem exiguo pretio ‡ diſtraheret, verſaturum in dolo, *Bart. hic.* cum tamen in hac re bonâ
3 fide agi oporteat, *d. l. 4. l. quæ ſpecialem. 9. C. de Diſtr. Pig.* Et hoc ego ad judicem ‡ pertinere, puto, ut is animaduertat, ne quod damnum contra bonam fidem debitori inferatur, *per not. in d. l. quæ ſpecialem & in l. quamvis. C. eod.*

Ad l. & ſi is, 10.

Vide noſtra in l. 38. inf. de Evict.

Quibus Mod. Pig. vel Hypotheca ſolvitur.

TIT. VI.

Ad l. 1.

1 *§. 1.* REi venditor, acceptâ pretii parte, pro reliquo ‡ pignori accepit rem ipſam, dein quod reſtabat datis literis remiſit. Poſt hæc fiſcus venditori ſucceſſit, compertumque eſt, donationem aliquâ ex causâ eſſe inutilem (ponamus donationem inter maritum & uxorem fuiſſe, aut contra legem factam) etiamſi ipſa donatio non conſtet, pignoris tamen ſolutio conſtabit, eoque nec fiſcus fruetur jure Hypothecæ,

Digitized by Google

thecæ, *ut hic.* Ratio eſt, quia remiſſio pignoris non protinus ſubjacet prohibitioni cui ſubjacent donationes, *ut hic & l. etiam. 11. C. ad SC. Vell. l. etſi pignus. 18. Quæ in Fr. Cred.* Non mutat † igitur l. debitum. 5. C. de Rem Pig. quia ea procedit cùm remiſſio quoque ipſa eodem vitio laborat, ut ſi impubes forte remiſerit, vel prodigus aut furioſus. 2

L. 2.

Explicata eſt in noſtris ſuprà ad l. *19.* Qui Pot. in Pig. Hab.

Ad l. 3.

1. *Fundo vendito, niſi melior conditio adferatur, & allatâ meliori, emptor eum pignorârit alteri, quid juris.*

2. *Explicatur & conciliatur DD. controverſia: An habens Hypothecam in bonis ex l. 2. C. de Reſc. Vend. aut ſimili causâ avocatis, eam poſt avocationem emptori contingentem retineat, & 3. & 4.*

FVndo vendito & tradito eâ lege, niſi melior cōditio offerretur † intra certum diem, emptor eum interim pignori conſtituit, allatâ meliori conditione pignus finitur. Si tamen in voluntate emptoris fuerit, emptorem ipſe ſervare velit, an minùs, pignus interea contractum, ex poſt facto per emptorem venditione infractâ, pignus durabit *ut hic & prin. l. 1. inf. l. 4. §. ſed & Marcellus ſup. de In. Di. Addict.* 1

Illud quæſitum eſt, An qui hypothecam † habuit in bonis ex l. *2.* C. de Reſc. Vend. aut conſimili juris remedio avocatis, eam nihilominus retineat poſt avocationem, an verò eadem extinguatur? quòd magis eſt, *arg. hujus tex. & l. lex vectigali. 31. de Pig.* Atque ita ſentiunt Baldus. *in d. l. 1. C. de Reſc. Vend. num. 17. q. 13.* Salicetus *q. 15.* Caſtrenſis *num. 11. & ſeqq. videri poteſt Pinellus in d. l. 2. par. 2 c. 3. num. 11. & ſeqq. C. de Reſc. Vend.* quod in praxi receptum eſt, *Soar. in theſ. Sent. lit. H, num. 135.* Bartolus tamen contra, *hic & in d. l. 4. §. ſed ſi Marcellus. de In. Diem Add.* Movet eum quod emptor pretium dimidio amplius ſupplere poteſt, ideóque reſciſſio hæc non tam juris neceſſitate quàm partium voluntate procedere videatur, *ſequuntur Cuman. & Fulgoſ. hic & Boër decif. 181. num. 1.* Sententia tamen prior obtinuit, ratioque viva eſt, quòd reſciſſio ferè fiat contra voluntatem ejus qui lucrum caperet ex venditione, quia nimirum & actio & ſententia eâ de re datur in invitum, non etiam volentem, *arg. l. illud. §. 1. de Conſt. Pec.* Nec ad rem facit quòd evenire quandoque poteſt pretium ſuppleri. Nam & in addictione in diem perinde prior emptor majus pretium offerendo ſibi rem emptam conſervare poteſt, *l. licet. 7. & l. 8. de In Di. Add. l. ſi.* 2

in emptionem. 25. de Minorib. Poteſtas tamen ea ſupplendi licitatione à tertio factâ pignoris cauſam non conſervat, *ut hic & d. l. 4. §. ſed & Marcellus.* Planè ſi & emptor † ipſe rem venditam jam alienarit in tertium, eoque non reſcindatur contractus, ſed pretii ſupplemento damnum reſarciatur, quin pignus maneat non eſt dubitandum, ut & manebit, ſi non tam juris neceſſitate quàm contrahentium voluntate, cum emptor inani metu contractum reſciſſum iri putaret, receſſerit ab eodem. Atque iis caſibus vera eſt Bartoli & Cumani ſententia, itaq; pulcrè cum Baldo & reliquis conciliatur, ut rectè Cagnolus annotat,

3 (margin, at "Planè ſi & emptor")

4 *in d. l. 2. C. de Reſc. Vend. num. 111.* Nec mutat † quod dicimus, paria eſſe, facere quicquam ex neceſſitate vel neceſſitatis timore, *l. noviſſimè. ff. Quod Falſo Tut. Auth.* id enim & in propoſito dicemus, ſi fortè reſtitutio rei ante ſententiam vel judicium acceptum fiat, non inani timore, ſed quia probat emptor læſionem re ipſa eſſe admiſſam. *Pinel. d. par. 2. c. 3. num. 16. 17. & 18. fac. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 22. num. 82. in fin.*

Ad l. ſi debitor. 4.

Principium hujus l. pertinet ad ea quæ nos in l. prox. ſuprà.

A §. 1. & final.)

Videantur noſtra infra, *ad l. 8. §. non videtur eod.* & ſupra, *in l. 4. §. ſed & Marcellus, de In Di. Addict.*

Ad l. ſolvitur 5. & princ. l. 6.

1 Hypotheca ſolvitur † ejuſdem remiſsione, aut etiam remiſsione debiti principalis, *ut hic & l. voluntate. 10. inf. eod.* Idemque eſt, cauſa principali medio juramenti finitâ, *l. ſi deferente. 13. inf. eod.* Iunge his quæ nos ſuprà *in l. 1. §. 1. eod.* Nec obſtat l. intelligere. C. de Luit.

2 Pig. ubi † relatum eſt pignus durare perſonali actione ſublatâ: id enim intelligendum eſt pro materia ſubjecta in l. 1. eod. tit. puta, id verum eſſe ſi plures hæredes ſint ejuſdem debitoris quorum unus partem ſuam ſolvit, licet enim perſonalis obligatio, quantum ad ipſum attinet, ſit ſoluta, durat nihilominus pignus. Quippe quod tenetur in ſolidum donec etiam ſoluta fuerint debita creditorum. *d. l. 1. junc. l. rem. 65. de Evict.* Singulorum igitur hæredum ſingula quidem debita ſunt, quòd nomina jure 12. Tab. inter hæredes diviſa ſunt ipſo jure, ſed quia pignoris cauſa indiviſa eſt, hactenus diverſum dicimus.

Ad l. ſicut. 7.

Princ.) De conſenſu creditoris in pignore vendendo agimus infra, *in l. prox. §. non videtur. eod. tit.* De poteſtate verò pupilli in obligatione rei ſuæ nonnulla poſuimus ſupra, *in l. 4. num. 7. & 8. Quib. Mod. Pig. Tac. Contr. ubi & hæc relata eſt. & l. 9 inf. de Auth. Et Conſ. Tut.*

§. 1.) An & quatenus procurator remittere pignus, alienare, aut domino præjudicare poſſit, vel minùs, pluribus ſupra proſecuti

Digitized by Google

proſecuti ſumus, *ad l. nulli 13 de Tranſact. & l. item magiſtri de Pact.*

Ad l. ſicut. 8.

§. An paciſci.

Filius aut ſervus nequidem è negotio peculiari pignus liberare queunt, niſi debitum recipiant, *ut hic arg. l. prox. §. videamus. ſup. eod.*

§. Si voluntate.

Refertur in noſtris infrà ad §. non videntur. in hac ead. l.

§. Supervacuum.

SI quæratur, an permiſſu creditoris debitor † rem vendiderit, quam poſtea idem debitor recuperavit, benignius eſt, exceptionem debitoris de ipſius conſenſu oppoſitam, elidi replicatione doli. Id ita eſt, ſi quæſtio in facto conſiſtat, & quæratur an ager ſpecialiter hypothecæ datus, venierit permiſſu creditoris, *ut hic.* Eſt enim ea ſpecies hujus textus; ratioque viva eſt, ut in dubio conſervetur potiùs pignoris cauſa quàm pereat; *arg. l. benigniùs. de ll.* At ſi de permiſſione & conſenſu diſertè conſtet, † inter veteres de jure quæſitum eſt, an nimirum recuperatâ debitori re obligatâ, revaleſcat pignus? Quod quidem olim obtinuiſſe videtur, *l. voluntate. 10. inf. eod.* licet utrumque fuerit controverſum. Sed Iuſtinianus conſtituit non revaleſcere, ne quidem ſi generatim ea fuiſſet obligata, *l. ult. C. de Rem. Pig.* Iunge his quæ proximè ſunt ſubjuncta. 1 2

§. Non videtur.

SI pignus vendatur conſentiente † creditore, certum eſt idem liberari, *ut ſup. in eadem l. §. ſi voluntate. & l. 4. §. 1. eod. & l. 4 C. de Serv. Pig. dato Manu.* Idemque eſt, ſi alteri conſenſu creditoris obligetur, *l. Titius. in fin. inf. eod.* Hoc ita, niſi † interim creditor ſibi ſalvam voluerit pignoris cauſam, *d. l. 4. §. 1. ſup. eod.* eaque de re ſit expreſſe proteſtatus. Quod ſi proteſtatus non ſit, quid obtineat ſuprà tractamus, *ad l. 12. §. 1. Qui Pot. In Pig. Hab.* At quæſitum eſt, an pignore † vendito creditore ſciente nec contradicente, creditor venditioni in pignoris liberationem conſenſiſſe putandus ſit; id eſt, an ſimplici conniventia creditoris ſcientis, pignus ſolvatur. Quod Marcianus non probat, & rectè, quòd ſciebat creditor pignus durare, *per hunc tex.* Eoq; & benignius eſt, conſenſum talem requiri, quo & unà jus pignoris intelligatur remiſſum, idque vel expreſsè, vel ex manifeſtâ partium voluntate, *l. voluntate. 10. inf. eod. Comm. 4. Comm. c. 19. Neguſ. p. 6. trac. de Pig. Memb. 3. num. 13. (junge his noſtra in l. Cajus. 39. de Pig. Act.)* quam tum quoque interveniſſe cenſemus, cum creditor fortè inſtrumento venditionis aut obligationis ſubſcripſit, *l. prox. inf. §. 1. h. t.* niſi ſit deceptus, *ut hic. vide noſtra in l. 39 in fin. de Pig. Act.* Sed † id vix perpetuum eſt. Primò enim conniventiâ ejuſmodi creditor pignus remittere cenſetur, ſi ſervus obligatus manumittatur, *l. 1. C. de Remiſſ. Pig.* 2. Si creditores † ad executionem ante alienationem factam, 1 2 3 4 5

ſint admoniti, nec comparuerint tamen, *l. ſi eo tempore. 6. C. eod.* 3.
6 Si diſtractioni ‡ per fiſcum factæ creditores priores ſe non oppoſue-
rint, quia ſc. diſtractio fiſcalis non facilè convellitur, *l. ſi Hypothecas. C. eod.* Denique & † conſenſu quidem adhibito, ſi diſtractio non ſe-
7 quatur re ipsâ, magis eſt pignoris cauſam non finiri, *ut ſup. in d. §. ſi voluntate.* ut nec finitur ſi à venditione rurſus diſcedatur, *l. voluntate. inf. eod* Idemque dicimus, ſi quæ juris ratio venditionem impedierit, *l. 4. §. fin. ſup. eod.* Quibus junge quæ nos ſuprà, *in l. 1. §. 1. eod. tit.*

Ad l. 9. §. 1. & l. 10.

VIde noſtra in l. Cajus. *39.* ſup. de Pig. Act. & in l. *8* §. *ſupervacuum. & §. non videtur. ſup. h. t.*

Ad l. Paulus. 12.

VIde noſtra ad l. creditor. *12. §.* ſi tecum. & ad l. mulier. *19.* ſup. Qui Pot. in Pig. Hab. ubi hæc explicata eſt.

§. 1.

Pertinet ad ea quæ ponimus ſup. in d. l. *19.* num. *6.*

Ad l. cum colono. 14.

1. *Argumentum textus.*
2. *Conciliatur ei l. 6. §. fin. eod.*
3. *An tacitum pignus ſolvatur ſuperveniente expreſſo.*

1 CVm colono ‡ convenerat ut illata pignori forent donec locatori ſolutum eſſet vel ſatisfactum, poſtea fidejuſſoribus datis ſatisfa-
2 ctum eſſe intelligitur, & illata ſolvuntur. *ut hic.* Non mutat † l. item. *6. §.* fin. eod. quia ibi ſatisdare ſignificat ſatiſdationem offerre, hic verò admittere ſatiſdationem. Qui admittit ſatiſdationem, ſatisfactionem recipere cenſetur, *ut hic.* qui non admittit, ut eam cum effectu admittat non eſt cogendus, *ut in oppoſito.* Sed obſervandum eſt, hoc loco invecta & illata tacito pignori non teneri, cùm in prædiis ruſticis fructus teneantur tacitè; *vi. noſtra ſupra in l. 4. Quib. Mod. Pig. Tac.*
3 *Contr.* Illud tamen quæritur, † an tacitum pignus per ſuperveniens expreſſum ſolvatur, Cinus, Angelus Peruſinus, Salicetus non putant, *in l. certi juris. C. Locati.* moventur l. ult. C. de Pact. Conv. Baldus *in d. l. certi juris.* Iaſon *in §. item Serviana. num. 69. Inſt. de Act. Schneid. ib. num. 35. poſt. Fabrum.* ſic contra, per l. fundus *9* de Ann. Leg. ubi fundo expreſſè pro annuis legatis obligato, & cum & ceteras res hæreditatis
4 ipſo jure obligatas, rei ſervandæ cauſâ poſſe peti relatum eſt. & hoc igitur magis eſt. Siquidem & aliàs quod favori alicujus tribuitur, in odium detorqueri non poteſt, *l. nulla. de ll.* Nec obeſſe cautela major
4 ſolet, *arg. l. non ſolent. de Reg. J.* Nec obſtat ‡ d. l. ult. C. de Pact. Conv.

Digitized by Google

Conv. quia ibi nihil aliud cautum eſt; quàm mulierem pro paraphernalibus marito creditis ita demum Hypothecam tacitam habere, ſi non proſpexerit ſibi conventione pignoris expreſsâ. Id vero ea in ſpecie jus novum eſt, referri proinde id ad caſus reliquos non poteſt, in quibus ſine diſcrimine tacita hypotheca tributa eſt, *d.l.9.inf.de Ann. Leg.*

LIBER XXI.

De Ædil. Edicto, & Redhibitione & quanti minoris Act.

Tit. 1.

Ad Rubr.

Differentias actionum ex empto & vendito, civilium & ædilitiarum, latiùs tractamus infrà, *in l. ſi quid venditor.18.inf. eod.* 1

Ad l. 1.

§. Cauſa. *2.)* Edictum Ædilium † de redhibitione non modò ad venditores pertinet rei vitium ſcientes, ſed & ignorantes, quia noſſe & prædicere debeant, *ut hic.* Sed excipiuntur † venditiones fiſci, *ut hic in §. illud ſciendum.* quippe quas publicè intereſt non facilè convelli, *l. ſi Hypothecas.C. de Remiſ. Pig.* cùm & difficiliùs fiſco rerum venditarum vitia conſtare poſſint, quippe qui rarò eas diu habuerit aut tractarit. Sed hoc jus fiſci, ad † civitates reliquas non pertinet, *d. §. illud.* 2 3 1

§. Si intelligatur.] Si intelligatur † vitium ab emptore ceſſat redhibitio, neque enim tum eſt cur ſe queratur deceptum, quod tamen in hac re fuiſſe oportuit, *tex. hic. & l. ſi tamen.48.§.ei qui. & §.ſeq inf. eod.* Quid ergo † ſi emptor ſupinâ ignorantiâ laboret, an perinde hæc actio ſit? Accurſius & Baldus non putant, *in l. 1. C.eod. per l.ea quæ. 43. de Contr. emp.* Azo & alii contra, *Azo. in Sum. C. eod. Caball. ad hunc tit. c.2. num. 23.* quia verum ſit eum vel maximè ignorantiâ deceptum, quod in hac re potiſſimù attenditur. Ceterùm utraq; ſententia vera eſt diverſo reſpectu; Accurſii quidem, ſi vitium adeo palam patuerit, ut ignorantia aut negligentia cadat in culpam latam; *arg.l.magna.de V.S.junc.l.nec ſupina.6.de Iur.& fac.ign.* Quid enim, ſi utroque oculo excæcatum vel naſo privatum vendiderit, & tamen ſe hoc non animadvertiſſe contendat emptor? quia eo caſu deceptus dici non poteſt, meritò reſponſum eſt actionem hanc ceſſare, perinde ac ſi morbus no- 2

Digitized by Google

bus nominatim ſit exceptus, *per hunc tex. junc. l. quæritur. 14. § fin. h. t.* Azonis verò ſententia tunc obtinet, cùm nec monſtratum ſit vitium, nec omnino palam patuerit, *per §. 2. in ead. hac l. ſup.* In hac re igitur multum judicis arbitrio tribuimus.

Ad l. 4.

Vide noſtra ad l. 15. infra eod. in fine.

Ad l. ſi quid. venditor. 18.

1. *Argum. textus.*
2. *Redhibitoriæ & æſtimatoriæ actionis differentiæ plures.*
3. *Alterâ earum motâ, alteram perimi.*
4. *Caſus quo diverſum obtinet.*
5. *Quanti minoris actio Civilis & quanto minoris pratoria non differunt.*
6. *Civilis actio empti diuturnior ædilitiis; DD. ſententia defenſa contra Donell.*
7. *Differentiæ plures actionis ex empto, & ædilitiarum. & num. 8. 9. 10. 11.*

1 SI quid venditor † affirmaverit de re vendita quod non ita ſit, non ſolum redhibitoria, ſed & æſtimatoria ſeu quanti minoris emptor eam emiſſet. ſi vitium ſciviſſet, actio ædilitia eſt, *per hunc tex. junc. l. ædiles. 38. inf. eod.* Differunt autem † Redhibitoria & Æſtimatoria actio
2 pluribus, primò, quod illa reſolvat contractum, *l. 1. §. 1. cum ſeqq. ſup. eod.* hæc non item; Illi intra ſex menſes ob vitium rei, ob ornamenta intra duos præſcribitur, huic demum intra annum, *l. prox. § fin. d. l. 38. primo. eod.* Illa ſemel tantùm inſtitui poteſt, hæc diverſorum vitiorum cauſa ſæpiùs, modò judicium in hac re ita temperetur, ne emptor indè percipiat lucrum, *l. quod ſi nolit. 31. §. ſi quis egerit. 16. inf. eod. arg. l. quia dicitur. 32. de evict.* Illa ferè ob vitium ejuſmodi datur, ut, ſi id emptor ſciviſſet, rem non fuiſſet empturus. hæc etiam eſt licet vitium non
3 ſit tantum *arg. edicti.* Denique illud † obſervandum eſt, regulariter alterâ harum actionum inſtitutâ, alteram judicati exceptione poſſe repelli, eò quod altera alteram ferè contineat ipſo effectu, *l. ſi is qui 25. §. 1. de except. Rei jud.* Interdum tamen evenit, ut †, etiamſi æſtimatoria
4 actum ſit, & palam fiat non expedire actori ut rem retineat, nec ultro venditorem etiam damno pecuniario afficiat, ex officio judex rem jubeat redhiberi, *tex. ſingul. in l. bovem 43. §. aliquando. inf. eod.* Quanti
5 minoris autem † actio quæ hic dicitur, eadem eſt, quæ quanto minoris emiſſet

Digitized by Google

emiſſet emptor, ſi vitium rei ſciviſſet, vel, Quanto minoris ea res ob id vitium, cum veniſſet, fuerit. Licet verò inter has formulas nonnihil differentiæ eſſe nonnulli putarint, ut nimirum, quanto minoris res eſt, prætoris formulam exiſtimarint, quanto minoris empturus eſſet, civilis, *Bal. in l. 2. q. 2. C. de Reſ. Vend. Bar. in l. Julianus. 13. princ. num. 13. de Act. empt.* effectu tamen ipſo differunt nihil, ac ne formula quidem ſemper, cum ipſa quoque ex edicto actio ita detur, quanto minoris empturus fuiſſet, *l. quia dicitur. §. 1. verb. minoris empturum fuiſſe. inf. tit. 1.* Itaque Cujacius ſenſit, *in Par. h. t.* & Donellus *c. 6. in trac. de Ædil. edict.* Sed poſterior in eo malè, quod † ex empto quanti 6
minoris actionem, perinde ut prætoriam, annali præſcriptione concludat. Fatetur quidem ex empto agi poſſe ex eadem cauſa quâ ex edicto, victus nimirum palam, *l. ex empto. 11. §. redhibitionem. 3. de Act. empt. l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. h. t.* ſed eandem utriuſque præſcriptionem ſtatuit. At repugnat ei prorſus, *l. ſi dictum. 56. inf. tit. 1.* Nec mutat † l. 7
2. C. eod. quia ea pertinet ad actiones ædilitias, *gl. Fab. DD. plerique ib.* Licet enim ea lex generalis videatur, & tempus omne longius excludere, intelligenda tamen eſt quod reſcripta ſit ad quæſtionem de prætoriis actionibus propoſitam. Cui rei argumento & ipſe titulus eſt, & quòd aliàs dicimus, id quod favore alicujus conſtitutum eſt, non detorquendum in odium aut ſeveritatem. Si miretur Donellus, cur ergo hæ actiones jure prætorio ſint introductæ, reſpondebimus, ut conſtet, ædiles quoque earum rerum gerere curam. Vt ſc. reſpondit IC. de Edicto Prætoris adverſus Nau. Caup. ſtabularios, & unà, quò arctiùs nautas & reliquos aſtrigant, *l. 3. §. 1. ſup. Nau. Caup. ſtab. Vt Rec. Reſt.* Sunt præterea hæ ipſæ quoq, † in nonnullis civilibus ſeveriores; quippè cùm in his dupli condemnatio fiat, niſi arbitrio pareatur, *l. 45. inf. h. t.* Vnde & videntur eſſe pœnales, *l. cum autem. 23 § ſi ſervus. 4. h. t.* 8
Quod in civilibus non ità eſt, quippe in quibus dupli condemnatio ceſſat, præterquam evictionis nomine, vel jure veteri, ſi venditor de modo agri ſit mentitus, *Paul. 1. tit. 19. Sent.* vel ex XII. Tab. ſi inficietur quæ dixit in faciendo nexu mancipioque, ut ex Cicerone conſtat. Hodie tamen id ipſo jure in uno tantum caſu evictionis eſt. Vt rectè Cujacius notat, *hic in Par.* Quâ de re vide noſtra infra, *tit. 1. in l. 2.*
Sunt etiam † actionum earum differentiæ plures, namq; ædilitiæ actiones dantur in unum è ſociis multis, *l. 44. §. 1. h. t.* atque etiam in ignorantem qui ſcire debuit, *l. 1. §. cauſa. ſup. eod.* at civiles actiones pluribus ſociis vendentibus, in ſingulos dantur pro portione quâ ſocii ſunt, *d. l. 44. §. 1. in fi.* & in ignorantem non dantur ſi rem emptori habere liceat *tex. elegans. in l. Iulianus. 13. §. 1. de Act. empt.* Quemadmodum nimirum è diverſo † civiles dantur ob reticentiam ex ſcientia, in quantum emptoris intereſt, *d. l. 13. prin.* ædilitiæ verò ſunt ſolummodo quanti minoris. Paratæ denique † civiles ſunt, ſi emptor redhibere nequeat, velut ob vitium animi, prætoriæ non item. *l. 4. princ. ſub. eod.* 9 10 11

Digitized by Google

Ad l. ſciendum. 19.

Textus hic planus eſt in pleriſque.

§. fin. Relatus eſt in noſtris ſuprà, l. prox. n. 2.

Ad l. ædiles. 25.

§. Sciendum.) Vide noſtra ſuprà in l. non poteſt. 23. de Iudic. Vbi hæc quoque allegatur.

l. cùm autem. 23.

§. Si Servus.] Refertur in noſtris ſuprà ad l. 18. num. 8. eod.

Ad l. quod ſi nolit. 31.

1 §. In factum actio, cum §§. ſeqq.] Redhibitâ jam nunc re ipſa, † ob defectum redhibitoriæ aut æſtimatoriæ, parata nihilominus actio in factum eſt, ad pretium repetendum. In qua nil quæritur, niſi an redhibitum ſit, & ne quidem an redhibitum ſit intra tempora præfinita, multoque minùs an debuerit reticeri, an minus. *tex. hic.* Ob nudam

2 tamen redhibendi † conventionem non datur, *ut hic in §. illud planè. 18.* Sed hæc quoque actio, ut ædilitiæ ceteræ, temporalis eſt, *ut inf. ead. l. §.*

3 *ſi quid ita.* Planè ſi lege † venditionis cautum fuerit ut redhibere liceret, ſiquidem de certo tempore convenerit, redhibitio intra id ipſum facienda eſt, ſin de tempore convenerit nihil, intra ſexaginta dies redhibendum eſt, *ut in §. ſi quid. 22.* Neque enim hoc caſu morbi vitiive cauſâ, redhibetur (quia ejus ſemeſtris præſcriptio eſt) ſed quoniam diſplicet res emptori. Vnde eadem in hac re, quæ ornamentorum, præ-

4 ſcriptio eſt, *per hunc tex. & l. 38. princ. inf. eod.* An verò his † ſubſidiaria in factum actio, quæ ſolam rem perſequitur, non perpetuò danda ſit, videamus, & id quidē probabile videatur, *per l. in honorariis. 35. de Obl. & Act. Specul. tit. de Empt. & Vend. §. de reſcindenda vend.* Si tamen animadvertamus, nihil ſingulare in iſta actione fore, quod non judicio empti reparari queat, magis dicimus, in factum actionem ſubſidiariam ceſſare, cum empti ordinaria ſuperſit, *Caball. tr. hujus tit. c. ult. num. 2.*

L. 38.

Relata eſt in noſtris ad l. 18. §. in factum. & ad l. 31. §. in factum. h. t.

Ad l. bovem. 43. §. aliquando.

Vide noſtra ſuprà ad l. 18. num. 4. eod.

L. 44.

Relata eſt in noſtris ad l. 18. num. 9. eod.

Ad l. redhibitoria. 45.

1 Redhibitoria actio † duplicem condemnationem habet, primò ut redhibita rē damnetur venditor pretium ſolvere & acceſſionem, id eſt, uſuras & id quod intereſt, *l. debet. 27. ſup. eod.* quod ni fiat,

2 dupli cùm pretii tum acceſſionis condemnatio fit, *ut hic.* Ex quo † rectè Accurſius annotat, hanc actionem fieri arbitrariam, *gl. hic. junge l. illud. 29. §. fin. ſup. eod. Donell. c. 3. in trac. hujus tit.* Nec mutat † l. ex empto.

3 11. §.

11. §. redhibitionem de Act. Empt. ubi redhibitio dicitur contineri actione ex empto, unde & redhibitoria, ut ipsius genus, bonę fidei censeatur: qui redhibitio ibi non ſignificat actionem ex edicto ędilitiam, ſed ſimplicem redhibitionē empti actione obtinendam. *gl. & Azo. ib.*

Ad l. cum mancipium. 51.

Ei qui ignorans emit mancipium morboſum aut vitioſum, in venditorem qui ſcivit aut ſcire debuit, redhibitoria actio ex edicto ædilium eſt, vel ex empto actio jure civili, *l. ex empto. §. redhibitionem. ſup. de Act. emp.* ei qui ſciens non item. Quid ergo, ſi emerit filius alicujus, aut ſervus? Scientia filii ſervive venditorem excuſat, non domini aut patris; idque ſive ſuo, hoc eſt peculiari nomine; ſive domini emerit ipſius, ſive dominus mandarit; ſive ſervus id ut geſtor fecerit; ſive dominus certum emi mandarit, ſive incertum; uti & ex bona fide foret ſervum ignorantem deceptum non eſſe. Sed ſi ſervus mandato domini hominem emerit, quem dominus ipſe ſciverit vitioſum: venditor non tenetur. Atque hæc eſt ſententia primi reſponſi in hac lege; videamus quid ſit, ſi ſervus ignoraverit, & diverſum videatur hoc caſu etiam ratione contrariorum. Quod dicendum eſt ſi ſervus ſuo nomine emerit, vel emerit quidem domini mandato, non tamen de emendo homine certo; *arg. hu ni tex.* Excipimus, ab utroque caſu ſi dominus emptioni præſens adfuerit ut prohibere ſervum poſſet, nec fecit tamen, *arg. l. imo. 16. §. fin. de Lib. Cauſ. & l. 2. §. ſi ſervus 13. pro empt.* Perinde ut excepimus, ſi dominus mandaverit de emendo homine certo, cujus vitium vel morbum non ignorabat, *ut hic* convenit *l. 13. de Cont. Emp.* Obſtat verò textui noſtro l. 2. de Litig. ubi ignorante domino ſervus ſciens litigioſum emens domino non nocet: ſed hoc diverſum eſt, quia ibi ignorantia domini excuſat ipſum à pœna; quæ ferè odioſa eſt, in propoſito verò non agitur directò de pœna, ſed de conſervando contractu, cujus rei cauſa & aliàs benignior eſt, *arg. l. benignius de LL.* Et hæc eſt ſimplex & ingenua ſententia hujus textus.

§. 1. Quid ergo ſi procurator emerit vel negotiorum geſtor, horum an domini ſcientia inſpicienda ſit, videamus: & dicimus, ſcientiam illorum obeſſe, quamvis dominus adverſus eos actionem habeat mandati vel negotiorum geſtorum. Si tamen ipſi ignorarint, dominus ſciat, ipſis redhibitoria agere permiſſum eſt, nec exceptio ex perſona domini utilis obſtabit, *fac. l. imo & l. non ſolum. §. pen. de Lib. Cauſ.* Opponi quidem l. in ſervo 17. in fi. de Lib. Cauſ. ubi in eo cui mandatum eſt emere hominem certum, ſcientia procuratoris domini ignoranti non nocet. Sed hoc ita in cauſa liberali, ne putà auferat ſcientia procuratoris actionem pœnalem in duplum quæ parata eſt in eum qui dolo reticuit conditionem ſuam, ne ſc. impune ſit libero homini imponere alteri; hic verò verſamur in caſu redhibitionis, ab illo

Digitized by Google

longè diverſo, ut ſc. conſervetur contractus. Quod & alias benignius eſt, *l. benignius. de LL. ſup. Cujac. hic tract. 8. ad Afr.*

Ad l. Quæro. 58. §. fin.

1 INdiciis & argumentis † deficientibus, ad torturam ſervorum deve-
2 niendum non eſt, *l. 1. prin. §. 1. de Quæſt. & Tort.* Nec obſtat his † l. 7. inf. de Prob. ubi reſponſum eſt; probatione prioris fugæ deficiente, ſervi quæſtioni credendum eſſe: quia hoc ita, ſi præterea alia indicia
3 exſtet, *D. Lyclema lib. 1. Memb. c. 17.* Sic dicimus de reſponſione † ſervi præſentibus honeſtis viris facta, ei ſimpliciùs fidem non habendam adverſus venditorem, etſi alia indicia & argumenta concurrant.

Ad l. quoties. 61.

Vide noſtra in l. cum venderes. 59. de Contr. Emp.

Ad l. ſciendum. 63.

1 REfertur hic † edictum Ædilium pertinere ad ſolas venditiones.
2 Adde & permutationes †, *l. ſciendum. 19. §. deinde. 5. ſup. eod.* quia in his contrahentes ſunt venditoris & emptoris loco, *l. 1. de Permut.*
3 Sed in locationibus diverſum † eſt, quia eæ non fiunt causâ alienandi, *tex. gl. Bart. DD. hic.* Licet verò Cujacius diſputandi causâ contrarium defendit, *ex l. antepe. & penult. C. Locati. Cujac. 12. Obſ. 38.* tamen eæ parum ad rem faciunt. Lex enim antepenultima quidem receſ-
4 ſionem † ab iſto contractu permittit, declarandam intra annum, ſed hoc in edictum ædilium non cadit; quippe quo tantum rei alienatæ redhibitio permittitur. Quin & exiſtimo eam legem à multis non agnitam quòd fortaſſe jam olim fuerit abſoleta, ſatiſque ſit juſtæ neceſſitatis causâ rem conductam deſerere permiſſum, *juxta not. in l. ex*
5 *conducto. 15. §. Papini anus. Locati.* At l. penul. nihil † tradit peculiare, niſi quòd conductor rei, finitâ locatione manens in fundo ad ſententiam definitivam, punitur ut invaſor, *ad modum l. exſtat. Quod Met. Cauſ. & l. ſi quis in tantam. C. unde vi.*

De Eviction. & duplæ ſtip.

TIT. II.

EVincere eſt habenti poſſeſſionem rei jure auferre; unde evictioni nomen. Cujus causâ tamen emptori contra autorem ſuum etiam regreſſus ex ſtipulatione ſeu ſimplæ ſeu duplæ eſt, ſi ea ſit interpoſita; quæque eſt ex ædilitiis ſtipulationibus una, *l. 5. de Verb. Obl.* Num verò actio ob evictionem parata ex parte rei an actoris ſit odioſa aut favorabilis, quod Caball. movet *in præf. trac. de evict. num. 1.* utcunque aliter quàm Caſtrenſis, *in l. cum emptor. Ad L. Falc.* inutilis quæſtio

quæſtio eſt, quia tantus in ea alterius vel utriuſque favor vel odium eſt, quantum juris ratio ex naturâ vel empti actionis, vel duplæ ſtipulationis permittit. In dubio verò hic, ut & aliàs ad principia juris redimus.

Ad l. 1.

1. *Evictio etiam partis evictionis nomine actionem parit, & n. 3.*
2. *Conciliatur l. 56. §. in ſtipulatione. inf. eod.*
4. *Explicatur l. ſi mancipium. 34. §. 1. inf. eod.*
5. *Conciliatur l. 43. inf. eod.*
6. *Ob quales partes evictas actio ſit an minùs. & n. 7.*

VT ob evictionem † rei totius, ita & ob partis, actio eſt, *ut hic.* 1
quia rei appellatione continetur etiam pars, *l. appellatione. 72. de*
Verb. Sig. l. minor. 39. §. ſi à me. l. qui fundum. 35. inf. eod. Opponi poteſt
l. ſi dictum. *56. §.* in ſtipulatione. inf. eod. ubi † dicitur hominem pro 2
parte evictum, victum non videri, eoque partis adjectionem in promiſſione duplæ requiri. Et hoc igitur in duplæ ſtipulatione nonnullis probatum eſt, *per eum tex.* qui tamen in empti actione diverſum
perhibent, *per l. eum qui. 23 §. ſi autem. de Vſucap. ubi Cujac.* Sed &
ob uſumfructum evictum duplæ ſtipulatio committitur. Certum
enim † eſt ſtipulatione duplæ vi ipsâ contineri cautionem habere li- 3
cere, *l. ſi ſervus. 21. §. 1. l. ſi ſervum. 25. l. 34. §. 1. l. 57. h. t.* & perinde
certum, ſtipulationem habere licere, ob uſumfructum vel ſimile jus
evictum committi, *l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſi quis fortè de Verb. Ob.* perinde ſcilicet ac evictâ quavis aliâ parte, *l. ſi ab emptore. 49. inf. eod.*
Nam & Vſusfructus in multis caſibus cenſetur dominii pars, *l. 4. de*
Vſufr. ubi vi. noſtra. Parum igitur conveniens ea ſolutio eſt, & rectiùs
dicimus id ſpeciale eſſe in ſervo, *d. l. 56. §. in ſtipulatione. inf. eod.* cum
etiam communis ſervus nobis ſolis acquirat ex cauſis diverſis, *vi. l.*
ſervus. communis. de ſtip. Serv. ſic poſt Bart. Donell. c. 8. in trac. de Evict.
Nec obſtat † l. ſi mancipium. *34. §. 1.* inf. eod. ubi ſimpliciùs relatum 4
eſt parte hominis evictâ duplæ ſtipulationem committi: quia id ita
eſt, cum communi dividundo judicio adverſario ſervus adjudicatus
eſt, ut mihi eum habere non liceat prorſus. Quod ſc. notum eſt judicio communi dividundo, adjudicationes fieri ſæpe, parte rurſus alterâ condemnatâ in pecuniæ quantitatem. Nam cum hoc caſu emptor ſervo omnino ſit fruſtratus, non refert quo judicio evictus ſit, *ut*
ib. in tex. Minùs ad rem facit †, quòd ob vitulum poſt emptionem 5

Digitized by Google

vaccæ natum & evictum duplæ actio ceſſat, *l. vacca. 43. inf. eod.* quia
vitulus tantùm fructus non etiam uſusfructus eſt, *ut ib. in tex.* Planè
6 quod dicimus, ob evictionem † partium actionem evictionis vel ex ſti-
pulatu eſſe, id rectè de partibus integralibus acceptum eſt, uti pariete,
tecto, columna, quippe quæ ædificium conſtituunt principaliter, *d. l.
23. §. 1. de Vſucap.* Quales ſunt quoque partes quæ diviſæ, ſeparatæq;
à toto, ipſæ etiam conſtituunt rem totam per ſeſe, *l. appellatione. 72. de
Verb. Sign.* uti ſunt uſusfructus, *d. l. 49. inf. eod.* pars fundi, *l. minor.
39. §. ſi a me. l. qui fundum. 35. inf. eod.* Sed hoc † de partibus materia-
7 libus aut minutis non ita eſt, quales ſunt ligna, lapides, cæmenta, ta-
bulæ, quippe quæ nave domove empta, ſingula empta non intelligun-
tur, *l. nave. 36. inf. eod.* adeoque ne quidem uti partes intelliguntur
tradi, nec totâ re traditâ poſſideri, *d. l. 23. §. 1. de Vſucap.* *Donell. d. c. 6.
de Evict.* Adde his tex. l. 64. inf. eod. qui in plerisque planus eſt.

Ad l. 2.

1. *Argumentum textus.*
2. *Quid juris ſi dupli præſtandi facta mentio non ſit, nec actum etiam ut hoc nomine caveatur.*
3. *Duplæ cautio ad quas res pertineat.*
4. *Duplâ præſtitâ ejus quod intereſt ratio ceſſat.*
5. *Quando alias ejus quod intereſt eſt ratio non habeatur.*
6. *Quid ſi quis per errorem ſimplam pro duplâ ſtipuletur, & num. 9.*
7. *Quando ob evictionem actio ceſſet.*
8. *Quando etiam ante evictionem agi poſſit.*

1 SI venditor dupli cautionem † non præſtet, conventus eo nomine,
ut præſtet condemnandus eſt, *l. emptori. 37. princ. inf. eod.* Aut in i-
pſum duplum ſaltem eatenus, ut pendeat iſtud, ſi forte ſequatur evi-
2 ctio, quod ejuſdem omnino effectus eſt, *ut hic.* Quod ſi de dupla † di-
ctum ſit nihil, in ipſo contractu, nec actum etiam ex empto, ut ejus
nomine caveatur, ſubſecuta evictione nihil venditor præſtabit præ-
ter ſimplum evictionis nomine, & ex natura empti actionis hoc
quod intereſt *l. ſi in venditione. 60. & l. evicta. 70. inf. eod.* ubi vide noſtra.
3 Sed de dupla quod dicimus, intelligendum eſt in † rebus pretioſis aut
majoris momenti, itemque mancipio, non tamen in rebus vilioribus
4 ceteris, *d. l. emptori. 37. §. 1. inf. eod.* Dupla tamen præſtita, † venditor ni-

hil præ-

hil præſtat amplius *l. ex empto. 11. §. Caſſius ſup. de Act. Emp.* Rurſus evenire poteſt, ut non in id quod intereſt, ſed de pretio duntaxat & uſuris contra venditorem actio ſit, quod uſu venit pignore capto & diſtracto in executionem rei judicatæ, *l. ſi plur. 74. §. 1. inf. eod.* Ceterùm 5
ſi emptor per errorem ſimplam pro dupla ſtipulatus † ſit (quando verò id ſit in facto conſiſtit) hoc magis ex empto conſequetur quod amplius in ſtipulatione dupli fuiſſet, ſi eadem interpoſita eſſet. Hæc ita ſi emptor cautionis ſolennia † impleverit, id eſt ſi authori ritè denunciaverit, 6
l. emptori. 37. §. fin. inf. eod. nam ſi id omiſerit & ſimplam in ſtipulationem deductam perdet, & ex empto actionem in id quod intereſt, ſimul, 7
l. emptor. C. eod. quanquam ſi acceſſerit dolus † venditoris, emptor etiam ob dolum ante evictionem inſtitutam agere poſſit; ideoque & ex conſequenti, qui ſciens vendidit rem alienam, meritò poſt evictionem, denunciatione fortè omiſſa, tenetur; non quidem ex clauſula habere licere, ſed ea qua continetur dolum abeſſe, quæ ipſa quoque hoc contractu, ut bonæ fidei, continetur, *l. ſi ſervo. 30. §. fin. ſup. de Act. Emp. vide noſtra. in l. 4. ſup. de Act. emp. & in d. l. 30. § fin. & in l. 11. §. emptorem. eod. tit.* Sed & † in caſu erroris jam propoſito, ſi quid minus in ſtipulationem per errorem deductum eſt, emptor ex empto conſequetur, ut ei promittatur quod minus in ſtipulationem erroneam ſimplæ ſuperiorem deductum fuit, etiamſi omiſſa denunciatio ſit, *d. l. 37. §. fin. eod.* Quæ cautio hoc operabitur, ut, ſi vel evictio non ſequatur, (cùm ad ſtipulationem ejus quod minus, fortè agatur poſt cauſæ concluſionem) vel emptor fortaſſe poſſeſſionem recuperet, ſecuta dein evictione alia, nomine ejus quod in ſtipulatione priori omiſſum erat, agat rectè ex illa poſteriore, *Accurſ. poſt Ioann. in d. l. emptori. 37. §. fin.* Junguntur his quæ nos infrà *in l. qui libertatis. 69. eod.* 8
9

L. 3.

Allegatur in noſtris infrà, *ad l. Lucius. 1. h. t.*

Ad l. illud. 4.

QVi ad † cautionem duplæ tenetur, non tamen tenetur ad ſatiſdationem fidejuſſoriam, *ut hic & l. 56. inf. eod.* niſi id actum ſit, *l. emptori. 37. prin. inf. eod. l. 1. §. ſtipulatio duplæ. de Præt. ſtip.* Sed † etſi emptori quæſtio dominii ante ſolutionem moveatur, rectè fidejuſſores exiget priuſquàm reliquum ſolvat, *l. pen. in fi. ſup. de Per. & Comm. Rei Vend. l. ſi poſt. 24. C. h. t.* Denique & † loci conſuetudo in hac re ſpectanda eſt, undè ſi ea ſatiſdationem exigat, idem dicimus, *l. ſi fundus. 6. inf. h. t. gl. hic.* 1
2
3

Ad l. ſervi. 5.

NOtatur hoc loco †, ſi emptori per injuriam judicis res ablata ſit, actionem ob evictionem ceſſare, *ut hic. & l. 51. inf. eod.* Idem eſt 1
ſi emptori † injuria fiat à tertio, *l. ult. C. de Act. Emp. l. 1. C. de Rer. Perm.* 2
Num verò id ita demum ſit, ſi emptor dederit † cauſam injuſtæ damnationi, 3

Digitized by Google

nationi, videamus; & hoc quidem Accurſius ratus eſt, *gl. hic.* movetur textu l. exceptione. *67.* de Fidejuſſ. inf. Propè tamen eſt id indefinitè ſtatuendum *per hunc tex. & ſim. allegatos.* nec ad rem facit d. l. *67.* quia ibi agitur de fidejuſſore condemnato, in quo diverſa ratio eſt, cum quidem fidejuſſor non condemnetur nomine ſuo eoque nec ipſi injuria facta cenſeatur, ſed loco principalis, unde regreſſum habet ſemper, niſi ipſe dederit condemnationi cauſam: emptor verò damnatur principaliter uti poſſeſſor conventus, unde injuriam quoque ma-
4 gis pati cenſetur nomine proprio. Denique illud † rectè Accurſius annotat, licet non teneatur venditor ob injuriam à judice illatam emptori, teneri tamen judicem ipſum quòd litem fecerit ſuam, *ut princ. Inſt. de Obl. quæ Ex Quaſi Del. & l. ult. inf. de Extraord. Cogn.*

Ad l. ſi fundus. 6.

1. Cavendum pro evictione eſt ſecundum loci contractus morem; niſi aliud actum ſit.

2. Reſtitutio in integrum in loco contractus non recepta, alibi non permittenda.

3. Locus contractus juriſdictionem fundat præterquam in causâ dotali, & n. 11.

4. Bonorum communio in loco habitationis mariti recepta, alibi probanda.

5. Quid juris, matrimonio contracto in loco originis mariti.

6. Cujus loci conſuetudo inſpiciatur ſi de rei æſtimatione quæſtio ſit.

7. Quid ſi dos reſtituenda ſit certo loco.

8. Quid juris in Sponſa.

9. Quid in muliere loci conſuetudinem ignorante.

10. Quid juris ſi conjuges habitationem transtulerint.

12. Quatenus teſtamenti ſolennitates ex conſuetudine loci fiant aut alibi valeant an minùs & n. 13. 14. 15. 16. 17.

18. Quatenus idem ſit in ſucceſſione ab inteſtato.

1 SAtis vulgatum † eſt quod hic Cajus perhibet, caveri pro evictione oportere pro conſuetudine loci ubi negotium eſt contractum, *ut hic &*

emiſſet emptor, ſi vitium rei ſciviſſet, vel, Quanto minoris ea res ob id vitium, cum veniſſet, fuerit. Licet verò inter has formulas nonnihil differentiæ eſſe nonnulli putarint, ut nimirum, quanto minoris res eſt, prætoris formulam exiſtimarint, quanto minoris empturus eſſet, civilis, *Bal. in l. 2. q. 2. C. de Reſ. Vend. Bar. in l. Julianus. 13. princ. num. 13. de Act. empt.* effectu tamen ipſo differunt nihil, ac ne formula quidem ſemper, cum ipſa quoque ex edicto actio ita detur, quanto minoris empturus fuiſſet, *l. quia dicitur. §. 1. verb. minoris empturum fuiſſe. inf. tit. 1.* Itaque Cujacius ſenſit, *in Par. h. t.* & Donellus *c. 6. in trac. de Ædil. edict.* Sed poſterior in eo malè, quod † ex empto quanti 6
minoris actionem, perinde ut prætoriam, annali præſcriptione concludat. Fatetur quidem ex empto agi poſſe ex eadem cauſâ quâ ex edicto, victus nimirum palam, *l. ex empto. 11. §. redhibitionem. 3. de Act. empt. l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. h. t.* ſed eandem utriuſque præſcriptionem ſtatuit. At repugnat ei prorſus, *l. ſi dictum. 56. inf. tit. 1.* Nec mutat † l. 7
2. C. eod. quia ea pertinet ad actiones ædilitias, *gl. Fab. DD. plerique. ib.* Licet enim ea lex generalis videatur, & tempus omne longius excludere, intelligenda tamen eſt quod reſcripta ſit ad quæſtionem de prætoriis actionibus propoſitam. Cui rei argumento & ipſe titulus eſt, & quòd aliàs dicimus, id quod favore alicujus conſtitutum eſt, non detorquendum in odium aut ſeveritatem. Si miretur Donellus, cur ergo hæ actiones jure prætorio ſint introductæ, reſpondebimus, ut conſtet, ædiles quoque earum rerum gerere curam. Vt ſc. reſpondit IC. de Edicto Prætoris adverſus Nau. Caup. ſtabularios, & unà, quò arctiùs nautas & reliquos aſtrigant, *l. 3. §. 1. ſup. Nau. Caup. ſtab. Vt Rec. Reſt.* Sunt præterea hæ ipſæ quoq; † in nonnullis civilibus ſeveriores; quippè cùm in his dupli condemnatio fiat, niſi arbitrio pareatur, *l. 45. inf. h. t.* Vnde & videntur eſſe pœnales, *l. cum autem. 23. §. ſi ſervus. 4. h. t.* 8
Quod in civilibus non ità eſt, quippe in quibus dupli condemnatio ceſſat, præterquam evictionis nomine, vel jure veteri, ſi venditor de modo agri ſit mentitus, *Paul. 1. tit. 19. Sent.* vel ex XII. Tab. ſi inficietur quæ dixit in faciendo nexu mancipioque, ut ex Cicerone conſtat. Hodie tamen id ipſo jure in uno tantum caſu evictionis eſt. Vt rectè Cujacius notat, *hic in Par.* Quâ de re vide noſtra infra, *tit. 1. in l. 2.*
Sunt etiam † actionum earum differentię plures, namq; ædilitię actiones dantur in unum è ſociis multis, *l. 44. §. 1. h. t.* atque etiam in ignorantem qui ſcire debuit, *l. 1. §. cauſa. ſup. eod.* at civiles actiones pluribus ſociis vendentibus, in ſingulos dantur pro portione quâ ſocii ſunt, *d. l. 44. §. 1. in fi.* & in ignorantem non dantur ſi rem emptori habere liceat. *tex. elegans in l. Julianus. 13. §. 1. de Act. empt.* Quemadmodum nimirum è diverſo † civiles dantur ob reticentiam ex ſcientia, in quantum emptoris intereſt, *d. l. 13. prin.* ædilitiæ verò ſunt ſolummodo 9
10
quanti minoris. Paratæ denique † civiles ſunt, ſi emptor redhibere nequeat, velut ob vitium animi, prætoriæ non item. *l. 4. princ. ſub. eod.* 11

Digitized by Google

Ad l. ſciendum. 19.

Textus hic planus eſt in pleriſque.

§.fin. Relatus eſt in noſtris ſupra, l. prox. n. 2.

Ad l. ædiles. 25.

§.Sciendum.) Vide noſtra ſupra in l. non poteſt. *23*. de Iudic. Vbi hæc quoque allegatur.

l. cùm autem. 23.

§.Si Servus.] Refertur in noſtris ſupra ad l. *18*. num. *8*, cod.

Ad l. quod ſi nolit. 31.

1 §.In factum actio, cum §§. ſeqq.] Redhibitâ jam nunc re ipſa, † ob
defectum redhibitoriæ aut æſtimatoriæ, parata nihilominus actio in
factum eſt, ad pretium repetendum. In qua nil quęritur, niſi an red-
hibitum ſit, & ne quidem an redhibitum ſit intra tempora præfinita;
multoque minùs an debuerit reticeri, an minùs, *tex. hic*. Ob nudam
2 tamen redhibendi † conventionem non datur, *ut hic in §. illud planè. 18.*
Sed hæc quoque actio, ut ædilitiæ ceterę, temporalis eſt, *ut inf. eod. l. §.*
3 *ſi quid ita*. Planè ſi lege † venditionis cautum fuerit ut redhibere lice-
ret, ſiquidem de certo tempore convenerit, redhibitio intra id ipſum
facienda eſt, ſin de tempore convenerit nihil, intra ſexaginta dies red-
hibendum eſt, *ut in §. ſi quid. 22.* Neque enim hoc caſu morbi uitiive
causâ, redhibetur (quia ejus ſemeſtris præſcriptio eſt) ſed quoniam di-
ſplcet res emptori. Vnde eadem in hac re, quæ ornamentorum, præ-
4 ſcriptio eſt, *per hunc tex. & l. 38. princ. inf. eod.* An verò his † ſubſidiaria
in factum actio, quæ ſolam rem perſequitur, non perpetuò danda ſit,
6 videamus, & id quidē probabile videatur, *per l. in honorariis, 35. de Obl.
& Act. Specul. tit. de Empt. & Vend. §. de reſcindenda vend.* Si tamen
animadvertamus, nihil ſingulare in iſta actione fore, quod non judicio
empti reparari queat, magis dicimus, in factum actionem ſubſidiariam
ceſſare, cum empti ordinaria ſuperſit, *Caball. tr. hujus tit. c. ult. num. 2.*

L. 38;

Relata eſt in noſtris ad l. *18*. §. in factum. & ad l. *31*. §. in factum. h. t.

Ad l. bovem. 43. §. aliquando.

Vide noſtra ſupra ad l. *18*. num. *4*. cod.

L. 44.

Relata eſt in noſtris ad l. *18*. num. *9*. cod.

Ad l. redhibitoria. 45.

1 REdhibitoria actio † duplicem condemnationem habet, primò
ut redhibitâ re damnetur venditor pretium ſolvere & acceſſio-
nem, id eſt, uſuras & id quod intereſt, *l. debet. 27. ſup. eod.* quod ni fiat,
2 dupli, cùm pretii tum acceſſionis condemnatio fit, *ut hic*. Ex quo † rectè
Accurſius annotat, hanc actionem fieri arbitrariam, *gl. hic. junge l. illud.
29. §. fin. ſup. eod. Donell. c. 5. in trac. hujus tit.* Nec mutat † l. ex empto.
3

11. §.

Digitized by Google

11. §. redhibitionem de Act. Empt. ubi redhibitio dicitur contineri actione ex empto, unde & redhibitoria, ut ipſius genus, bonæ fidei cenſeatur, quia redhibitio ibi non ſignificat actionem ex edicto ædilitiam, ſed ſimplicem redhibitione ẽ empti actione obtinendam. *gl. & Azo. ***.*

Ad l. cum mancipium. 51.

EI qui ignorans emit mancipium morboſum aut vitioſum, in venditorem qui ſcivit aut ſcire debuit, redhibitoria actio ex edicto ædilium eſt, vel ex empto actio jure civili, *l. ex empto. §. redhibitionem. ſup. de Act. emp.* ei qui ſciens non item. Quid ergo, ſi emerit filius alicujus, aut ſervus? Scientia filii ſervive † venditorem excuſat, non do- 1
mini aut patris; idque ſive ſuo, hoc eſt peculiari nomine; ſive domini
emerit ipſius, ſive dominus mandarit, ſive ſervus id ut geſtor fecerit;
ſive dominus certum ei ſervum mandaverit, ſive incertum; uti & ex bona fide 1
fore ſervum ignorantem deceptum non eſſe. Sed ſi ſervus mandato
domini hominem emerit, quem dominus ipſe ſciverit vitioſum: venditor non tenetur. Atque hæc eſt ſententia primi reſponſi in hac lege;
videamus quid † ſit, ſi ſervus ignoraverit, & diverſum videatur hoc 2
caſu eti imitatione contrariorum. Quod dicendum eſt ſi ſervus ſuo
nomine emerit, vel emerit quidem domini mandato, non tamen de
emendo homine certo, *arg. hujus lex.* Excipimus, ab utroque caſu ſi
dominus emptioni † præſens adfuerit ut prohibere ſervum poſſet, nec 3
fecit tamen, *arg. l. imo 16. §. fin. de Lib. Cauſ. & l. 2. §. ſi ſervus. 13. pro emp. t.*
Perinde ut excepimus, ſi dominus mandaverit de emendo homine
certo, cujus vitium vel morbum non ignorabat, *ut hic* convenit *l. 13. de Contr. Emp.* Obſtat verò textui noſtro l. 2. de Litig. ubi ignorante 4
domino ſervus ſciens litigioſum emens domino non nocet: ſed hoc
diverſum eſt, quia ibi ignorantia domini excuſat ipſum à pœna, quæ
ferè odioſa eſt, in propoſito verò non agitur directò de pœna, ſed de
conſervando contractu, cujus rei cauſa & aliàs benignior eſt, *arg. l. benignius. de LL.* Et hæc eſt ſimplex & ingenua ſententia hujus textus.

§ 1. Quid ergo ſi procurator emerit † vel negotiorum geſtor, ho- 1
rum an domini ſcientia inſpicienda ſit, videamus: & dicimus, ſcientiam illorum obeſſe, quamvis dominus adverſus eos actionem habeat mandati vel negotiorum geſtorum. Si tamen ipſi ignorarint, dominus ſciverit, ipſis redhibitoria agere permiſſum eſt, nec exceptio ex perſona domini utilis obſtabit, *fac. l. imo & l. non ſolum. §. pen. de Lib Cauſ.* Opponi queat † l. in ſervo. 17. in fi. de Lib. Cauſ. ubi in eo cui mandatum eſt emere hominem certum, ſcientia procuratoris domini ignoranti non nocet. Sed hoc ità in cauſà liberali, ne puta auferat ſcientia procuratoris actionem pœnalem in duplum quæ parata eſt in eum qui dolo reticuit conditionem ſuam, ne ſc. impune ſit libero homini imponere alteri; hic verò verſamur in caſu redhibitionis, ab illo

longè diverſo, ut ſc. conſervetur contractus. Quod & alias benignius eſt, *l. benigniùs. de LL. ſup. Cujac. hic tract. 8. ad Afr.*

Ad l Quæro. 58. §. fin.

1 INdiciis & argumentis † deficientibus, ad torturam ſervorum devo-
2 niendum non eſt, *l. 1. prin. §. 1. de Quæſt. & Tort.* Nec obſtat his † l. 7. inf. de Prob. ubi reſponſum eſt; probatione prioris fugæ deficiente, ſervi quæſtioni credendum eſſe: quia hoc ita, ſi præterea alia indicia
3 extent, *D. Lyclema. lib. 1. Memb. c. 17.* Sic dicimus de reſponſione † ſervi præſentibus honeſtis viris factâ, ei ſimpliciùs fidem non habendam adverſus venditorem, etſi alia indicia & argumenta concurrant.

Ad l. quoties. 61.

Vide noſtra in l. cum venderes. 59. de Contr. Emp.

Ad l. ſciendum. 63.

1 REfertur hic † edictum Ædilium pertinere ad ſolas venditiones.
2 Adde & permutationes †, *l. ſciendum. 19. §. deinde. 5. ſup. eod.* quia in his contrahentes ſunt venditoris & emptoris loco, *l. 1. de Permut.*
3 Sed in locationibus diverſum † eſt, quia eæ non fiunt causâ alienandi, *tex. gl. Bart. DD. hic.* Licet verò Cujacius diſputandi causâ contrarium defendit, *ex l. antepe. & penult. C. Locati. Cujac. 12. Obſ. 38.* tamen eæ parum ad rem faciunt. Lex enim antepenultima quidem receſ-
4 ſionem † ab iſto contractu permittit, declarandam intra annum, ſed hoc in edictum ædilium non cadit; quippe quo tantum rei alienatæ redhibitio permittitur. Quin & exiſtimo eam legem à multis non agnitam quòd fortaſſe jam olim fuerit abſoleta, ſatiſque ſit juſtæ neceſſitatis causâ rem conductam deſerere permiſſum, *juxta not. in l. ex*
5 *conducto. 15. §. Papinianus. Locati.* At l. penul. nihil † tradit peculiare, niſi quòd conductor rei, finitâ locatione manens in fundo ad ſententiam definitivam, punitur ut invaſor, *ad modum l. extat. Quod Met. Cauſ. & l. ſi quis in tantam. C. unde vi.*

De Eviction. & duplæ ſtip.

TIT. II.

EVincere eſt habenti poſſeſſionem rei jure auferre; unde evictioni nomen. Cujus causâ tamen emptori contra autorem ſuum etiam regreſſus ex ſtipulatione ſeu ſimplæ ſeu duplæ eſt, ſi ea ſit interpoſita; quæque eſt ex ædilitiis ſtipulationibus una, *l. 5. de Verb. Obl.* Num verò actio ob evictionem parata ex parte rei an actoris ſit odioſa aut favorabilis, quod Caball. movet *in præf. trac. de evict. num. 1.* utcunque aliter quàm Caſtrenſis, *in l. cum emptor. Ad L. Falc.* inutilis quæſtio

Digitized by Google

quæſtio eſt, quia tantus in ea alterius vel utriuſque favor vel odium eſt, quantum juris ratio ex naturâ vel empti actionis, vel duplæ ſtipulationis permittit. In dubio verò hic, ut & aliàs ad principia juris redimus.

Ad l. 1.

1. *Evictio etiam partis evictionis nomine actionem parit, & n. 3.*
2. *Conciliatur l. 56. §. in ſtipulatione. inf. eod.*
4. *Explicatur l. ſi mancipium. 34. §. 1. inf. eod.*
5. *Conciliatur l. 43. inf. eod.*
6. *Ob quales partes evictas actio ſit an minùs. & n. 7.*

VT ob evictionem † rei totius, ita & ob partis, actio eſt, *ut hic.* 1
quia rei appellatione continetur etiam pars, *l. appellatione. 72. de
Verb. Sig. l. minor. 39. §. ſi à me. l. qui fundum. 35. inf. eod.* Opponi poteſt
l. ſi dictum. *56. §.* in ſtipulatione. inf. eod. ubi † dicitur hominem pro 2
parte evictum, victum non videri, eoque partis adjectionem in promiſſione duplæ requiri. Et hoc igitur in duplæ ſtipulatione nonnullis probatum eſt, *per eum tex.* qui tamen in empti actione diverſum perhibent, *per l. eum qui. 23 §. ſi autem. de Vſucap. ubi Cujac.* Sed & ob uſumfructum evictum duplæ ſtipulatio committitur. Certum
enim † eſt ſtipulatione duplæ vi ipsâ contineri cautionem habere li- 3
cere, *l. ſi ſervus. 21. §. 1. l. ſi ſervum. 25. l. 34. §. 1. l. 57. h. t.* & perinde certum, ſtipulationem habere licere, ob uſumfructum vel ſimile jus evictum committi, *l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſi quis fortè de Verb. Ob.* perinde ſcilicet ac evictâ quavis aliâ parte, *l. ſi ab emptore. 49. inf. eod.* Nam & Vſusfructus in multis caſibus cenſetur dominii pars, *l. 4. de Vſufr. ubi vi. noſtra.* Parum igitur conveniens ea ſolutio eſt, & rectiùs dicimus id ſpeciale eſſe in ſervo, *d. l. 56. §. in ſtipulatione. inf. eod.* cum etiam communis ſervus nobis ſolis acquirat ex cauſis diverſis, *vi. l. ſervus communis. de ſtip. Serv. ſic poſt Bart. Donell. c. 8. in trac. de Evict.*
Nec obſtat † l. ſi mancipium. *34. §. 1.* inf. eod. ubi ſimpliciùs relatum 4
eſt parte hominis evictâ duplæ ſtipulationem committi: quia id ita eſt, cum communi dividundo judicio adverſario ſervus adjudicatus eſt, ut mihi eum habere non liceat prorſus. Quod ſc. notum eſt judicio communi dividundo, adjudicationes fieri ſæpe, parte rurſus alterâ condemnatâ in pecuniæ quantitatem. Nam cum hoc caſu emptor ſervo omnino ſit fruſtratus, non refert quo judicio evictus ſit, *ut
ib. in tex.* Minùs ad rem facit †, quòd ob vitulum poſt emptionem 5

Digitized by Google

vaccæ natum & evictum duplæ actio ceſſat, *l. vacca. 43 inf. eod.* quia vitulus tantùm fructus non etiam uſusfructus eſt, *ut ib. in tex.* Planè
6 quod dicimus, ob evictionem † partium actionem evictionis vel ex ſtipulatu eſſe, id rectè de partibus integralibus acceptum eſt, uti pariete, tecto, columna, quippe quæ ædificium conſtituunt principaliter, *d. l. 23. §. 1. de Vſucap.* Quales ſunt quoque partes quæ diviſæ, ſeparatæq; à toto, ipſæ etiam conſtituunt rem totam per ſeſe, *l. appellatione. 72. de Verb. Sign.* uti ſunt uſusfructus, *d. l. 49. inf. eod.* pars fundi, *l. minor. 39. §. ſi a me. l. qui fundum. 35. inf. eod.* Sed hoc † de partibus materia-
7 libus aut minutis non ita eſt, quales ſunt ligna, lapides, cæmenta, tabulæ, quippe quæ nave domóve empta, ſingula empta non intelliguntur, *l. nave. 36. inf. eod.* adeoque ne quidem uti partes intelliguntur tradi, nec totâ re traditâ poſſideri, *d. l. 23. §. 1. de Vſucap.* *Donell. d. c. 6. de Evict.* Adde his tex. l. 64. inf. eod. qui in pleriſque planus eſt.

Ad l. 2.

1. *Argumentum textus.*
2. *Quid juris ſi dupli præſtandi facta mentio non ſit, nec actum etiam ut hoc nomine caveatur.*
3. *Duplæ cautio ad quas res pertineat.*
4. *Duplâ præſtitâ ejus quod intereſt ratio ceſſat.*
5. *Quando alias ejus quod intereſt eſt ratio non habeatur.*
6. *Quid ſi quis per errorem ſimplam pro duplâ ſtipuletur, & num. 9.*
7. *Quando ob evictionem actio ceſſet.*
8. *Quando etiam ante evictionem agi poſſit.*

1 SI venditor dupli cautionem † non præſtet, conventus eo nomine, ut præſtet condemnandus eſt, *l. emtori. 37 princ. inf. eod.* Aut in ipſum duplum ſaltem eatenus, ut pendeat illud, ſi forte ſequatur evi-
2 ctio, quod ejuſdem omnino effectus eſt, *ut hic.* Quod ſi de dupla † dictum ſit nihil, in ipſo contractu, nec actum etiam ex empto, ut ejus nomine caveatur, ſubſecuta evictione nihil venditor præſtabit præter ſimplam evictionis nomine, & ex natura empti actionis hoc quod intereſt, *l. ſi in venditione. 60. & l. evicta. 70. inf. eod* ubi vide noſtra.
3 Sed de dupla quod dicimus, intelligendum eſt in † rebus pretioſis aut majoris momenti, itemque mancipio, non tamen in rebus vilioribus
4 ceteris, *d. l. emptori. 37. §. 1. inf. eod.* Dupla tamen præſtita, † venditor nihil præ-

hil præſtat amplius l. ex empto. 1 1. §. Caſſius. ſup. de Act. Emp. Rurſus e-
venire poteſt †, ut non in id quod intereſt, ſed de pretio duntaxat & u- 5
ſuris contra venditorem actio ſit, quod uſu venit pignore capto & di-
ſtracto in exſecutionem rei judicatæ. *l. ſi plus. 74. §. 1. inf. eod.* Ceterùm
ſi emptor per errorem ſimplam pro dupla ſtipulatus † ſit (quando verò 6
id ſit in facto conſiſtit) hoc magis ex empto conſequetur quod amplius
in ſtipulatione dupli fuiſſet, ſi eadem interpoſita eſſet. Hæc ita ſi em-
ptor cautionis ſolennia † impleverit, id eſt, ſi authori ritè denunciaverit, 7
l. emptori. 37. §. fin. inf. eod. nam ſi id omiſerit, & ſimplam in ſtipulationem
deductam perdet, & ex empto actionem in id quod intereſt, ſimul,
l. emptor. C. eod. quanquam ſi acceſſerit dolus † venditoris, emptor etiam 8
ob dolum ante evictionem inſtitutam agere poſſit; ideoque & ex con-
ſequenti, qui ſciens vendidit rem alienam, meritò poſt evictionem,
denunciatione fortè omiſſa, tenetur; non quidem ex clauſula habere
licere, ſed ea qua continetur dolum abeſſe, quæ ipſa quoque hoc con-
tractu, ut bonæ fidei, continetur, *l. ſerva. 30. §. fin. ſup. de Act. Emp. vide
noſtra. in l. 4. ſup. de Act. emp. & in d. l. 30. § fin. & in l. 11. §. emptorem.
eod. tit.* Sed & † in caſu erroris jam propoſito, ſi quid minùs in ſti- 9
pulationem per errorem deductum eſt, emptor ex empto conſeque-
tur, ut ei promittatur quod minùs in ſtipulationem erroneam ſimplæ
ſuperiorem deductum fuit, etiamſi omiſſa denunciatio ſit, *d. l. 37. §. fin.
eod.* Quæ cautio hoc operabitur, ut, ſi vel evictio non ſequatur, (cùm
ad ſtipulationem ejus quod minus, fortè agatur poſt cauſæ concluſio-
nem) vel emptor fortaſſe poſſeſſionem recuperet, ſecutâ dein evictio-
ne aliâ, nomine ejus quod in ſtipulatione priori omiſſum erat, agat re-
ctè ex illa poſteriore, *Accurſ. poſt Ioann. in d. l. emptori. 37. §. fin.* Iun-
gantur his quæ nos infrà *in l. qui libertatis. 69. eod.*

L. 3.

Allegatur in noſtris infrà, *ad l. Lucius. 1 1. h. t.*

Ad l. illud. 4.

QVi ad † cautionem duplæ tenetur, non tamen tenetur ad ſatiſda- 1
tionem fidejuſſoriam, *ut hic & l. 56. inf. eod.* niſi id actum ſit, *l. em-
ptori. 37. prin. inf. eod. l. 1. §. ſtipulatio duplæ. de Præt. ſtip.* Sed † etſi em- 2
ptori quæſtio dominii ante ſolutionem moveatur, rectè fidejuſſores
exiget priuſquam reliquum ſolvat, *l. pen. in fi. ſup. de Per. & Comm. Rei
Vend. l. ſi poſt. 24. C. h. t.* Denique & † loci conſuetudo in hac re ſpe- 3
ctanda eſt, undè ſi ea ſatiſdationem exigat, idem dicimus, *l. ſi fundus. 6.
inf. h. t. gl. hic.*

Ad l. ſervi. 5.

NOtatur hoc loco †, ſi emptori per injuriam judicis rés ablata ſit, 1
actionem ob evictionem ceſſare, *ut hic. & l. 51. inf. eod.* Idem eſt
ſi emptori † injuria fiat à tertio, *l. ult. C. de Act. Emp. l. 1. C. de Rer. Perm.* 2
Num verò id ita demum ſit, ſi emptor dederit † cauſam injuſtæ dam- 3
nationi,

nationi, videamus, & hoc quidem Accurſius tatus eſt, *gl. hic.* movetur textu l. exceptione. *67.* de Fidejuſſ. inf. Propè tamen eſt id indefinitè ſtatuendum *per hunc tex. & ſim. allegatos.* nec ad rem facit d. l. *67.* quia ibi agitur de fidejuſſore condemnato, in quo diverſa ratio eſt, cum quidem fidejuſſor non condemnetur nomine ſuo eoque nec ipſi injuria facta cenſeatur, ſed loco principalis, unde regreſſum habet ſemper, niſi ipſe dederit condemnationi cauſam: emptor verò damnatur principaliter uti poſſeſſor conventus, unde injuriam quoque magis pati cenſetur nomine proprio.

4 Denique illud † rectè Accurſius annotat; licet non teneatur venditor ob injuriam à judice illatam emptori, teneri tamen judicem ipſum quòd litem fecerit ſuam, *ut princ. Inſt. de Obl. quæ Ex Quaſi Del. & l. ult. inf. de Extraord. Cogn.*

Ad l. ſi fundus. 6.

1. Cavendum pro evictione eſt ſecundum loci contractus morem; niſi aliud actum ſit.

2. Reſtitutio in integrum in loco contractus non recepta, alibi non permittenda.

3. Locus contractus juriſdictionem fundat præterquam in cauſâ dotali, & n. 11.

4. Bonorum communio in loco habitationis mariti recepta, alibi probanda.

5. Quid juris, matrimonio contracto in loco originis mariti.

6. Cujus loci conſuetudo inſpiciatur ſi de rei æſtimatione quæſtio ſit.

7. Quid ſi dos reſtituenda ſit certo loco.

8. Quid juris in ſponſa.

9. Quid in muliere loci conſuetudinem ignorante.

10. Quid juris ſi conjuges habitationem tranſtulerint.

12. Quatenus teſtamenti ſolennitates ex conſuetudine loci fiant aut alibi valeant an minùs & n. 13. 14. 15. 16. 17.

18. Quatenus idem ſit in ſucceſſione ab inteſtato.

1 SAtis vulgatum † eſt quod hic Cajus perhibet, caveri pro evictione oportere pro conſuetudine loci ubi negotium eſt contractum, *ut hic &*

Digitized by Google

hic & l. 1. princ. de Vſur. inf. Hoc ita, niſi quid ſingulatim de eadem re convenerit. Præcipuè enim conſideramus quod actum eſt, cumque de eo non conſtat, ad conſuetudinem relabimur loci ubi negotium initum fuit. Si ea quoque in obſcuro ſit, quod minimum ſequimur, *l. ſemper, in ſtipulationibus. & ibi Dec. de Reg. Jur.* Denique inde † Coſtalius annotat, ſi minor contraxerit in loco ubi minores 25. annis non reſtituuntur, & reſtitutio petatur in loco ubi ſervatur jus commune, majori annis viginti reſtitutionem eſſe negandam, *Coſt. hic. ex Bart. & Jaſ. in l. 2. de Eo Quod Cer. Lo.* Vnde & eſſe † videatur, quòd is qui aliquo in loco contraxit, ibidem quoque ſortitur forum, *l. hæres. 19. §. 1. de Iudic.* Proinde valde ſpeciale eſt † quod mulier maritum dotis nomine convenire non poteſt in loco matrimonii contracti, ſed habitationis mariti, *l. exigere dotem. 65. ſup. de Iudic.* Quamobrem & per eundem textum † reſponſum eſt, exiſtente ſtatuto in loco domicilii mariti, ut inter conjuges bonorum communio ſit, aut ipſe quippiam de dote lucretur, id ſervandum eſſe, *Coſtal. hic. & in d. l. exigere, ubi id quoque judicato curiæ Pariſienſis probatum ait, conveniunt pleriq; poſt Bart. in l. cunctos populos. num. 14. & 15. C. de Sum. Trin.* Quid ergo ſi maritus quidem alibi degat †, in loco verò originis matrimonium contrahat, an idem dicamus? Barbatia non putat, *lib. 2. conſil. 4. allegans Abb. Antiq. in c. 1. de Sponſal. vid. not. ad Bart. d. lo.* Magis tamen eſt, quia Hypotheſis hæc nuſquam excipitur, locum habitationis inſpiciendum, *per d. l. 65. de Judic. fac. Bal. Conſil. 228. lib. 1. & vol. 4. Conſ. 328. in fi. Alex. conſ. 101. vol. 3.* Erubeſcamus enim ſine lege loqui adverſus legis definitionem claram. Si verò de rei æſtimatione † controverſia ſit, videndum utrùm convenerit quo loco ſolveretur, eoque caſu conſideramus quanti ibidem res ſit, *l. vinum. 22. ſi Cert. Pet. l. ult. in fi. de Condict. Trit. ſup.* an non convenerit, quo caſu inſpicitur locus petitionis, *d. lo.* Id v. eſt in propoſito, locus habitationis mariti, *d. l. exigere. 65.* Vnde quæritur, ſi maritus promiſerit dotem † reſtituere loco contractus aut alibi, utrum quæſtione de jure dotis orta, conſuetudinem ejuſdem loci ſequamur, an verò habitationis mariti? quod quidem magis eſt, *per hunc tex. junc. tex. in d. l. 65.* nam quod de loco promiſſionis diximus, ad æſtimationem rei pertinet, quæ conſiſtit in facto, non etiam ad controverſias ob diverſitatem juris & conſuetudinum aut ſtatutorum, exortas *Bal. in d. l. exigere.* Diverſum tamen dicimus † in ſponſa, quandoquidem hujus nulla cum marito fuiſſe habitatio poteſt, & conſequenter conſuetudo domicilii maritalis omnino nulla, *arg. l. cum quædam puella. de Juriſd. Bal. ad l. in univerſa. in fi. C. de Prec. Imp. Off. Alex. in not. ad Bart. in d. l. exigere.* Planè, ſi mulier ſtatutum † aut conſuetudinem domicilii maritalis ignoret, aut alibi defuncta ſit, *de quib. caſib. Alex. vol. 3. conſil. 13.* nihilominus idem dicimus, *per d. l. exigere,* neque enim nobis diſtinguendum facilè eſt ubi lex non diſtinguit, etiamſi quæ dubitandi ratio ſit, *l. proſpexit. qui & à libert.*

2 3 4 5 6 7 8 9

Digitized by Google

à Quib. Manum. lib. non Fi. Quid ergo, ſi conjuges habitationem
10 tranſtulerint, & hoc quidem caſu, conſtat maritum conveniendum ac defendendum eſſe in loco habitationis novæ, *l. 5. C. de Incol. & arg. l. ſi uxor. 42. de Judic.* Et ejuſdem igitur loci jus ſequemur eo quoque caſu. At ſi migratio tantum commorandi, non etiam habitandi cauſâ fiat, magis eſt, huic juri temporis exigui moram non præjudicare, *l. 2. C. de Incol. junct. not. in l. ſcio. de in Int. Reſt. & l. ſi debitori. 21. de Judic.* Cùm ſc. non tempus matrimonii ſoluti, ſed habitationis inſpiciatur, *d. l. exi-*
11 *gere.* Num verò idem dicamus †, ſi non mulier ſed tertius dotem repetat, & hoc Baldus non putat, *in l. 1. C. de Priv. Dot.* diverſum ego reſpondi, cùm hæc res magis ab habitatione mariti quàm à perſonâ mulieris dependeat. *tex. in d. l. exigere* Et verò niſi id ſtatuamus, unà dicendum eſt, ob perſonam tertii dotem repetentis, in judicando lucro dotis diſcedendum eſſe à jure mariti, contra quàm paulò ante docuimus: id autem abſurdum eſt, & perinde igitur abſurdum unde hoc
12 ſequeretur. Denique & quod de contractibus hoc loco reſponſum eſt, una ad ultimas voluntates refertur, cùm regulariter à contractibus ad ultimas voluntates idonea concluſio ſit, *not. ad l. pactum. 46. de*
13 *Pac. Ever. in loc. à contr. ad ult. vol.* Idque † ita eſſe in obſervatione ſolennitatum inter omnes conſtat, quamobrem etiam forenſis extra locum habitationis rectè teſtamentum condit, modò obſervet ſolennitatem loci in quo teſtatur, *DD. plerique in l. cunctos populos. C. de Sum.*
14 *Trin.* Sed num † id etiam alibi valeat, quàm ubi conditum eſt, ardua quæſtio eſt? Coſtalius valere, *hic poſt Bart. Bal. Alc. in l. cunctos populos. C. de Summ. Trin. convenit Gail. 2. Obſ. c. 23.* Molinæus contra, *in not. ad Alex. vol. 1. conſ. 16. num. 1. incip. viſo titulo. idem Al. eod. vol. conſ. 128. per tot.* Moventur l. ult. de Iuriſdic. & l. duumvirum C. de Decur. lib. 10. Nec obſtat l. 2. C. Quem Teſt. Ap. & l. 9. C. de Teſtam. quoniam hæ quidem conſuetudinem loci in teſtamentis admittunt, non tamen eam extendunt ultra territorium quo ſit recepta, *Fab. in d. l. cunctos.*
15 Utraque tamen ſententia vera † eſt, Bartoli quidem & ſequentium in mobilibus, Fabri verò & aliorum in immobilibus. Quod igitur Molinæus author eſt, ſententiam ſuam in praxi ſervari, & indefinitè, non valere diſpoſitionem alibi factam de bonis alibi ſitis, *Mol. d. lo.* id ad immobilia pertinet. Namque id ita diſtinctè obſervatur hodie in locis pleriſque ubi ſtatuta prohibent bona alienari aut quavis diſpoſitione transferri, niſi coram judice loci. Ratio differentiæ eſt quia mobi-
16 lia † non tam aſtricta ſunt loco, ſed transferri poſſunt pro arbitrio dominorum, quod de immobilibus non ita eſt. Unde & ob immobilia agere licet ubi ea ſita ſunt *l. 2. verb. poſſident. immobilem. C. ubi in Rem Ag.* cum in mobilibus ferè domicilium ſequamur poſſeſſoris, *gl. & DD. in l. ult. C. eod. per tex. ib. in princ.* Et in eo tandem omnes videntur conſentire, *Gail. 2. Obſ. 124. num. allegans Bart. in d. l. 1. q. 7. Alex. vol. 6. conſil. num. Goz. ad n. conſ. 49. num. 14. incip. circa primum.* Eo quòd

mobilia

Digitized by Google

mobilia magis connexa cenſeantur perſonis, *Bal. in l. mercatores. num. 1. C. de Commer. & Mercat.* Denique id quod de † mobilibus dicimus, 17
una etiam ad nomina & actiones pertinet. Ratio eſt, quia nomina non ſunt locorum ſed univerſarum facultatum, *tex. elegans. in l. ſi fidei-comiſſum. 50 §. tractatum de Iudic.* Niſi tamen actiones immobilibus innitantur, *arg. l. is. qui actionem. 15. de Reg. Iur.* Tantundem dicimus de ſucceſſione † ab inteſtato, bona defuncti ſc. deferri ex conſuetudine 18
locorum ubi ſitæ ſunt; cùm enim ſingula ea ſubjaceant ſtatutis ac moribus juriſdictionis loci, rectè dicimus, ea devolui ex jure ibidem recepto, & conſequenter conſuetudinem aut ſtatutum loci alterius ibidem non admitti, *arg. l. ult. de Iuriſdict. & l. duumvirum. uvi nor. C. de Decur. lib. 10. Bart. Bal. Iaſ. Fab. in d. l. cunctos populos.* Et hæc ita ferè ſervantur in praxi.

Ad l. venditor. 8.

QVid venditor præſtare teneatur, plenè tractamus ſuprà in l. 2. & l. qui 69. inf. h. t.

Ad l. ſi quis per fundum. 10.

Vide quæ nos infrà in l. fundum. 46. eod. ubi & hæc relata eſt.

Ad l. Lucius. 11.

1. Emptoris an venditoris periculo fundus publicetur; & num. 2. & 11.

3. Conciliatur l. 33. Locati.

4. Princeps an & quomodo privato ſuum adimere poſſit.

5. De pretio privato pro re per principem ablatâ reſtituenda. & num. 6.

7. Num privato ſuum auferre poſſit ſine causâ. & n. 10.

8. Quid ſi auferre velit jus aliquod dependens à mero jure civili.

9. Quid ſit de jure necdum ad nos pertinente.

12. Futuri caſus feudi ab agnato evicti cujus periculo ſint num. 13. & 16.

14. Explicatur vera mens l. ultima. C. Com. de Leg. & num. 15.

Digitized by Google

1 CVjus periculo † fundus publicetur vel militibus aſſignetur, & quando utriuſque ejus rei nomine emptori ob evictionem actio ſit, alibi latius explicamus, *in l. id quod. 7. ſup. de Per. Et Com. Rei Vend.*
2 unde qui volet huc repetat. Illud prætereundum non eſt, agi hoc † loco de re traditâ & dein evictâ, ut rectè Accurſius ex Azone annotat, *gl. hic.* Quod & ſpecies facti propoſita arguit, dum ſcilicet refertur, emptorem venditori pretium poſtulanti quæſtionem de fundo publicato retuliſſe; nec ratio decidendi ſubjuncta repugnat, quæ eſt de ca-
3 ſibus poſt emptionem completam futuris. Non mutat † igitur l. ſi fundus. *33.* Locati, quia ea procedit fundo publicato ante traditionem. Vide noſtra ibidem *& in l. 7. ſup. de Per. Et Com. Rei Vend.* Quibus adde
4 quæ nos infrà *in hac l. verſ. Paulus notat.* Notatum denique ex hoc † textu eſt Principi interdum ex publica cauſa rem privato adimere permiſſum; modico ſaltem dato gratiâ honoris, *DD. hic & in l. ſi verberatum. §. 1. ſup. de Rei Vind.* Sed hoc à propoſito hujus loci prorſus diverſum eſt, cum hic non quæratur, an Principi liceat privato ſuum auferre an minùs, ſed hoc modò, cujus periculum ſit agrorum in provincia militibus aſſignatorum: ex eo verò quid Principi permiſſum ſit, arguere non licet. Proſequemur tamen quæ ad hanc rem pertinent, quia id videmus à ceteris factitatum, hoc loco. Verum igitur eſt Principi ex cauſa publica permiſſum privato ſuum adimere; pretio ſcilicet rei reſtituto, *arg. l. 5. § fin. in ſi. de Injur. fac. l. un. §. hac autem. pen. C. de Cad. Toll. Bart. & Coſtal. in l. item ſi verberatum. §. item ſi de Rei Vind.*
5 Pretium autem † intelligimus verum, *arg. l. venditor. 13. §. 1. & ibi DD. Comm. Præd.* Nec mutat quod Imperator mundi dominus dicitur, *l. deprecatio. ad L. Rhod. de Iac.* quia hoc non ad dominium rerum ſingularum, ſed ad imperii majeſtatem refertur. Rectè nimirum Seneca,
6 *Rex omnia imperio poſſidet, ſinguli dominio.* Sed neque illud obſtat, quod dicimus, ea quæ princeps † ex cauſa privatis aufert ferè modico honoris gratiâ penſari ſolere: *d. l. item ſi verberatum. & gl. hic.* id enim ad prædia provincialia puta ſtipendiaria aut tributaria pertinet hoſtibus ablata, quorum videlicet detentores jure civili non tam dominium quàm poſſeſſionem habent, *arg. l. quæſtio. 115. de Verb. Sign. Feſt. in verb. Poſſeſſiones. l. mulier. de Captiv.* Atque id moribus obtinet. Num verò
7 Princeps † idem poſſit ſine cauſa, idque ex plenitudine poteſtatis & certâ, ut ajunt, ſcientiâ, quæſitum eſt, atque hoc quidem Angelo, *in d. l. ſi verberatum. §. 2.* Iaſoni, *in l. ult. in 6. limit. C. ſi Con. Ius vel ut Publ.* Decio *conſ. 169 num. 7. vi. alios apud Gabr. lib. 3. Com. Concl. ti. de Iure Quæſ. Non Toll. Concl. 1.* viſum eſt. Quia ſc. ſacrilegium ſit, diſputare de Principis poteſtate, *l. diſputare. C. de Crim. Sacril.* item quia voluntas ipſius pro lege ſit, *l. 1. de Conſt. Prin.* ideoque & mundi dominus dicatur, *d. l. deprecatio. & l. bene à Zenone. C. de Quadr. Præſcrip.* Ceteri plerique contra *Zaſ. ad l. 2. verb. [illegible] eſſe. de Orig. Iur. & lib. 2. Conſil. 10. Menoch. lib. 1. Conſil. 193 num. 68. Hartm. Piſt. lib. 2. Quæſt. Iur.*

par.

par.poſt.c.4.num.43. vi. plures apud Gabr. d. lo. Quorum quidem ſententia magis obtinuit, & benignior eſt, *per tex. in l. penult. C. de Prec. Imp.Off. l. ult.C. ſi contra Ius vel Util. Publ. l. jubemus. 10. C. de Sacroſ. Eccleſ.l.4.de Natal.Reſt. cum ſim. fac. l. digna vox.C. de Legib. l.cauſas. C. de Tranſact l ult.C.Sent. Reſ.Non poſſe cum ſimil.* Nec ad rem faciunt argumenta opinionis prioris, quia illa ad ſtatum reipublicæ pertinent, non etiam ad bona aut jura ſingulorum. Sed & quod dicimus nefas eſſe de poteſtate principis diſputare, id ad diſputationes futiles & leves referendum eſt. Quid ergo, ſi † jus tale auferat quod potiſſimùm ſit à jure civili, an tantundem dicamus? & hac quoque de re variatum eſt, *vi.ſent.diverſ. apud Gabriel d.lo num. 18. & Pinel. ad rub. C. de Reſc.Vend par. 1.c 2.* Propè tamen eſt, hanc quoque rem ex definitione præmiſsâ finiendam, quia ſimpliciter verum eſt, reſcripta contra jus impetrata nullius momenti eſſe, *per ll. ſuprà allegatas.* & id quod noſtrum eſt. ſine facto noſtro ad alium transferri non poſſe, *l. id quod noſtrum. de Reg. Iur.* Nec ad rem facit l. 2. §. ſi quis à Principe. in fi. Ne Quid In Lo. Publ. in contrarium allegata: quia ea rectè ita accepta eſt, ſi juſtæ interveniant cauſæ. Diverſa igitur ſententia ita obtinet, ſi agatur de præjudicio aut jure minoris momenti, *arg. l.quoties. C.de Precib. Imp. Off.* At ſi agatur quidem † de jure nondum noſtro, ſpe tamen pene certâ ad nos pertinente, an id nobis auferre poſſit? & diſtinguimus, utrum id directò ſine causâ fiat, quo caſu ea res pendet à definitione præcedente (verbi gratiâ, ſi bona patris in tempus mortis ipſius, fiſco addicat itaque ſine juſtâ causâ liberis ſpem ſucceſſionis adimat; quia ſcilicet hi & vivis parentibus quodammodo paternarum rerum domini ſunt, *l.in ſuis de lib.& poſt.Her.Inſt.*) an verò intervenientibus mediis licitis aut legitimis, verbi gr. naturales legitimando, quo caſu magis eſt id permiſſum dici, *ex Nov. Quib. Mod. Natur. Eff. ſui c.& quoniam varie l.1.§.filius. ad Tertull.gl. in c.1.§.naturales.ſi de Feu.Def.Cont.Er. in uſ. feud.* Denique & illud quæſitum eſt, Num Princeps † auferendo alicui jus ſuum, eo ipſo præſumatur cauſam in eam rem juſtam habere, quod nonnullis viſum eſt, *arg. l. ex facto. 43. in prin. de Vulg. Subſt.* Prope tamen eſt ſententiam hanc ita accipiendam, ſi cauſæ juſtitia una & manifeſta ſit, *ut in d. l. 43.* cùm aliàs ferè clauſula adjici ſoleat, ne id tendat tertii damno, *l.2.§. meritò. Ne Quid in Lo. Publ.* Sed Aleiatus ſimpliciùs id admittendum putat, ſi modò princeps referat, ſe id reſcribere ex causâ juſta, *reg. 3. praſ. 8.* movetur Clem. 1. de Prob Id tamen Menochius improbat, cum nullus in propria cauſa ſit idoneus teſtis, *l. nullus. de Teſtib. Menoch lib.2 Præſump. 10.* adeoque Princeps ipſe actiones ſuas ex juris præſcripto æſtimari velit, *l. digna vox C. de ll. tot. tit C. ſi contra Ius vel ut. Publ.* Minuſque ad rem facit d. Clem. 1. quia ea non agit de tertii præjudicio, ſed hoc tantùm ait, Principi de affectione ſua vel amicitia erga aliquem teſtanti, credendum eſſe. Nec mutat quod dicimus de Prin-

8
9
10

Digitized by Google

cipis poteſtate non eſſe permiſſum diſputare, *l. diſputare. C. de Crim.*
Sacril. nam ſi jus tertii Principis reſcripto lædatur, non de poteſtate,
ſed voluntate & mente quæritur, quod licitum eſſe conſtat, *arg. d. l. ex*
facto, & d. tit. C. ſi contra Ius vel ut publ. Gail. 2. Obſ. 51. num. 7. Cum re-
ſcripta Principis ſemper intelligantur ſalvo jure tertii, *not. in d. l. 2.*
§. meritò. Ne Quid in Lo. Pub. vi Gail. d. lo. num. 4. PAULUS RE-
SPONDIT, *futuros caſus evictionis poſt contractam emptionem ad*
11 † *venditorem non pertinere.*) *adde l. 3. ſup. eod.* Qui verò hic de re plura
requirit, videat noſtra latè ſuprà, *in l. id quod. 7. de Per. & Com. Rei*
Vend. & in l. 33. Locati. Id tamen hic diſcutiendum, an quod hoc loco
12 † de futuris caſibus reſponſum eſt, etiam ad eum pertineat, qui feu-
dum emit ſine conſenſu agnati qui poſtea id rurſus evicerit. Et id
quidem certum eſt, regulariter, ſi ignoret emptor rem eſſe feudalem,
hæredem alienantis ob evictionem conveniri poſſe, *c. 1. §. ſi vaſallus. 2.*
ſi de Feu. Def. Contr. Er. in uſ. feud. ſi ſciverit, diverſum eſſe, *l. ſi fundum.*
C. de Evic. l. ſi fratres. C. Com. de Succeſſ. Sed quæritur, Num in caſu
13 propoſito ſaltem ad † pretii reſtitutionem agi poſſit, quod Iſerniæ vi-
ſum eſt, *in c. 1 §. rurſus. Quib. Mod. Feud. Amit. verſ. vel poſtquam ad li-*
14 *bellum dedu. num. 29. verſ. quærit. gl. Afſl. ib num. 14.* Denique & † ſi
dupla promiſſa ſit, propiùs hoc caſu eſt ob evictionem non id quod in-
tereſt præſtandum, ſed tantùm pretii reſtitutionem. Ratio eſt quia
feudum in propoſito non ſimpliciùs uti res aliena conſideratur, ſed
tanquam ſubjecta reſtitutioni. Quo caſu conſtitutum eſt, ne quidem
promiſſione duplæ factâ, ultra pretium rei exigi poſſe, *l. ult. §. fin. C.*
Com. de Leg. Piſtor. lib. 2. Quæſt. Iur. p. 1. c. 10. num. 31. Fachinæus con-
trà, ſi de dupla cautum ſit, in caſu ſcientiæ quidem ſimplum ab hæ-
rede præſtandum, ſi verò nihil cautum, ne quidem præſtandum ſim-
plum eſſe. Movetur d. l. ſi fundum. & d. l. ſi fratres. præterea quod
cauſa evictionis hæc emerſerit demum poſt contractum completum,
quo caſu reſponſum eſt, futuros caſus evictionis non pertinere ad ven-
15 ditorem, *ut hic.* Non mutant † tamen hæc, quia in d. l. ult. §. fin. C.
Com. de Leg. ſpeciale quid conſtitutum eſt de eo quod ſubjacet reſti-
tutioni, *tex. gl. Bart. Bal. Angel Sal. ib.* nam quod Fachinæus eam ita
reſtringit, ut eo tantùm caſu ſimplum exigi poſſit quo duplæ ſtipula-
tio interpoſita eſt, minùs probabile videtur; cum vera ejuſdem mens
ſit: ſi res ſubjecta reſtitutioni vindicetur ab emptore ejus rei conſcio,
ſimplum exigi poſſe in omnem eventum; quaſi puta tacitè ſub ea con-
ditione ſit contractum, ſi evinceretur ab eo cui reſtituenda foret; nec
ſtipulationem quidem duplæ per eam vindicationem committi, uti
non conceptam in ſpeciem iſtam. Diverſum eſt, re ſimpliciter alie-
nâ aut alii pignoratâ ſcienti emptâ, *d. l. ſi fundum. & d. l. ſi fratres.* quia
in his alia ratio eſt, eò quòd emptori etiam mox in rem actio metuen-
da ſit quæ tamen adverſus fideicommiſſarium non antè eſt quàm ſi con-
ditio aut caſus eveniat reſtitutionis, *d. l. fin. §. fin.* Præterea ſi emptor
& ven-

Digitized by Google

& venditor uterque juſtam fideicommiſſi ignorantiam habuerint, vindicatio ceſſat, & hæres ejus qui alienavit, tantùm refundit pretium, *l. ult. §. fin. de Leg. 2.* re autem alienâ quoquo modo venditâ, ſemper domino in rem actio eſt, *not. ad l. rem alienam. de Emp. & Vend.* Minùs † verò movet, quod cauſa evictionis demum orta videatur poſt venditionem: licet enim conditio qua agnato poſt mortem venditoris feudum defertur, exſtiterit tum demum, cauſa tamen ipſa ineſt & fuit jam ab initio ex natura rei ipſius. Vt ſc. in pignore ante alienationem conſtituto, cenſemus cauſam ejus non ex defectu ſolutionis poſt alienationem intermiſſæ, ſed ex eo quo conſtitutum eſt, *ut in d. l. ſi fratres.* 16

§. Ex his.

NOtandum hic † crimen publicum pro noxâ non haberi, *junge l. quid ſi. 17. §. noxas. de Ædil. Ed.* Nec obſtat l. ſi plures. §. fin. de V. S. ubi † noxæ nomine dicitur omne delictum venire, quia id in ſtipulatione hac & ædilitiis actionibus non ita eſt, cùm edicto ædilium comprehendantur crimina capitalia nominatim, *vi. l. 1. ſup. eod.* 1 2

Ad l. quidam. 12.

HÆc l. allegata eſt in noſtris, *ad l. 39. de pig. act.* ubi plenè diximus, An & quando quis ſibi in actu ad ſe quoquo modo pertinente præjudicet vel minùs. An verò & quando heredes heredibus aut legatariis, de evictione teneantur, id hic quidem explicare mihi decretum erat, ſed commodiori occaſione nobis rejicere videmur, ad explicationem *l. cum pater. 77. §. evictis. de Leg. 2.* ubi vide noſtra.

Ad l. ſed etſi. 15.

§. 1.] VIde noſtra ſuprà *de Contr. Emp. in l. cum venderes. 59.* ubi explicata eſt.

Ad l. vindicantem. 17.

SI venditor † nova ex cauſa rem venditam evincere conetur, ſubmovetur exceptione rei venditæ. Ita tamen ut, ſi emptor velit rem dimittere, poſſit, & ex duplæ ſtipulatione, ſi ea interpoſita ſit, agere in venditorem, *ut hic. & l. 73. in fin. inf. eod. l. 72. ſup. de Rei Vind. & l. 1. C. de Reb. Al. Non Al.* Sed in reo faciliùs † admiſſum eſt, ut aliâ inſtantiâ ratio habeatur actionis, quæ ante per modum exceptionis, fortè velut minùs liquida, oppoſita fuit; niſi tamen rejecta fuerit, tanquam minùs juſta, *l. quod in diem. §. 1. de Compenſ. l. ſi autem. 8. §. ſi quocunque de Neg. Geſt.* Planè ſi † aliud poſtuletur quàm ſit venditum, diverſum dicimus, *l. ſed ſi antè. de except.* 1 2 3

Ad l. ſi ſervus. 21.

PRincipium hujus l. relatum eſt in noſtris ſuprà, ad l. 9. num. 10. de Contr. Emp.

Ad l. ſi rem. 29

§. fin.] ILlud conſtat †, emptorem conventum ut rem emptam cedat, denunciare debere venditori; quò nimirum ipſi adſiſtat, 1

ſtat, cauſamque inſtruat ac defendat, *l. emptori.21.C.eod.* Notandum;
2 que † ex hoc textu eſt, non definiri certum denunciationis tempus modò non prope condemnationem fiat, ut jam allegationibus ſit re-
3 nunciatum, *ut hic.* Vnde cum DD. magis † dicimus, denunciationem
4 rectè fieri uſque ad concluſionem cauſæ. Nec † mutat l. qui concubinam.*29.§.* ſi heres. de Leg. *3.* ubi dicitur, ante judicium acceptum denunciationem fieri debere (judicium vero acceptum litis conteſtatione dicitur, *not. in l. ubi acceptum. de Iudic.*) quia ibi judicium acceptum dicitur pro cauſa concluſa; antecedente poſito pro conſequente. Idque Rota Lucenſis probavit, *Deciſ. 49.* Quod ſi denun-
5 ciatio omittatur †, tam evictionis actio quàm duplæ ſtipulatio perimitur, *l. emptor.8.C.eod.* Sed hac de re agimus plenè infrà, *in l. 63. h.t.*

Ad l. ſi mancipium. 34.

1 QVi contra legem † venditionis ita factam ne ancilla proſtituatur, eam proſtituit, quia contra legem contractus id facit, eoque ancilla pervenit ad libertatem, ipſe videtur manumiſiſſe. Quod ita accipe, ut omnis ob evictionem actio ceſſet, quandoquidem ipſe facto
2 ſuo libertati dedit cauſam. Nec † mutat igitur l. *10.* de in Ius Voc. & l. *7.* inf. de Iu. Patr. quia utraque ea ad jus patronatus pertinet, cum venditor maneat ejus patronus.

§. 1.

Relatus eſt in noſtris ſupra, *ad l. 1. eod.*

Ad l. Evictus. 35.

Vi. noſtra infra *in l. 63. eod.*

L. Nave. 36.

Allegatur in noſtris ſupra, *ad l. 1. eod.*

Ad l. emptori. 37.

Princ. & §. 1. allegantur in noſtris *ad l. 2. & ad l. 4. h. t.* ſupra, ubi vide

§. penult. & ult.

Relati ſunt in noſtris ſupra, *ad l. 2. h. t.* ubi vide.

Ad l. creditore. 38.

1 CErtum eſt, creditorem † qui pignus vendit obſervato ordine diſtractionis, non teneri de evictione. *l. & ſi. 10. ſup. de Diſtr. Pig.*
2 *l. 11. §. 16. de Act. Emp.* Niſi vel in dolo † fuerit, vel evictionis nomine repromiſerit, *l. 2. C. ſi Ant. Cred. Pig. & l. 2. C. Cred. Ev. Pig. Non Deb.*
3 Tenetur tamen præſtare †, potiorem ſe eſſe creditoribus ceteris, *l. 1.*
4 *C. eod.* Ob evictionem igitur † actio adverſus debitores eſt qui pro de-
5 bito ſuo pignora conſtituerant, *l. ſi ob cauſam. 13. C. h. t.* Ad quid † autem creditor ulterius teneatur, pluribus ſcripſimus ſuprà, *in l. 7. princ. & §. 1. de Diſtr. Pig.*

Ad l. qui fundum. 43.

1. Argum. hujus textus ingenuum, & num. 2. 3. & n. 10.

4. Sententia

4. Sententia Cagnoli diverſa & quibus argumentis niſa, quomodo intelligenda, & n. 5. 6. & 7.

8. Alia ſententia Caſtrenſis & ſequacium, quomodo accipienda, num. 9.

11. Quo caſu hæc l. non procedat. & num. 7. & 12.

12. Quid juris ſi minor jugerum quantitas ſit quam deſignata, & num. 16.

17. Argumenta diverſæ ſententiæ confutata.

18. Quid juris ſi deceptio fuerit in qualitate.

QVi fundum centum † jugerum vendidit & tradidit, fines multò 1
ampliores demonſtraverat: evicto eo, quod amplius eſt, etiamſi
reliquum centum jugerum maneat, nihilominus ob evictionem am-
plioris emptori actio eſt pro bonitate ejus quod eſt evictum, *ut hic. fac.*
l. 2. princ. ſup. de Act. Emp. Licet enim adjecta † quantitas ſit, corpus 2
tamen venditum eſt, *fac. l. 10. C. eod. Old. conſ. 197* Quo ſenſu hanc le-
gem Covarruvias accepit, *c. 3. Prac. Quæſt. num. 2. verſ. 4. ſpecies. poſt*
Ruin. conſ. 83. lib. 1. Soc. lib 2. conſ 42. Ratio eſt, quod nec † aliàs, deſi- 3
gnatâ in venditione re univerſali, non officiat emptori, quod minor
ejus quantitas ſit expreſſa, *l. ſi venditor. 38. de Act. Emp.* Sed hoc Ca-
gnolus † non ita ſimpliciter accepit, *in l. 2. C. de Reſc. Vend. poſt Curt.* 4
conſ. 131. & Dec. conſ. 500. Moventur eò † quòd in dubio nemo præſu- 5
matur jactare ſuum, *l. cum de indebito. de Prob.* item, eo quod in ambi-
guo minimum eligitur, *l. ſemper in dubiis. de Reg. Iur.* Accedit, quòd
quantitas † reſtringendi fundi causâ videatur adjecta, cùm alioquin ea 6
verba fruſtrà adpoſita forent, quæ tamen re ipsâ aliquid operari opor-
teat, *not. in l. 1. Quod Quiſ. Jur. in Alt.* Sed hæc ita conciliamus †, ut 7
quidem, ſi in ipſo contractu fines ſint demonſtrati, prior ſententia ob-
tineat, nec obſit, quòd numerus jugerum ſit adjectus, quia contra-
hentes in primis fundi & limitum, hoc eſt (ut DD. in propoſito) cor-
poris deſcripti rationem habuerint, qui (in omnem ſaltem eventum)
eum numerum ſit habiturus, *per hunc tex.* Si verò principaliter certus
jugerum numerus vendatur, quorum fines principio ampliores em-
ptor non demonſtrarat, ſed hoc demum fiat in traditione, obtineat ſen-
tentia poſterior; cum eo caſu ſubſit manifeſtus error, & idcirco proce-
dant argumenta in eam ſententiam allegata. Planè quod † alii hunc 8
textum & ſententiam priorem ita aſtringunt, niſi principio quidem
corpus ſit venditum, dein ſingulari clauſula, per relationem adjicia-
tur jugerum numerus vel quantitas; ſin verò quantitas in contractu

Digitized by Google

principio aut eodem verborum connexu contineatur, diverſum eſſe,
ad quod alleg. Caſtr. in d. l. ſi venditor. quem ſeq. Dec. Conſil. 347. Curt. jun.
d. Conſ. 131. id plerique ceteri improbant, *Covar. Ruin. Socin. Nep. d. lo.*
Pinel. in l. 2. C. de Reſ. Ven. par. 3. c. 2. num. 6. Affl. dec. 68. Capic. dec. 14.
& plures allegat. a Pinel. d. lo. Et quidem rectè, cùm nihil interſit, u-
trum verborum continuatio in hac re facta fuerit, an clauſula ſeorſim
9 adjuncta, *arg. l. 2. C. Com. de Leg.* Sententia tamen iſta ita † admittenda
eſt, ſi id expreſsè ſit actum, ut in finibus venditis tantùm deſignata
quantitas aut numerus tradatur, aliàs minùs. *per tex. in d. l. ſi venditor.*
10 *de Act. Emp.* Quod ſi igitur † corpus finibus demonſtratum vendatur,
& quippiam ex eo evincatur aut non tradatur, pro bonitate ejus em-
ptor agere poteſt, etiamſi in reliquo ſuperſit quantitas jugerum deſi-
11 gnata, *ut hic, & l. ſi fines. 10. C. eod.* Niſi tamen † aliud actum ſit. Quan-
do verò aliud actum ſit, id omne in facto conſiſtit, v. gr. ſi tantum nu-
merus jugerum ex fundo, certo pretio in ſingula jugera ſit alienatus,
aut fundus ſine limitibus demonſtratis venditus, pretio in ſingula ju-
gera ſtatuto, *l. ſi fundum. 40. §. qui agrum. de Contr. Emp.* vel hoc actum,
ut ſi quid amplius in fundo eſſet ſuprà numerum deſignatum id hujus
12 vel ipſius commodo aut damno futurum. Quod igitur Bartolus † ſim-
pliciùs tradidit, ſi univerſo jugerum numero generale pretium dictum
ſit, rem pro corpore venditam cenſeri, *Bart. in l. Julianus. §. ſi Titius.*
de Act. Emp. cum modo accipiendum eſt, niſi aliud ſit conventum.
13 Quid ergo, ſi quidem † corpus venditum ſit, quantitate quidem aut
numero jugerum deſignatâ, minor tamen numerus deprehendatur?
Et quidem nonnullis viſum eſt, id quod deeſt, cedere commodo ven-
14 ditoris, ut in præmiſsâ quæſtione quod ſupereſt † cedit ejuſdem dam-
no, *Soc. Nep. lib. 1. Conſil. 42. num. 19. Cagnol. in l. 2. C. de Reſ. Vend. num.*
179. & 180. Movet eos ratio æqualitatis, eò quod emptori, cui com-
modum ſit minorem quantitatem eſſe expreſſam, *ut hic.* etiam damno
eſſe debeat expreſſa quantitas major, *arg. l. 6 de Per. & Comm. Rei Vend.*
cum ſc. contrariorum contraria ſit diſciplina, *not. DD. in d. l. 6.* Co-
varruvias *c. 3. Pr. Q. verſ. 11.* Capicius, *deciſ. 14. n. 3. poſt Socin. quem al-*
legat in l. demonſtratio falſâ col. 3. de Condit. *&* Demonſt. Caſtrenſis, *in*
15 *l. ſi duorum. de Act. Emp.* contra. Moventur † textu l. ſi duorum. de
Act. Emp. *verb. & tunc tenetur venditor cum minor modus invenitur, quæ*
verba ibidem rationem dubitandi ſtatuunt, & l. ſi venditor. princ. eod.
tit. Ratio eſt, quòd venditori imputandum ſit, ſi non ſtipulatus ſit eo
caſu quo quantitas minor deprehenderetur, ſe indemnem futurum,
16 *per l. veteribus. de pact. & l. labeo. 21. de* Contr. *Emp.* Et hoc † igitur ma-
17 gis eſt. Nec obſtat, argumentum † à contrario ſenſu *ex d. l. 6. de Per. &*
Com. Rei Vend. certum quippe eſt, hoc argumentum non procedere
ſi quâ de re diverſa juris definitio ſit. *ut eſt de hac re in dd. ll. palam.* cum
multa jure noſtro cōtra rationem diſputandi introducta ſint, *l. ita vul-*
18 *neratus. 51. §. fin. Ad L. Aq.* Denique & ſi fundo † vendito, captio
quidem

quidem non ſit in quantitate ac modo, ſit tamen in qualitate, nihilominus hoc nomine emptori actio eſt, *l. ſi in qualitate. 22. l. ſi fundo. 34. de Act. Emp.* Ponamus feudum pro allodio venditum, æquum erit ejus rei haberi rationem.

Ad l. fundum. 46. & l. cum fundus. 48.

SI mihi fundum † vendas cujus uſusfructus alienus ſit, ni mihi & una uſusfructus cedatur, hoc nomine mihi teneberis, *hic & l. 10. ſup. eod.* Si eum dixeris † Titii eſſe, eáque lege vendideris, actionem non habeo quamdiu ille ſupereſt, ſed decedente ipſo, etiamſi uſusfructus vel jus vel alterius ſit, agam rectè, *l. fundum. 7. ſup. de Act. Emp.* Adde his quæ nos latè ſuprà *in l. cum venderes. 56. de Contr. Emp. & l. ult. §. fin. ibidem.* 1 2

Ad l. ſi ab emptore. 49.

Vide noſtra ſuprà *ad l. 1. h. t. & ad l. 59. de Contr. Emp.*

l. ſi pignora. 50.

Allegatur in noſtris ſuprà, *ad l. 7. §. 1. de Diſtr. Pign.*

l. ſi per imprudentiam. 51.

Allegatur infrà in noſtris *ad l. 63. §. 1. eod.* & ſuprà *ad l. 5. eod.*

Ad l. ſciendum. 52.

QVod hic † dicitur nihil intereſſe ex qua cauſa duplæ ſtipulatio ſit interpoſita: indiſtinctè verum eſt, ſi ſtipulatio re ipſa interpoſita ſit. Aliàs enim † magis dicimus ob evictionem actionem ceſſare in cauſis merè lucrativis, *vi. noſtra plene ad l. Ariſt. 18. §. fin. inf. de Donat.* 1 2

l. ſi fundo. 53. §. 1.

Allegatur in noſtris infrà *in l. 63. eod.*

Ad l. ſi ideo. 55. §. 1.

Vide noſtra infrà *in d. l. 63.*

l. ſi dictum. 56.

Allegatur in noſtris ad l. 4. ſup. eod. vi. quæ nos ſuprà *in l. 18. tit. 1.*

l. habere. 57.

Allegatur in noſtris *in l. 63. eod infrà.*

Ad l. hæres. 58.

LEgati evicti † nomine, ſi generale legatum fuerit, hæres ob evictionem tenetur, *ut hic.* modò id ei in tempore denuncietur, *l. qui concubinam. 29. §. ſi hæres. de Leg. 3.* idemque eſt in legato alternato, *l. qua de legato. 49. de Leg. 1.* Sed in legato rei certæ diverſum † eſt, *l. ſi legati ſervi. 59. l. ſi ſervus. 70. l. ſi domus. 71. §. 1. eod.* Niſi tamen ſciens † teſtator rem alienam legaverit, aut legaverit conjunctæ perſonæ, *l. cum alienam. 10. C. de Leg. §. non ſolum. Inſt. eod.* 1 2 3

Ad l. ſi in venditione. 60.

AD hunc tex. vide noſtra latè ſuprà *in l. 2. eod.* Rectè v. Gotofredus *hic*, ſi actum † non ſit in ipſo contractu empti venditi de du- 1

Digitized by Google

ptori tam ex empto quàm ex ſtipulatione, l. ſi fundo. 53. §. 1. ſup. eod. l.
emptor. 8. C. eod. & paſſim. Hoc ita niſi † neceſſitas hæc pacto ſit remiſſa, 2
ut hic fac. l. quæritur. 14. §. ſi venditor de Ædil. Ed. Sed quæſitum eſt, an
etiam † ſcienti venditori denunciatum fuiſſe oportuit: quod quidem 3
magis videtur, cum denunciatio potiſſimùm fiat, ut venditor veniat
ad defendendum, l. 23. C. eod. Vnde vel maximè quoque denunciandum eſt præſenti, & ita demum excuſatur emptor, ſi ipſe venditor effecerit quò minùs ei denunciatio fiat, l. 55. §. fin. ſup. h. t. vel ſaltem
ejus procuratori, l. ſi dictum. 56. §. ſi præſente. ſup. eod. Ejuſque rei argumentum vel id maximè eſt, quod evictione peractâ non hoc quæritur, an ſciverit venditor actum eſſe contra emptorem, ſed in primis,
an denunciatum ſit, quo omiſſo ceſſat omnis ob evictionem actio, d. l.
53. & d. l. 8. ubi Addit. glosſe & DD. vulgo. Bart. in l. qui uxori. alias l. denuntiaſſe. §. quid ergo. de Adult. Abb. in c. fi. ex. de empt. & vend. Nec ad
rem facit † c. qui certus. de reg. jur. in 6. per quod hoc Din. & gl. in 4
d. l. 8. quodammodo in dubium trahit: quia ea regula tum obtinet,
cùm denunciatio ſimpliciùs requiritur notitiæ causâ, Bart. d. lo. ſpecul.
tit. de Emp. & Vend. §. fin. Covar. 3. Var. Reſol. c. 17. num. 5. Caball. in tr. h. t.
§. 3. num. 4. com. di. Viv. in verb. venditor. Atque hanc ſententiam tutiorem ipſi quoque Accurſius, & Dinus fatentur, & Fab. in d. l. 8. Num
verò ſufficiat † authorem litis moræ, ſimpliciùs fieri certiorem, an in-
terpellatio ſeria hoc eſt inſtantior requiratur, videamus, & quidem il- 5
lud Baldo, per l. ſi controverſia. 9. l. ſi cum quæſtio. 17. C. de Evict. Bal. ad
d. l. emptor. Salic. ad l. 1. C. de Per. & Com. Rei. Vend. poſterius Bartolo
viſum eſt, per d. l. 1. C. l. 29. § fin. ſup. h. t. l. venditor. ſup. de Iud. l. ſi parentes. l. cùm ſucceſſores. C. eod. verb. ad agendum. & defendendum. & ſimil.
quorum meminerunt illæ omnes. Cagnol. in d. l. venditor. Caball. d. §. 3. num.
21. Ego reſpondi, denunciationem nihil aliud eſſe quam interpellationem ſeriam ad defendendum à lite emptori motâ. Proinde quod
Baldus & Salicetus tradunt, denunciationem ſimplicem ſufficere in
hac re, per d. l. 9. & l. 17. C. eod. id eò pertinere; ut, ſi denunciatio ſemel
ſerio & ritè, id eſt vel teſtatò vel per viatorem pro more tribunali cuique conſueto fiat, minùs opus eſſe reiteratione. Vnde re ipſa nulla
hic opinionum diverſitas eſt. Illud ſciendum eſt †, quod Romanus 6
tradit, ſi emptor vir bonus ſit, non eſſe ei neceſſariam actorum tranſmiſſionem, ſed ipſum venditorem denunciatum adeſſe oportere, arg.
l. argentum. Commod. Lud. Rom. in l. non ſolum. §. morte. de Novi Op.
Nunc. Bart. ib. num. 48. & 49. id ita ſemper accipiendum, niſi venditor,
cui denunciatio fit, actorum copias poſtulet, clem. cauſam. verb. ſi petita
fuerint. de elect. junc. verſ. fin. ib. ubi traditur, eam denunciandi, ſeu intimandi rationem eſſe generalem. Num verò eccleſiam emptricem etiam
denunciare oporteat † venditori ſcienti, quæritur, & hoc Baldus non 7
putat, in l. 1. C. de Per. & Com. Rei Vend. ſeq. Covar. 3. Var. Reſol. c. 17.
Tiraq. de Priv. Piæ Cauſæ, priv. 141. Moventur eo quod perhibent,

Digitized by Google

minori hoc caſu denunciationem neceſſariam non eſſe, *arg. l. in minorem. C. in Quib. Cauſ. in Int. Reſt. Neceſſ. Non eſt.* cum ſc. eccleſia jure minorum utatur, *c. 1. & c. auditis. de in int. reſt.* Molinæus contra, *Cabal. in tr. h. tit. §. 3. num. 102. & 103. poſt Anton. Butr. in c. ult. num. 8. & 9. de emp. & vend.* Argumentum ejus rei adferunt ex c. potuit. de locato. ubi dicitur dies certa emphyteutam eccleſiæ conſtituere in morâ, unde quidem interpellatio neceſſaria videtur, ſi dies præfixa non fuerit, *fac. etiam. c. brevi. de Iurejur. verb. requiſitus.* Ego exiſtimo, denunciationem
8 quoque minori † neceſſariam eſſe, movet me quod aut indefenſus à curatore eſt, quo caſu adverſus eum in judicio nihil agitur, nec quæſtio hæc aliquo modo in conſiderationem venit, *l. contra 54. de Re Iud.* aut defenſus, quo caſu ſi quid omiſſum ſit, & ſententia adverſus eum lata, reſtitutionem requirimus, *l. pen. C. ſi Adv. Rem Jud.* Nec ad rem facit d. l. in minorem: quia ibi nihil aliud definitur, quàm in caſibus ibidem relatis ex ſola tarda ſolutione uſuras deberi, idque ſine alia interpellatione. Quod tamen & aliàs in uſuris deſcendentibus ex morâ reali (quam DD. dicunt) regulare eſt, *not. in l. curabit. C. de Act. emp.* Non igitur id uſque adeo extendendum eſt, ut in omni caſu ubi denunciatione aut citatione opus eſt, minor ejuſdem neceſſitate ſit ſolutus. Atque his conſequens eſt, & eccleſiæ denunciationem quidem ut reliquis neceſſariam eſſe, reſtitui tamen eam ob omiſſam, eò quòd fruatur jure minorum. Quibus poſitis argumenta utrimque allata
9 protinus evaneſcunt. Sed quid ſi † conſtet cauſam ob injuſtitiam ſui defendi non poſſe? & quidem alii hoc caſu denunciationem requirunt, *Bart. in l. ex empto. §. emptorem. de Act. Emp. vi alleg. à Caball. in tr. hujus tit. §. 3. num. 74.* niſi igitur ea facta ſit, aut ſi ante ſententiam reſtituerit emptor rem actori, actionem ob evictionem ceſſare, idque propter abſolutam juris definitionem, *in d. l. emptor. C. eod.* quia ſc. & rem per ſententiam ablatam fuiſſe oportuit, *l. 4. de Act. Emp.* & interdum evenire poteſt, ut res etiam evicta maneat apud emptorem, *l. habere. 57. ſup. eod.* Alii contra eo caſu denunciationem adeo ſupervacuam putant, ut ne quidem ſententiam requirant, *per d. l. ex empto. 11. §. emptorem. ubi Coſtal. de Act. Emp.* Nos diſtinguimus, utrum prorſus notorium ſit, venditorem improbo more conſecutum rem fuiſſe, ut quidem ſine dedècore emptor cauſam amplius defendere non poſſit, quo caſu, re ſine denunciatione reſtitutâ, ob evictionem agitur rectè, *d. l. 11. §. emptorem.* Quod nimirum & evicta res videatur cum ſpes habendi abſciſſa eſt, *l. evictus 35. ſup. eod.* idque ex ſententia Coſtalii & *Fulgoſii in l. ſi ideo. 55. ſup. h. t. Canon. ſt in c. fin. ext. de emp. & vend.* utrum verò id tantùm partibus manifeſtum ſit. magis n. eſt, actionem ob hoc excipiendam, &. denunciatione prævià, rem defendendam, *l. atquin natura. §. cum me. de Neg. Geſt.* idque ex ſententia Bartoli & aliorum, *in d. l. 11. § emptorem.* Atque id Rota Lucenſis judicavit, *Camil. Lep. deciſ. Lucenſ. c. 2.* Quid autem juris ſit, denunciatione omiſsâ, ſi

venditor

Digitized by Google

venditor ab initio fuerit † in dolo, & ſciens rem alienam vendiderit, 10
ſuprà docemus, *in l. 2. num. 8. eod.* Sed ſi emptor ſciens emerit rem alienam, rectè dicimus actionem ob evictionem in omnem eventum ceſſare, niſi nominatim aliud ſit conventum, *l. ſi fundum. C. de Evict. gl. Bal. Salic. in l. non dubitatur. C. eod. Covar. lib. 3. Var. Reſol. c. 17. poſt num. 1.* Nam quod Caballinus † Aretinum ſecutus diſputat d. l. ſi fun- 11
dum. eſſe correctam per l. ult. §. fin. C. Comm. de Leg. *Caball. de Evic. §. 5. num. 22.* id manifeſto errore nititur; quia d. l. ult. ab eo peſſimè accepta eſt, ut pluribus docuimus ſupra *in l. Lucius. 11. verſ. Paulus reſpondit. num. 15. eod. tit.* ubi vide. Et quoniam modò de neceſſitate denunciationis tractatio † eſt, videamus, an ſi juraverit author ſe de- 12
fenſurum emptorem, ſciatque moveri litem: nihilominus ipſi denunciandum ſit, quod magis eſt; cum juramento ſolo non tollantur juris ſolennitates, *per. tex. expreſ. in l. ult. C. de Non Num. Pec. c. quemadmodum. de Iurejur. fa. c. brevi. verb. requiſitus. eod tit. Alc in l. 5. verb. intelligere deberes. Si Cer. pet. Gomeſ. in §. item. ſi quis poſtulante. num. 10. Inſt. de Act. Rebuf. de Dil. Art. 5. num. 36. Calal. de Evic. §. 3. num. 54. & ſeqq.* Baldus contra, quòd ſcilicet venditor ſtimulo juramenti accurrere debeat, *Bal. in c. ult. ex. de emp. & vend. & alii. allegati à Capic. dec. 106. n. 3.* Qui tamen plerique in hac re variant, & in id tandem conveniunt, tutiùs denunciari ad evitandam opinionum varietatem. Igitur illud tenendum, etiamſi juramentum acceſſerit, nihilominus denunciandum eſſe, atque id ex communi ſententiâ Doctorum. Sed & † Baldi ſen- 13
tentia ita vera eſt, ſi juratum ſit, venditorem ultro defenſioni adfuturum, *arg. Auth. ſacramenta C. Si Adu. Vend.* Nam & pacto denunciandi neceſſitas remitti poteſt, *ut in hoc tex.* De expenſis litis ab emptore convento & abſoluto † erogatis quid dicemus, utrum earum nomine 14
regreſſum ad authorem habeat? & id pleriſque viſum eſt, *Bart. Alex. Caſtr. Iaſ. in l. venditores de V. Obl.* quia ſc. emptorem defendere teneatur, *l. ſi plus. §. mota inf h. t.* quod ni faciat, tenetur in id quod intereſt, *arg. l. cum quærebatur. Jud. Sol.* Accurſius & Baldus contra, *in l. 1. C. h. t. Specul. de Emp. & Vend. §. 1. num. 34.* moventur tex. l. ſi ſtatus. C. h. t. & præterea quod dicimus, acceſſorium ſequi ſuum principale, *c. acceſſorium. de reg. jur. in 6.* Sed res expeditu facilis eſt, aut enim juſtam litigandi cauſam habuit actor, & ſententia prior obtinet, cum author emptorem ab omni moleſtia defendere teneatur, *d. l. ſi plus. §. mota.* aut verò temerarius litigator fuit & judici imputandum quod eum non damnârit in expenſas, & obtinet ſententia poſterior, *l. ſi per imprudentiam. h. t.*

1. An emptor victus teneatur appellare, num. 2. 3. & 4.

5. Num emptor appellationem proſequi cogatur; & quatenus num. 6. & 7.

§. Caja.

1 §. Caja.] ILlud quæritur †, an quibus caſibus emptor præviâ denunciatione ſuccumbit, appellare teneatur. Sed diſtinguendum dubia, utrùm cauſa venditoris aut evidenter bona ſit, quo caſu appellare tenetur, cum ſententia emptori noceat ipſi, *l. ſi per imprudentiam. 51. ſup. eod.* adeoque ei dolus quodammodo imputari queat quod non appellârit à ſententia iniqua, *arg. l. ſi procuratorem. 1. §. ſi ignorantem. & §. §. ſeqq. ſup. Mand. junc. arg. l. ſi bonam. C. de Adm.*
2 *Tut.* num verò evidenter iniqua, & diverſum erit, *ut hic.* Et † quidem utroque hoc caſu parum referet præſens fuerit author an minus, nam quod Accurſius hunc textum tantum ad præſentes refert, eo quod hic præſentis mentio fiat, id Baldus rectè improbat, quia hoc fiat ob ſpeciem facti de præſente propoſitam, *Bal. & poſt eum Add gl. hic. idq; & ipſe Accurſ. probare videtur, inf. l. ult. §. ſi verb. maximè præſente venditore. hic.* Certum enim eſt denunciationem hoc efficere ut authorem comparere oporteat, & igitur, eâ interpoſitâ, utrum veniat an minus, parum refert, *l. cum quæſtio. 17. C. eod. l. prox. §. 1. ſup. hic. verb. propter de-*
3 *nunciationis vigorem.* Quamobrem † & in dubio magis eſt, denunciatione præmiſsâ, emptorem ad appellationem non teneri, *l. libera. 8 C. Sent. & Interlo. Om. Iud* cùm & aliàs ſententia in dubio præſumatur juſta, *arg. t. C. Sent. Reſ. Non Poſſe Soc. reg. 161. Gotof. hic.* Hæc ita ſi
4 † emptor ipſe judicio adfuerit, *l. 1. in fi. C. de Per. & Com. Rei Vend.* nec ei ob inertiam aut contumaciam litis perditio queat imputari, *l. emptor. 8. in fi. C. h. t.* quod ferè accidere cenſetur ex abſentia ipſius, *l. ſi*
5 *fundo. 53. ſup. eod.* Num verò † emptor appellationem proſequi teneatur, videamus, & ego didici eum non teneri, ſed ſolummodo ad denunciationem novam, ut puta venditor ipſe dein eam proſequatur ſi velit. Evicta enim res videtur cum ferè ſpes habendi abſciſſa eſt,
6 *l. 35. ſup. eod.* Denunciare tamen † rurſus authori tenetur ſententiam latam, *arg. l. ſi procuratorem. 8. §. quod & ad actionem. ſup. Mand.* ut ſci-
7 licet is, ſi velit, dein appellationem proſequatur. Quod tamen † in tempore faciendum, ne ſc. lapſu fatalium perdat cauſam aliàs bonam, itaque ipſi regreſſus adimatur revertendi ad authorem, *per hunc tex.* Planè ſi ſententia non noceat authori (quod quando ſit diximus ſup. num. 1. eod. h. §.) rectè dicimus, emptori qui ſe per judicem gravatum autumat, appellandum in omnem eventum.

Ad l. ex mille. 64.

Vide noſtra ſuprà in l. 1. eod. ubi allegatur in noſtris in fine.

l. cum ea. 68.

Princip.] Pertinet ad ea quæ nos ſupra *in l. 4. ſup. de Act. Emp.*

Ad l. qui libertatis. 69.

1 QVi in venditione pactus † eſt, ſe ex certa eaque expreſſa cauſa evictionis, verbi gratiâ, libertatis in ſervo vendito, non teneri, evictione ex eadem cauſa ſecuta; hoc nomine non tenebitur, *ut hic.* Sed

quæri-

quæritur, an * non ſaltem pretii repetitio ſit, Accurſius non putat, *gl. hic.ſeq.Bart.& Salic. ib.* quia ſcilicet exceptio tam ſpecialis, id potiſſimùm operari intelligatur, *Tiraq. de Retrac.conſang.§ 12.gl.1.num.14.* Ceteri contra, quòd bonæ fidei contractus non patiatur ut venditor pretium habeat cum re careat emptor, *tex. in l. emptorem. §. qui autem. de Act.Emp. Covar 3.Var.Reſol.c.17.num.1.Caball.de Eu.§.3.poſt num. 26. ubi vi. alios.* Quæ quidem ratio cùm generalis ſit, ad hunc caſum quoque refertur rectè. Nec obſtat hic tex. quia is non * negat pretii repetitionem, ſed tantùm evictionis nomine actionem in id quod intereſt. Malè proinde ceteri, qui repetitionem pretii eâdem perhibent negari. Cùm id ne ullâ quidem litera ibidem indicetur. 2 3

Ad l. evicta. 70.

1 VIde noſtra ſuprà latè *in l. 2. l. 60. & l. 69.eod.tit.* ubi plenè tractamus quæ emptori præſtanda ſint, à venditore.

l. pater. 71.

Relata eſt & explicata infrà in noſtris *ad l. 2.Sol.Matrim.*

Ad l. ſi plus. 74.

§. 1.] Relatus eſt in noſtris ſuprà *ad l.2.eod.num.5.*

§.final.] Explicatur in noſtris ſuprà *ad l.4.de Her. vel Act. Vend.*

Ad l. quod ad ſervitutes. 75.

RElata & explicata eſt hæc l. in noſtris ſuprà *in l. 59. de Contr. Emp.* ubi plenè videre licet, quatenus ſervitutum nomine ob evictionem actio ſit.

LIBER XXII.

DE VSVRIS, &c.

TIT. I.

1. Explicatio tituli, Quid Vſura, Fructus, Acceſſio, Cauſa, & num. 2. 3. 4.

2. Vſuræ An, Quo Iure, Quo modo licitæ ſint; item quotuplices, & num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

TItulus hic inſcriptus eſt de Vſuris, & Fructibus, & Cauſis, & * omnibus Acceſſionibus & Mora. Vſura autem ab uſu dicta, nihil aliud eſt quàm certa ſortis acceſſio, vel conventione partium vel ex 1

Digitized by Google

Juris præſcripto finita. Fructus verò ſunt obventiones ex rebus non quantitatis, ſed rebus corporeis vel incorporeis ceteris, aut occaſione earum provenientes. Licet interdum quoque hæc vox generalis ſit ad omne commodum pertinens, *not. in l. ult. inf. eod.* De differentia
2 † verò fructuum naturalium & civilium, item naturalium & induſtrialium vide alibi *Weſ. hic. & noſtra lib. 4. Subt. c. 13.* Cauſa denique hic
3 ſignificat †, medium acceſſionis, ut pactum & mora in bonæ fidei judiciis uſurarum cauſa ſunt, item ſtipulatio & quivis contractus, ex quo uſura & id quod intereſt oritur, *ut in l. 4. l. 9. §. 1. l. 13. & paſſim. h. t.* Non quod ſingularum jus hic omne explicetur, ſed quatenus eę omnes in acceſſionibus, hoc eſt uſura, fructibus, eo quod intereſt, partu item, & quod præterea nomine acceſſionum venit, cauſæ loco ſint. Niſi per metonymiam malis hoc loco cauſam pro effectu poſitam, quaſi dicas cauſam obventionis pro obventione ſive acceſſione ipsâ, quo nomine hic partum & id quod intereſt ſignificari dicendum ſit. Quod plериſque placuit, & magis eſt, ut in *l. equis. 8. inf. eod.* Quibus
4 poſitis unà intelligimus; Acceſſionis quoque nomen generale † eſſe & ad omnia pertinens quæ rei principali quoquo modo accedunt. Mora v. quid ſit infrà trademus, *in l. mora. 32. h. t.* Videamus an uſuræ
5 licitæ ſint †. Et diſtinguendum eſt inter uſuram (Lucratoriam quàm nonnulli dicunt) quæ tantum lucri cauſa poſtulatur, ut quando pecunia eà lege mutuo datur ut uſus nomine menſtruum aut annuum quid pendatur, & Compenſatoriam quæ commodum uſurarum beneficio fructuum aut obventionum penſat; ut cum emptor rei loco fructuum quos & re empta acquirit, denuo ad uſuras obligatur; vel depoſitarius pecuniam in uſus ſuos convertendo, viciſſim ex mora ad eaſdem tenetur, *de quo genere DD. in l. curabit. C. de Act. Emp. & in d. l. mora. 32. §. 1. inf. h. t.* ac denique Punitoriam quæ moræ magis in pœnam quàm in lucrum aut compenſationem damni alicujus ſtatuitur, & præmiſſæ proxima eſt, adeoque ab ea vix differt, *vi. tex. & not. in l. cum quidam. 17. §. ſi pupillo. inf. eod.* Et de utriſque poſterioribus, quia
6 ex ferè † loco ejus quod intereſt ſuccedunt venientis ex mora, quin permiſſæ omni jure ſunt, non eſt dubitandum, *tex. & Canoniſtæ in c. ult. de Vſur. Gl. poſt Az. item Bart. & DD. plerique in d. l. curabit. C. de Act. Emp. Weſ. in Com. hujus tit. num. 5. 6. 7.* Sed de lucratoria quæ ex ſtipulatione † mutui causâ præſtatur quæritur. Eo quod Iure Divino prohibemur mutuum dare nihil inde ſperantes, *in SS. lit. locis diverſis.*

Iuris Canonici diverſitas.

Quibus & Ius Canonicum convenit, *tot. tit. de Vſ.* & Ratio adeo ipſa; cum pecuniæ uti rei ſterilis natura non ſit producere fructum; eoque & uſuræ Iure Civili odioſæ ſint, *not. in l. rogaſti. ff. ſi Cert. Pet. vi. Subt. noſtras lib. 1. c. 4.* Accedit quod pecuniæ uſus comparatus ſit ad ſublevandas permutationum difficultates, *l. 1. de Cont. Emp.* Poſtremò verò vel hoc maximè, Quòd periculum mutui pertineat ad ipſum debitorem. Contra verò rationem eſt ut lucrum ſentiamus ex ea re

quæ

Digitized by Google

quæ periculo noſtro non ſit, *l. ſi igitur. 55. in fi. l. ſi unus. 67. §. 1. pro Soc.* Vnde & Iuſtinianum penè hæreſeos inſimulant quod uſurarum ex mutuo pro qualitate contrahentium ſtatuerit modum, *in l. eos. C. h. t.* Alii eum excuſant & prudentis Principis, officium præſtitiſſe perhibent, *DD. ib. Donel. in tr. de Vſ. c. 2. Mol. in tr. Commer. num. 9. & ſeqq. Hotom. de Vſ. lib. 1. c. 1. Weſ. in Par. h. t. n. 6. & 7. Bronc. Cent. 2. Controv. 77.* Eò quod omni jure quoque ratione damni ex ceſſatione ſolutionis emergentis, uſuras liceat paciſci, *vi. Gail. lib. 2. Obſ. 5. num. 16. in fi. & num. 17.* Adeo quidem ut ſi mercator † ſit, etiam lucri ceſſantis 8
ratio ſit habenda, *Gail. d. lib. 2. Obſ. 6. per tot. cum plurib. ibi alleg.* ideoque judici in æſtimatione earum arbitrium permittendum, *Gail. d. l. 2. Obſ. 6. num. 5.* Id tamen tutius ad modum d. l. eos redigitur, & pleriſque in locis ita uſu ſervatur, niſi quod aliquot locorum ſtatutis, ut in Friſiâ, & alibi, modus paulum ſit mutatus. *Conſuet. Friſia.* Nec obſtare putantur loci ſcripturæ ſuperius allegati, quia ii ad fœnus improbum pertinent, & ad pecunias pauperibus fratribus mutuò datas; non etiam ad datas iis qui vel emptione prædiorum, vel negotiorum magnitudine quotidie augent facultates, *not. in l. improbum. C. de iis qui Not. Infam.* Cùm 9
aliàs † quoque magno detrimento afficerentur homines tenuiores, ſi eis inhibeatur locupletibus & negotiatoribus magnis peculium exiguum ſuum mutuo dare. Quamobrem ſententia Canoniſtarum (quæ ne quidem uſuram mentalem, hoc eſt negotium vel ullius lucri intentione contractum, *vi. tex. & Canon. in c. conſuluerit. de Vſ.*) in hac re meritò reprobata eſt.

Ad l. 1.

NOtandum hic quod ad uſurarum modum ſtatuendum locorum mores inſpiciantur, ut & aliàs in contractibus contingit, *vi. tex. & noſtra latè in l. ſi fundus. 6. de Evict.*

In *§. 1.* docemur in contractu Societatis quoque moram committi ex re, quo ſenſu alibi, ſocium, ex mora non uſuras velut uſuras, ſed id quod intereſt, preſtare, *ut in l. 60. ſup. pro Soc.*

Ad l. 2.

QVæ fructuum ratio habenda ſit in judiciis perſonalibus, infrà tractamus, *in l. 38. eod.*

Ad l. 3.

1. *Argum. textus. & 2.*
3. *Conciliantur diverſæ ll. & n. 4.*
4. *Quid juris ſit in fructu pendente.*
6. *Quid juris de fructibus ante her. aditam perceptis.*
7. *Jus novum in hac re paucis aut nemini ante obſervatum.*

Digitized by Google

1 IN fideicommiſſo petendo † reus ad fructus intra tempora judicati perceptos non tenetur, niſi antea fuerit in mora, cum id tempus judicato quidem dilationem dare, moranti verò lucro eſſe non debeat,
2 *tex. hic.* In omnem eventum † igitur heres ex mora tenetur ad fructuum & cauſæ reſtitutionem, *ut hic & l. equus. 8. & l. 33. inf. eod. & l.*
3 *is qui 26. de Leg. 2.* Nec mutant † l. 1. & 2. C. de VſL. & Fr. Leg. ubi id refertur ad litem conteſtatam: hoc enim ita, niſi heres antea fuerit in mora, *l. ult. C. eod gl. magna hic. in verb. non lucrum. circa fin.* At ob-
4 ſtat quod † dominium legati mox in legatarium tranſit, *l. à Titio. 64. de Furt.* unde & fructus ei mox quæri dicendum eſt, ſaltem ab adita hereditate, *l. ſi ti 1. 86 §. cum ſervus. de Leg. 1. l. Herennius. 42. inf. eod.* eoſque etiam quos legatarius ipſe percipere potuiſſet, *l. cum ſervus. 39 §. fructus de Leg. 1.* Et hoc verum eſt ſi ſciverit heres rem alteri legatam, hic verò textus, ſi neſciverit vel juſtam litigandi habuerit cauſam, *vi. l. quæſitum. 40. de Acq. Rer. Dom.* Planè quantum ad fructus tempore
5 defuncti † teſtatoris pendentes attinet, quia hi pars fundi ſunt, *l. fructus pendentes. de Rei Vind* magis eſt, ab initio eos cedere legatario, *Paul 8. Sent. tit. 6. verſ. fructus qui ſolo. & l. in Falcidia. 9 Ad L. Falc.*
6 Quod vero interim † ex fructibus percipitur dum hereditas adeatur, cedit lucro heredis, *l. quod ſervus. 38. de Leg. 2. l. nihil. 120. de Leg. 1.*
7 Hoc tamen † hodie mutatum eſt, cùm legati dies cedat à morte teſtatoris, *l. un §. in noviſſimo. C. de Cad. Toll.* unde dicendum eſt, uti olim ab aditâ hereditate dies legatorum & fructuum emolumentum legatario cedebat, ita idem fieri hodie à morte teſtatoris, *arg. d. l. Herennius. 42. inf. eod.* Quod non deprehendi ab alio obſervatum, prætereri tamen non debuerat. Eſt tamen hoc ipſum moribus receptum. Puta,
8 ſi ſciverit heres rem legatam †, nam ſi ignoraverit ratio moræ habenda eſt & malæ fidei, *per d. l. 40. de Acq. Rer. Dom.* Vt aliàs ſemper, vi. noſtra infrà *in l. 45. inf. h. t.*

Ad l. 4.

VIde noſtra in l. 3. §. 1. ſuprà de Act. Emp. quæ ſolet opponi. Solut. poſui ibidem.

Ad l cum de in rem verſo. 6.

1. Argumentum, & ratio præſumptionis in hoc textu. & num. 2.

3. Cujus efficacia ſit præſumptio ex continuata ſolutione collecta.

4. Longum tempus quod hic dicatur.

5. Conciliatur huic textui l. 1. C. de Fideicom.

6. Quatuor

Digitized by Google

6. *Quatuor caſus quibus præſtatio diuturna non obligat, & 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

13. *Quid juris ſit de annuo reditu præſcriptione, ſeu intermiſſâ ſolutione tollendo. & num. 14.*

15. *Quid juris ſit in uſuris in diverſa quantitate ſolutis, cum de debito uſurario reverâ conſtaret.*

CElebris hæc lex eſt, quâ docemur: Si de uſurarum ſtipulatione † non conſtet, ex hoc quòd retro annis aliquot ſint ſolutæ, in futurum quoque eaſdem ſolvendas. Hoc ita ſi continuatio ſolutionis † longo tempore, ſed reſpectu juſtæ cauſæ ſit facta, *ut in exemplo tex.* Præſumitur enim hoc caſu intervenisse juſta ſtipulationis cauſa, *per tex. gl. DD. hic. Bart. & alii in l. ſolem. §. non verò. de Off. Proconſ.* ob hoc nimirum quòd ſingulas præſtationes reſpectu cauſæ juſtæ factas conſtat. Qua ratione, puta, multiplici quaſi confeſſione, conſtituitur præſumptio tituli juſti, *l. litibus. C. de Agr. & Cenſ.* quæ tamen † probationem admittit in contrarium, *Bart. hic. Bronc. cent. 2 q. 83.* Longum † verò tempus hic decennium intelligimus, *arg. tit. C. de Long. Temp. Pr.* paulove minus aut amplius, prout arbitrarium videatur judici, *gl. DD. hic.* Nec mutat † l. 1. C. de Fideicom. ubi requiritur triennium, quia ejus ſpecies ſingularis eſt favore alimentorum, *Caſtr. in l. ſi certis annis. C. de Pac.* Planè ſi palam conſtet † annuum aliquid præſtitum ex nudo pacto, magis eſt, id in poſterum non obligare, *per d. l. ſi certis annis. C. de Pac.* niſi ſtipulatio accedat, *l. creditor. 7. C. de Uſ. l. operis. de Op. Lib. fac. l. ult. C. Ne Ux. Pro Mar.* Niſi tamen tanto † tempore ex pacto præſtatio facta ſit ut initii memoria non exſtet, quia talis obſervatio pro titulo eſt, *c. 1. §. fin. de Præſc. in 6. not. DD. in l. hoc jure. §. ductus aquæ. de Aq. Pl. Arc.* Quod ſi rurſus non reſpectu certæ † conventionis aut alterius juris ſolutionem conſtet factam, benignius eſt, ſolutionem precariam non obligare, *c. pervenit. ex. de Cenſ. ubi gl. & Canoniſta.* licet tanto tempore continuetur ut initii memoria non exſtet. Precariò enim præſtans nunquam facit recipientem poſſeſſorem, *l. 2. C. de Præſ. 30. Ann. vi. tr. noſtrum de An. Red. lib. 1. c. ult.* unde rectè Bartolus infert †, ruſticum qui pluribus retro annis par caponum ſolverit aut gallinarum, ex hoc ſolo non teneri in futurum, *Bart. hic.* Denique & lex † hæc non obtinet, Si recipienti refragetur præſumptio juris communis, verb. gr. ſi Epiſcopus ex alterius diœceſi decimas perceperit, tum enim & ad ſpecificam tituli probationem tenetur, niſi initii memoria deſit, *per d. c. 1. de præſcr. in 6.* Perinde, ſi plurium annorum † reditus uno tempore pariter præſtentur, præſumptio hujus l. ceſſat, ut rectè plerique notarunt, *Got. hic. poſt Molin. 1. Con-*

Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11

ſuet.§.7.num.21.Bart.in d.l.creditor.C.de Vſ.Coſt.hic allegans.Jaſ.in t. de Iure Emph.n.135.136. quia tum facilius præſtatio præſumitur erronea,
12 Quartò † præſumptio ejus ceſſat, ſi præſtatio facta ſit diſſimilis ac varia vel quantitate vel qualitate, *arg.l.quod autem.de Serv.Pr.Vrb.Bart.*
13 *in d.l.ſolent.§.1.* Quantum verò attinet ad tollendum † jus præſtationis ſeu reditus annui, de cujus titulo ac jure directò conſtat, certum eſt ipſius diei lapſu, præſtantem quotannis interpellari, *per l. magnam. C.*
14 *de Contr. ſtip.* Licet igitur † ſingulorum annorum obventiones præſcribi poſſint, ipſum tamen jus hoc præſcriptione tolli non poteſt, *l. cùm notiſſimi.§.fin. C. de Præſ. 30. An.* Vi. plura in noſtris, *in tr. de An.*
15 *Red.lib.1.c.pen. & ult.* Illud etiam hic addendum, eum † qui promiſit uſuras ſemiſſes, ſi longo tempore præſtiterit minores, tacitâ conventione actum cenſeri ne majores conventæ pendantur, *l. qui ſemiſſes.13. fac.l.cum quidam.17.§.1.inf.eod.ad.l.5.& l.8.C.eod.*

Ad l. debitor. 7.

1. Argumentum hujus textus, & de effectu depoſitionis & conſignationis debiti principalis, & n. 2. 4.
3. Quid juris in debito pupillari, & num. 5. 6.
4. De effectu oblationis ſolius, & num. 7. 8. & 9.

1 VSuras inchoatas † obſignatione & depoſitione quidem ſiſti dicimus: ſi tamen debitor poſtea conventus ut ſolveret, denuo moram fecerit ex eo tempore nummi ſteriles non erunt, *ut hic.* Hoc
2 ita ſi debitor ſortem † poſtea receperit, aliàs enim ſolâ oblatione & depoſitione curſum uſurarum ſiſti certum eſt, *l. ſi creditrici. 6. l. acceptam. 19. C. h.t.* adeoque & plenam liberationem patari debitori, modò ibi fiat ubi debebatur, *l. obſignatione.9.C.de Solut.l. ſi ſoluturus.39.ubi Cujac.*
3 *ad Afr. D. eod.* Idque etiam † ita eſt in debito pupillari, quia ne pupillis quidem poſt depoſitionem ſortis ipſis debitæ, uſuræ ampliùs cur-
4 runt, *l. ſi per te.9. C. eod.* Oblatio tamen ſola quoque † moram purgat, *l. qui Romæ. §.Seia. de Verb. O.* licet uſurarum curſum ex ſtipulatione non ſiſtat, niſi depoſitio & conſignatio accedat, *d l.6.& d.l.19.* Idem
5 eſt † in tutore tutelâ finitâ, quia eum quoque ad uſuras debiti ex reliquo adminiſtrationis ſiſtendas, deponere ſortem & conſignare oportet, *l.tutor.28.de* Adm. *Tut. l. ſi reus.73.in fi. de Procur. l.aut prætor.7.§.1. de Minorib. junge l.5.C de* Adm. *Tut.* Si tamen ſæpius quoque denunciationibus interpoſitis tutor ſe ad reddendum rationes & reliqua ſolvendum paratum ſignificet, tandem puberem ad judicium vocet, & eo hoc contemnente, proteſtetur tutor ſe ad illa paratum, liberabitur etiam ab uſuris ſine conſignatione, *l.ult.*C. *de Vſ.Pup.* Licet tutius fit ad for-

Digitized by Google

ad formidandum † periculum in integrum reſtitutionis, ſi reliquum alicujus momenti ſit, fieri depoſitionem & conſignationem, *d. l. 7. §. 2. de Min. Hotom. de Vſur. c. 4. Mol. in tr. Vſ. q. 39.* Oblatio quoque in tempore facta avertit pœnam, *l. Celſus. §. fin. de Arb.* Licet ſemel ex diei lapſu commiſſam non tollat, *d. l. Celſus. princ. & §. 1.* Quod tamen in ſtipulationibus prætoriis diverſum eſt, *vi. noſtra in d. l. Celſus.* Tametſi emphyteutam, quòd is diuturnum ſpatium ſolutionis habeat, canonem conſignare & deponere oporteat, ad periculum expulſionis avertendum, *l. 2. C. de Iure Emph.* Sed hoc ad debita publica referri non poteſt, quia ſola oblatio impedit, ne prædia ob non ſolutum tributum cadant in commiſſum, *l. 1. C. de Suſcep. Prepoſ. lib. 10.* Liberat etiam † oblatio debitorem à periculo rei, *l. qui decem. 72. de ſolut. l. hujuſmodi. 84. §. ſi cui homo. de Leg. 1.* modò creditor non ſimpliciùs ſolutionem diſtulerit, ſed directò abnuerit, *l. creditor. 102 de ſolut.* Antichreſin † quoque ſolvit, *l. ex prædus. 11. C. de Vſ.* Depoſitio igitur & conſignatio amplioris effectus ſunt quàm oblatio ſolennis ſola. Planè ſi partis tantum depoſitio aut oblatio fiat, creditor recipere eam non tenetur, niſi hoc actum eſſet, *l. tutor. 41. §. 1 inf. eod.*

6 7 8 9

Ad l. pecuniæ. 9.

Vide noſtra infrà, *in l. pœnam. 44. eod.*

l. Qui ſemiſſes. 13.

Relata eſt in noſtris ſupra *in l. cùm de in rem verſo. 6. n. fin. h. t.*

Ad l. ſi mater. 14.

RElata & explicata eſt in noſtris, ad l. *32.* aliàs l. *31. §.* qui aliena. de Neg. Geſt.

Ad l. cum quidam. 17.

PRincipium hujus l. pertinet ad ea quæ ponimus infrà *in l. pœnam. 44. eod.*

Ex *§. 1.* Obiter notandum eſt, ſi uſuræ præteritæ, longo tempore † non ſint exactæ, ut creditor apud debitorem gratiam iniret, in poſterum eaſdem exigi non poſſe, *ut hic.* quaſi nimirum tacitè ſint remiſſæ, *Bal. hic.* Vnde id vel maximè in † uſuris dotis longo tempore non exactis dicendum videtur. Et hoc † Alciato viſum eſt, *de Præſ. reg. 1. præſ. 32 num. 4 Menoch. de præſ. lib. 3. præſump. 25. poſt Bal. lib. 3. conſil. 474. Alex. conſil. 74. lib. 5. num. 8.* Et id quidem admitti poteſt, ſi aliunde quoque liberalis animus mariti morte ipſius confirmatus colligi queat, *ut in l. vir uſuras. 54. de Don. Int. vir. & ux.* vel aliàs ex facti circumſtantiis & qualitate conſtet de eodem, *ut in tex. propoſito, junge l. Procula. inf. de prob. recte Fachinæus lib. 3. Contr. c. 103.* Non etiam † ſi ſola exactio intermiſſa uſurarum ſit, *arg. l. libertis. 18. §. 1. de Al. Leg.* cum enim perſonalis hoc nomine actio ſit, nulla ratio eſt quare minori tempore uſui is hiſce præſcribatur quàm *30.* annorum, *l. 3. C. de Præſ. 30. Ann.* Bonâ nimirum † ratione ut uſurarum obligatio ex ſolâ

1 2 3 4

præſta-

Digitized by Google

præſtatione non introducitur tempore longo, niſi ea facta ſit reſpectu cauſæ juſtæ, *l. 6. ubi not ſup eod.* eandem nec tolli tanto tempore dici-
5 mus ſine juſta cauſa. Denique † ſi quid annuum doti conſtitutum ſit, magis eſt, ne quidem præſcriptione *30.* annorum obligationem tolli, ſed ſingulorum tantùm annorum obventionibus præſcribi, *l. cum notiſſimi. §. fin. C. de 30. An. Præſ.*

Ad l. uſuras. 20.

Vi. noſtra in l. pœnam. *44.* inf. eod.

Ad l. ſciendum. 21. & ad l. 22. 23. 24.

Vi. noſtra in l. mora. *32.* princ. inf. eod.

Ad l. qui ſcit. 25.

§. primum & *2.* explicuimus infrà in noſtris, *ad l. fructus. 45. eod. & ad l. 48. §. 1. de Acq. Rer.*

1 *§.* finali docemur, Bonæ † fidei poſſeſſorem, qui poſtea fundum alienum cognovit, quod ad fructuum perceptionem attinet, hoc jure
2 gaudere donec res ſit evicta, *ut hic.* Evictione † tamen ſecutâ in fructuum reſtitutione, retro ratio habetur ejus temporis à quo in mala fide fuit, *l. qui bona. 23. §. 1. & l. bonæ fidei. 48 §. 1. de Acq. Rer. Dom.*
3 Quorſum igitur hic textus? ut conſtet † videlicet, uſucapione ſecutâ (quia huic ſuperveniens ſcientia rei alienæ non nocet, *d. l. 48.*) fructus quoque dein perceptos manere poſſeſſoris, ac ſi rem alterius eſſe non comperiſſet.

Ad l. placuit. 29.

Vi. noſtra infrà *in l. pœnam. 44. eod tit.*

Ad l. mora. 32.

1. Mora quid & quando committatur per interpellationem, & num. 2.

3. Impedimentum juſtæ cauſæ an à mora excuſet, & an idem ſit in debito quantitatis, doctorum longa quæſtio, & diverſæ leges explicatæ, & num. 4. 5. 6. & 7.

8. Explicatur §. quid ergo in hac l.

9. Interpellatio qualis & una an plures moram producat, 10. 11. 12. 13.

14. Lapſu diei mora quomodo committatur, ubi diverſa oppoſita ſoluta, & n. 15. 16. 17. 19.

18. Decimæ quomodo præſtandæ.

20. Quando

20. Quando mora committatur in debito conditionali.

21. Novem caſus quibus committur mora ex re hoc eſt ſine interpellatione, & 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

31. An quis conſtituatur in morâ ex re ſine diei adpoſitione, ſi quis promiſerit ſe facturum curaturum.

32. An ob additionē juramenti debitor incurrat moram ex re.

Mora, quæ eſt fruſtratoria † dilatio præſtandi ejus quod alteri præſtare tenemur, quando ita committatur ut refuſionem ejus quod intereſt aut uſurarum mereatur, facti quæſtio eſt; quippe ad quam non quævis interpellatio, ſed loco & tempore oportuno requiritur, nec quævis ceſſatio etiam, ſed fruſtratoria, *ut in l. ſciendum. 21. 22. 23. 24. ſup. eod.* Pertinet enim hæc lex † ad moram perſonalem, 1 2
quæ an & quando interpellatione committatur ad cognitionem judicis refertur, *ut hic.* Difficultas enim † ſolvendi impedimento juſtæ 3
cauſæ à mora excuſat, *d. l. ſed etſi. 23. ſup. eod. l. datio. §. fin. de Act. Emp.* Sed hoc Bartolus in debito quantitatis non admittit, *in l. quod te. 5. num. 14. de Reb. Cred. quem & Bal. ſeq.* Movetur l. continuus. *137. §.* illud. de V. Obl. ubi dicitur cauſa difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinere. Item eo quod alibi dicitur, incendium quo æs alienum conſumptum eſt non liberare debitorem, *l. incendium. C. Si Cert. Pet.* Sequuntur eum Alex. & Bal. moti præterea arg. l. ad diem. de V. Obl. & l. ult. de Naut. Fœn. item hac ipſa l. in §. quid ergo. Prope † tamen eſt, id non ſimpliciter ad- 4
mittendum, ſed magis ex facto æſtimandum, an non difficultas à morâ excuſet, ut pleriſque viſum eſt, *Caſtr. Salic. Fulgoſ. Rom. D. Arect. Dec. Curt. Cagn. in d. l. quod te.* Cum quia difficultas ſolvendi cauſa dilationis juſta ſit, *arg. l. divortio. de Neg. Geſt.* quam conſtat à mora excuſare, d. l. *21. 22. 23.* Tum quia mora demum ſit, ſi nulla difficultas venditorem impediat, *d. l. datio. §. ſi per venditorem. ſup. de Act. Emp.* Non obſtant † d. l. ad diem. & d. l. ult. de Naut. Fœn. quia ea utraque pertinet 5
ad ſpeciem diei adjunctæ & non obſervatæ, in qua generale eſt, diei lapſu ipſo facto debitorem in mora conſtitui, *l. magnam. C. de Cont. Stip. ubi not.* Nec ad rem quoque facit d. l. *137. §.* illud. quia ea non ad 6
tractatum moræ pertinet, ſed ad tempus obligationis ipſius conſtituendæ. Idem dicimus de l. incendium: quia ibi definitur, debitorem quantitatis fatali ejus interitu non liberari, neque enim ex eo ſequitur à mora eum non excuſari. Cum n. moræ † commiſſio ex fa- 7
cto & arbitrio judicis finienda ſit, quis judex non arbitretur à mora aliquot ſeptimanarum aut menſium ſaltem eum excuſari, cujus pecunia numerata forte omnis incendio domus perdita ſit. Atque ita ex re-

Digitized by Google

ſponſo noſtro judicavit Prætor Daventrienſis. Lex verò hæc in §.
8 quid ergo † à propoſito omnino diverſa eſt, quia eâ nihil aliud defini-
tur, quam ob debitum filii non teneri patrem ex mora ſua. Inter-
pellationem † etiam inſtantiſſimam fuiſſe oportet ut mora fiat, tametſi
9 extrajudicialis ſufficiat, *gl. Bart. D D. in l. qui Romæ. §. coheredes. de Verb.*
Obl. Quod tamen civiliter accipiendum ne creditor mox adſit cum
10 ſacco, *l. quod dicimus. 105. de Sol.* Num autem † unica interpellatio
ſufficiat, quæritur, & hoc quidem magis eſt, *arg. l. Titia. 87. §. uſuras.*
de Leg. 2. l. ſi ex legati. de Verb. Obl. & pleriſque probatum, gl. Bart. DD.
d. lo. Bronch poſt alios. Cent. 2. Aſſer. 78. Licet enim interpellatio requi-
ratur inſtantior, *per hunc tex* ſufficit tamen moram eâdem produci ſe-
riâ ac primâ, *arg. l. boves. § hoc ſermone. de V. S.* Tutiuſque eſt eam fieri
teſtatò, *arg. l. qui Romæ §. coheredes. de Verb. Obl.* licet eadem teſtatò
11 non reperiatur. Atque id pro † ratione dubitandi eſt in l. qui decem.
12 71. princ. de Solut. Alii tamen duplicem † interpellationem requirunt,
Ferr. in tr. de Mora. Corraſ. 2. Miſc. c. 6. Coſtal. hic. Moventur hoc
textu ſed is nihil aliud dicit, quàm ad moram non ſufficere, ſervo ab-
ſentis denunciatum eſſe, niſi & redeunti domino renovata ſit inter-
pellatio. Minuſque ad rem facit d. l. qui Romæ. §. coheredes, *l. Æmi-*
13 *lius de Minorib. & l. ſi mandato. 59. §. ille illi. ſup. Mand.* in quibus † pro-
ponitur de interpellatione ſæpius repetitâ, id enim ita juxta facti ſpe-
ciem in utraque propoſitam, non tamen ibi definitur neceſſariam fore
repetitionem. Magis igitur eſt, ut antè monui, rem omnem hanc
definiendam ex facto eſſe, ut quidem unica interpellatio teſtatò aut per
apparitorem facta ſufficiat, modò dein non prorſus omittatur omnis
14 inſtantia ulterior. Committitur tamen † mora & aliis modis, ut la-
pſu diei ſolutioni aut præſtationi præfixæ, *l. evictis. 19. ſup. h. t. l. ſi fun-*
dum. 114. de V. O. l. l. hominem. 37. ſup. Mand. d. l. magnam. C. de Contr.
15 *Stip.* Nec obſtat l. nulla. de Reg. I. nam † quod ibi dicitur nullam eſſe
moram ubi nulla petitio eſt, id eò pertinet, ut is in quem actio non
tenet, moram committere non cenſeatur, *ut & in l. ſi pupillus. 127. de*
16 *V. O. ex quâ illa videtur deſumpta.* Non mutat etiam quod dies adjici †
dicitur gratiâ debitoris. l. cum tempus. de R. I. quia id ad tempus me-
dium pertinet, quippe quod debitori tribuitur ut fruatur dilatione; e-
lapſo tamen eo dies ipſa eum interpellat, *l. cum notiſſimi. §. fin. C. de*
Præſ. 30. Ann. Atque is textus convincit Ferretum qui ad moram com-
mittendam etiam hoc caſu interpellationem requirit, *Fer. in tr. de mo-*
17 *ra. pag. mihi 43.* Sed ſi debitor præſtare teneatur † in loco habitatio-
nis ſuæ, creditor verò alterius fori non venerit die præfixâ, in mora
non conſtituetur, *l. item illa. 18. de Conſt. Pec.* Nec ad rem facit quod
18 Baldus huic ſententiæ opponit de decimis † horreo eccleſiæ ab ipſo de-
bitore inferendis, *c. revertimini. 16. q. 1.* quia id eò, quod decimæ ferè
eccleſiæ aut parochiæ præſtentur, in cujus finibus colliguntur, ut re-
ctè Coſtalius monet *in d. l. 18.* Nam & conſuetudo docet, ſi cui de-
cimæ

Digitized by Google

cimæ in alio territorio competant, eas ibidem exigendas, & ſumpti-
bus exigentis auferendas. Quòd ſi per † reum ſteterit quò minùs con- 19
veniretur, etiam in caſu d. l. *18.* dici reſpectum habendum magis di-
cimus. Ideoque ibidem mora quaſi ex re fit, *l. ſed etſi. 23. in fi. ſup.*
eod. In obligatione tamen † conditionali ab exiſtente conditione de- 20
mum res pro purá habetur, *l. ſi pupillus. de Cond. Inſt.* quod obligatio
non ſubſiſtere intelligatur ante conditionis eventum, *l. cum penum. in*
princ. Quan. Di. Leg. Ced. proinde tum quoque ut in oblig. pura opus
aliâ interpellatione eſt, *Don. in tr. de Mora. c. 3.* Eſt & quando mora
non † ex perſona ſeu ejus interpellatione, ſed ex ipſa re provenit, *ut in* 21
l. 3. C. in Quib. Cauſ. in Int. Reſt. Non eſt. DD. hic. & ib. Quod accidit † 22
in debitis ex actione aliqua bonæ fidei, aut fideicommiſſo, minoribus
præſtandis, *d. l. 3. l. cum verò. 26. §. apparet. de Fid. Lib.* Idem eſt in de-
bito eccleſiæ, aliáve † pia cauſa, *gl. & Jaſ. in §. ex maleficiis. verſ. item* 23
mixta. Inſt. de Act. Ferret. in d. tr. Got. in d. l. 3. Tertiò in † cauſis fiſci, 24
l. cum quidam. 17. §. fiſcus. verb. qui tardiùs inferunt. ſup. eod. Quartò in
cauſa alterius † civitatis, *arg. l. reſpublica. C. de in Int. Reſt. Major. junct.* 25
l. 3. C. de Iure Reip. lib. 11. Namque his & ex nudo pacto uſuræ præ-
ſtantur, *l. etiam. 30. ſup. eod.* Quintò idem pertinet ad fideicommiſſa † 26
libertatum, *d. l. 26. §. apparet. 1. de Fid. Lib.* Sexto idem † eſt in emptore 27
cui res tradita eſt pretio non ſoluto, *l. curabit. 5. C. de Act. Emp. l. Iulia-*
nus. 13. §. veniunt. 20. D. eod. Septimò delinquens aut malâ fide occu-
pans † rem alterius, ipſo delicto moram committit, *l. ult. de Cond. Furt.* 28
l. pen. de Vi & Vi Arm. An verò idem ſit in dote cauta, videamus, &
hoc Accurſio † placuit quem Paulus ſequitur, *gl. & Caſtr. in l. 5. Sol.* 29
Matr. quia titulus dotis ſit oneroſus, *l. ex promiſſione. 19. de Obl. &*
Act. undè idem hic eſſe quod in venditione videatur, *arg. d. l. curabit.*
Ceteri contra, *Aret. Alex. Iaſ. Fulg. in d. l. 5. per illum tex. Zaſ. 2. Sing.*
Intel. reſp. 18. Nos diſtinguimus, utrum tertius aut pater etiam mulie-
ris dotem debeat, quo caſu mora ex re non contrahitur, niſi biennio
elapſo, *l. ult. §. præterea. C. de Ju. Dot.* aut prædio ab initio dotis nomine
marito obligato, *c. ſalubriter. de Vſur.* & tum quidem hæc ſententia
procedit, an verò mulier ipſa de ſuo, quia dos hoc ſaltem caſu tradita
intelligatur à matrimonio contracto, ſub cujus cura ſc. ab eo tempore
intelligitur conſtituta, *ut in l. 7. §. ex contrario. inf. Sol. Matr. fac. Bart.*
in d. l. ult. § præterea. Atque hoc moribus obtinet, niſi fructus à marito
diſertè mulieri ſint donati, quia hi ſaltem licitam donationem habent,
l. ex annuo. de Don. Int. Vir. & Vx. & hoc caſu ſententia Accurſii proce-
dit. Nono ſpeciale † in uſibus feudorum eſt, ut vaſallus cui com- 30
pertum eſt dominum eſſe obſeſſum, vel in neceſſitate conſtitutum, co-
gatur eum ultro liberare vel auxilio venire, aut cadere feudo, *c. un. §.*
ad hoc. hic finit. L. Corr. in uſ. feud. Ac tametſi Baldus id extendat † ad 31
reliquas ſtipulationes quibus cavet quiſpiam, ſe facturum, curaturum,
Bal. in d. §. ad hoc. in ult. not. id tamen ceteri improbant, *per hunc tex.*

Digitized by Google

Ferret. d. lo. Niſi fortè dies obligationi addatur, quæ ipſa quaſi pro
32 creditore interpellet, *ut ſuprà.* Quid ergo ſi obligationi † additum juramentum ſit, an per hoc contrahatur mora ex re: ſed id nuſquam relatum eſt, & igitur ne hac quidem ratione aliter quàm ſufficienti interpellatione moram contrahi magis eſt, *Ferr. in d. tr. de mora Borcholtea c. pen. num. 29. in tr. de V. Obl.* Nec ad rem facit quod alibi refertur juramento, propter conteſtationem litis, obligationem continuari, *l. nam poſtea 9. §. ſi is qui. de Iurejur.* unde & hic juramentum per ſe interpellare videatur: quia hoc ad juramentum judiciale pertinet poſt litem ſe nel conteſtatam præſtitum ex partis delatione, non etiam de eo quod confirmando negotio adhibetur. Canoniſtæ quidem divertunt, *in c. brevi. de Iurejur. per eum tex.* ſed ibidem vox *requiſitus*, manifeſtam arguit interpellationem. Vt quidem rectè Ferretus explicat, *in d. tr.* Sententia tamen eorum admitti poteſt, ſi debitor juraverit ſe ultro nec interpellatum ſoluturum, *ita intelligendi Felin. & alii quos allegat in c. licet. ex. de ſim.*

Canoniſtarum ſententia diverſa, & quando locū habeat.

§. In bonæ fidei.

An in bonæ fidei judiciis ex mora debeantur uſuræ, & 2. 3. 4.

1 QVod † hic dicitur, etiam in bonæ fidei judiciis ex mora uſuras deberi, id & Iure Canonico procedit, quoties enim eædem præſtantur ex mora, vicem ejus quod intereſt vel fructuum obtinent, *l. uſuræ. 34. inf. eod gl. poſt Azon. in d. l. curabit. dixi ſuprà in rubr.* Quod
2 verò hac de re alii diverſum annotant, idque etiam in caſu dotis reſtituendæ licet maritus aut heres ejus poſt annum ei indultum, *in l. un. §. exactio. C. de Rei Ux. Act.* ſit in mora *Bart. in l. atqui naturâ. §. non tantum. de Neg. Geſt. Joan. Andr. & Innoc. in d. c. ſalubriter. de uſur.* idque ex generali abrogatione uſurarum Canonibus probata: inane prorſus delirium eſt, eoque à ceteris meritò reprobatum, *Bal. in auth. ei qui. C. de Bon. Auth. Iud. Poſſ. idem Bal. ad rub. h. t. & Bart. ſibi contrar. in d. l. curabit. Anton. Theſ. deciſ. 42. Cin. & Din in d. §. exactio.* Nec eſt † quod
3 id reſtingatur tantum ad moram ex re: quia regulariter in judiciis bonę fidei, verbi gr. ſocietatis, empti, mandati, & ſim. uſuræ fructuum obtinent vicem, *d. l. uſura. vi. noſtra in rub. ſup. eod.* ut inane commentum & ſuperſtitioſum delirium in præjudicium ejus cujus intereſt rem ſibi
4 ſuam tradi, huc nequaquam debeat transferri. Nec mutat quod uſuræ Iure † Canonico etiam prohibitæ ſint in redemptionem captivorum; *c. ſuper eod. de Uſ.* quia id ad lucrativas pertinet. Quæ omnium conſenſu Iure iſto prohibitæ ſunt, *vi. noſtra. ad rubr. ſup. eod. Iunge his noſtra infrà ad l. 5. & 6. prope fi. inf. Sol. Matr.*

An his aliqua juris Canonici diverſitas.

Ad l. uſuræ. 34.

ALlegatur in noſtris ſuprà, *ad l. mora. 32. §. in bonæ eod. item ad rubr. h. t. & in l. prox. inf.*

Digitized by Google

Ad l. lite. 35.

Lite Conteſtatâ † uſuræ currunt. Hæc l. aliquibus ita accepta eſt, quaſi ex ea in ſtricti juris judiciis uſuræ currere incipiant litis conteſtatione, *Reg. alleg. à gl. & Coſt. hic. Corr. 2. Miſcel. c. 7.* Ingenua tamen ejus mens eſt, uſurarum curſum per litis conteſtationem non ſiſti. Dubium movebat quod per eam quædam novatio contrahitur, *l. aliam. de Nov.* Definiendi † ratio, novationem tamen hanc propriam non eſſe, eò quòd alias judicio accepto plerumque melior fiat actoris cauſa, *l. non ſolet. 86. de Reg. Iur.* Pertinet igitur & hoc quidem ad judicia ſtricti † juris, ſed ea in quibus uſuræ debentur ex ſtipulatu aut aliâ contractus cauſâ, Non mutat l. 3 §. fi. ſup. eod. ubi † idem quoque de petitione legati ac fideicommiſſi relatum eſt: hoc enim eò, quia ea exæquata fere judiciis bonæ fidei eſt, *l. 3. C. in Qu. Cauſ. in Int. Reſt. Nec. Non eſt. d. l. prox. ſup. hic. Comm. dicit Hotom. lib. de Vſur. & poſt eum Bronch. Cent. 2. Contr. c. 82.* Vnde in hac quidem † ut & ceteris judiciis bonæ fidei, fructuum & uſurarum ratio à lite conteſtata habetur, niſi tamen antè ſit commiſſa mora, *l. 3. §. fin. ſup. eod.* in ipſis verò ſtricti † juris judiciis fructuum ratio à lite conteſtata, *d. l. 3. §. 1.* Sed hoc ad uſuras referri non poteſt, quia eas in iſtis judiciis loco fructuum eſſe, nuſquam relatum eſt.

1 (line 1) · 2 (Definiendi) · 3 (dicia ſtricti) · 4 (Non mutat) · 5 (Vnde) · 6 (rò ſtricti)

Ad l. videamus. 38.

1. Argum. textus, & qui fructus præſtandi poſt litem conteſtatam.

2. Quid de tempore anteriore in judiciis bo. fidei, & 4. 5. 6. & 8. quidque in cauſa dotis. 7.

10. Quid in judiciis ſtricti juris, & 11. 12.

13. Quid ſit de fructibus reſtituendis in judiciis arbitrariis, & 14. 15. 16. 17. & 18.

19. Quid in Actione Fabianâ & Paulianâ.

Agit hoc capite Paulus de † fructibus reſtituendis in actionibus perſonalibus. In quibus principio, ut in realibus, præſtari omnino omnes oportet à lite conteſtata, tam percipiendos ſc. quam perceptos, *ut inf. in §. ſi actionem. in hac ead. l.* Quod ad tempus anterius attinet †, diſtinguimus inter eas quæ bonæ fidei, ſtricti juris, & arbitrariæ ſunt. In bo. fi. judiciis poſt moram reſtitui fructus omnes oportet, ut & uſuras quæ illarum penè loco ſunt, *l. 32. §. in bona. & l. 34. ſup. eod.* Quod tamen & ad petitionem † legati aut fideicommiſſi

Digitized by Google

pertinet, iis hactenus exæquatam, *dixi in l. lite. & latius in l. 3. ſup. eod.*
4 *ubi vide*. In bonæ fidei judiciis † ceteris hoc ita eſt, ſi non natura contractus vel cauſa actionis talis ſit, ut quàm primùm ea exſtiterit, mox omne commodum ex re præſtanda pertineat ad emptorem. Vt in emptione, ex qua, ob periculum ad emptorem pertinens, fructus quoque ejuſdem fiunt, *l. 1. C. de Per. Et Com. Rei Vend. §. cum autem. Inſt. de Emp.*
5 *& Vend. §. ex cauſa. inf. in hac. ead. l.* Adeo quidem ut † venditor poſt
6 moram etiam teneatur ad percipiendos, *l. ſi ea res. 31. §. 1. de Act. Emp.* Idem eſt † in ſocietate, *l. pro ſocio. 38. §. 1. l. ſocietas. 60. ſup. illo tit. §. ſed in ſocietatibus. inf. in ead. hac. l.* Depoſito, *l. 1. §. & ideo 24. Dep.* & Commodato, *l. is qui. 13. §. 1. Commod.* De dote quoque à ſponſo reſtituendâ idem dicimus, *ut hic in §. fin.* (Quatenus verò id ſit in
7 cauſa dotis matrimonio † ſoluto, pluribus infrà tractamus *ad l. 5. & 6.*
8 *Sol. Matri.*) ubi vide noſtra. In quibus actionibus † omnibus poſſeſſor aut detentor ab initio quidem ad fructus perceptos tenetur, ſed ad percipiendos ita demum ſi in mora fuerit, vel quæ alia culpa ei poſſit imputari. Idque ſecundùm naturam actionis cujuſque, quæ vel hunc vel illum ad diligentiam majorem vel minorem aſtringit. De qua re vide noſtra ſupra *in l. ſi ut certo. 5. Commod.* In judiciis ſtrictis
9 † fructus demum reſtituendi ſunt à tempore litis conteſtatæ, *ut hic in §. ſi actionem. 7. & l. cum fundus. 31. de Reb. Cred.* Si tamen res mea
10 quoque † ſine cauſa apud alium ſit, eaque mihi dein ſtipulatione, ſtricti juris contractu ſit pro niſſa, benigniùs dicimus, ut in actionibus bonæ fidei, ab initio quoque fructus reſtituendos, *ut hic in §. 2. & 3.* idque etiamſi bonâ fide ſint percepti, *l. indebiti. §. 2. & 3. de Cond. Ind*
11 modò non & † concurrente juſto titulo ſint conſumpti, juxta ea quæ alibi traduntur, *in l. bonæ fidei. 48. de Acq. Rer. Dom. ubi vi.* Aliàs igitur
12 in judiciis ſtricti juris † uſuræ ex mora ſola non veniunt, quia judex in his partium conventioni aſtrictior eſt, *not. ad §. fin. Inſt. de Obl. Ex Conſ.*
13 *l. quicquid. 99. de Verb. Obl.* Nec mutat l. ſi fundum. † 114 eod. tit. quia ibi quidem ob diem non obſervatum, moramque inde ortam, id quod intereſt præſtandum venit, ſed hoc eò quod actio, propter utili-
14 tatem temporis, arbitraria ſit. Vt videlicet † aliàs quoque temporis ratio ob diem adpoſitum non minus quam loci habetur, *l. quod ſi Epheſi. in fi. princ. de Eo. Quod Cer. Lo. l. quoties. 59. junc. l ſeq. de Verb. Obl. ubi vi. noſtra.* cum ex eo judicia arbitraria ſint. Haud tamen ut
15 Bartolus autumat †; fructus veniunt hic petendi loco ejus quod intereſt, ſed econtra quod intereſt loco fructuum; quia ſcilicet id ipſum ferè ex fructuum æſtimatione eſt pendendum, ſi vel omnes vel aliqui ex iis ſint conſumpti, *l. fructus. 33. l. ſi navis. 62. §. 1. de Rei Vind.* Sequitur de reſtitutione eorum in arbitrariis. In his igitur omne id obti-
16 net † quod de bonæ fidei judiciis dictum eſt ſuprà, nimirum ut in iis quoque poſt moram, fructuum ejuſvè quod intereſt loco illorum, ſi fortaſſè non extent, ratio habeatur. Quod ex l. 3. princ. & §. 1. eod.

conſtat

conſtat palam. Proinde quod hic Paulus † ait, in interdicto unde vi 17
itemque actione Quod. Met. Cauſâ, fructus reſtituendos cum re ipſa
eſſe, id accipiendum eſt à tempore moræ, hoc eſt, tempore delicti
commiſſi, quia ſc. in his ipſo ſtatim delicto mora commiſſa cenſetur,
l. pen. de vi. cum ſim. Et illud quod de actione in factum † ex edicto Prę- 18
ptoris de Damno Infecto dicitur, damnum in ea omne reſarciendum
eſſe, quodcunque etiam ante judicium acceptum contingit, *l. ſi quis
miſſum. 17 §. fin. de Dam. Inf.* ante judicium acceptum intelligendum
tempus illud eſt à quo ceſſatum fuit in præſtanda cautione, *l. 7. prin.
eod. tit.* In Fabianâ † denique & Pauliana fructus ii præſtandi ſunt qui 19
tempore alienationis rei cohærebant, *ut hic in §. Fabiana.* itemque qui
poſt litem conteſtatam acceſſere, non autem fructus medii temporis,
ſi modò ante non ſit commiſſa mora, *l. ait. prætor. §. præterea. Quæ in
fr. Cred.*

§. 1. §. 2. §. 3. 4. 5. 6. & ſequentes relati & explicati ſunt ſupra,
prin. hujus l.

Ad l. tutor. 41.

§. 1. refertur in noſtris ſuprà *ad l. 7. in fi. eod.*

§. fin. Arguit, eum qui ſcripſit ſe uſuras conventas præſtiturum,
cum non appareat de quibus convenliſſet, ad præſtandum uſuras con-
veniri non poſſe, *adde l. qui in ſtipulatione. 31. ſup. eod.* Sed rectè Ac-
curſius id ad ſtipulationem refert, quod ea tacite non contrahatur. In
uſuris enim ex mora prẹſtandis ſequimur morem regionis in qua con-
tractum eſt, *l. 1. ſup. eod.*

l. Herennius. 42.

Vide noſtra in l. *3* princ. ſup. eod. ubi & hęc relata eſt.

Ad l. pœnam. 44.

1. Pœnam ſupra licitum uſurarum modum ſtipulari non licet, & num. 3.

2. Modus legitimus hic quis, & 6.

4. Quatenus negotium cõtractus uſurarii vitietur an minùs.

5. Idemque eſſe in emptionibus annuorum redituum, & 8.

9. Proponitur quæſtio de ruſtico qui agrum certâ mercede colendum conduxit, contractu mutui ſtipulatione firmato.

10. An qui ipſe mutuum accepit ſub fœnore, alteri impunè denuo ſub fœnore mutuo dare poſſit.

POEnam ſupra licitum † uſurarum modum ſtipulari non licet, *ut* 1
hic. Modus autem licitus hic intelligitur legitimus †, ſupra quem 2
ſi quid

ſi quid pœnę nomine in ſtipulatum ſit deductum, redigitur ſumma ad ejuſdem modum, *l.cum allegas.15.C. eod.* Et hinc rectè arguitur † non
3 tantùm ipſum fœnus improbum reprobatum eſſe, ſed & conventiones in fraudem prohibiti fœnoris contractas, *adde l. 16. cum Auth. ſeq. C.*
4 *eod.* Vitiantur tamen contractus ii tantùm quatenus † fœneratitii ſunt, ceterùm ſortem ipſam non vitiant, *l. uſuras. 20. ſup. eod.* adeoque ne quidem ipſarum uſurarum cauſam, niſi quatenus ſtatutum modum excedunt, *l. 9. l. placuit. 29. ſup. eod.* Idque non modò in uſuris, ſed &
5 emptionibus annuorum redituum, † in fraudem legum fœneratitios contractus prohibentium, initis multis judicatis Cameræ obſervatum Gailius annotat, & paſſim moribus ſervatur, *Gail. lib. 2. Obſ. 4. & 5.*
6 Statutus autem uſurarum † modus eſt de quo in l.eos. C. eod. Quod tamen ita accipiendum; niſi † quid diverſum ſtatutis aut moribus lo-
7 corum obtineat. Licet per eos quoque in hac re, uti odioſâ, modus legitimus difficiliùs offendi poſſit, *l. 1. princ. ſup. eod.* Quod rurſus
8 quoque de juſto pretio annuorum redituum † dicendum eſt. Namque & id ferè pro moribus regionum finitur, & ſi quid ſupra modum eorum fiat, infringitur, reliquo integro manente, *vide tr. noſtrum de Ann. Redit. lib. 1. Vbi hanc rem aliquot capitulis explicamus.* Illud quæ-
9 ritur, cùm quis ruſtico † mutuò dat eâ lege, ut agrum ejus colat certâ datâ mercede, an contractus fœneratitius ſit, quod Baldus non putat, *in l. rogaſti. §. ſi tibi. de Reb. Cred. cit tur etiam ad hoc Soc. Sen. in l. ſi quis nec cauſam. eod.* eò quod in propoſito nihil ultra ſortem detur, cùm agricola debitam mercedem recipiat. Alii contrà, eò quòd commodum obligationis qualiſcunque hoc pecunia æſtimari poſſit. Quia fœnus cenſeatur quod quoquo modo præſtatur ultra ſortem, *c. conſuluit. de Vſur. c. ſi fœneraveris. 14. q. 3. fac. Gui. Pap. de Contr. Illic. num. 14. Navar. in manuali confeſſ. c. 17 num. 220.* Sed hæc ſententia ita obtinet ſi merces quàm par ſit, fuerit minor, prior verò, ſi æquâ mercede ſit conventum. Ratio diverſitatis quia in priori caſu & ſine mutuo
10 contractus per ſe licitus foret. Illud quæritur, an qui mutuo † ſub fœnore illicito accepit, dein damni vitandi causâ alteri in eandem fœnoris quantitatem mutuò det, fœnus illicitum exerceat? quod Archidiaconus non putat, *in c. plerique. 14. q. 3.* quia is certare magis videatur de damno vitando, quàm lucro captando, illud verò fœnus demum illicitum ſit, quod in lucrum verum cadat. Ioan. Baptiſt. Lup. Gemin. contrà, *ad c. naviganti. de Vſ. concluſ. 3. §. 1. n. 32.* eò quòd aut ſibi ſtipuletur, quo caſu fœnerator eſt, aut alteri, quo caſu nihil agit, *l. ſtipulatio iſta. § alteri. de V. Obl.* Remedium enim ipſi eſt, quod fœnori ſe eximere poteſt pecuniæ oblatione, & ſi forte creditor ſortem recipere nolit, eandem conſignare.

Ad : fructus. 45.

1. Quos fructus ex re à conjuge donatâ maritus faciat ſuos.

2. Solutum

Digitized by Google

2. *Solutum argumentum oppoſitum.*

3. *Ratio diverſitatis in hac re inter fructus induſtriales ac naturales & 4.*

5. *Argumentum hujus textus.*

6. *An error juris aliquid operetur in fructuum lucro.*

FRuctus eos ex re donata † vir aut uxor percipiendo ſuos facit quos 1
ſuis operis quæſivit, id eſt induſtriales, non etiam naturales, hoc eſt
ſponte magis provenientes, *ut hic.* Nec ad rem † facit quod titulus 2
donationis inter eos non ſubſiſtit, *tot. tit. de Don. int. Vir. & Ux.* coque
alter ab altero eorum poſſidens habeatur ferè pro poſſeſſore, *l. quod
uxor. 16. de Acq. Poſſ.* id enim ita ſingulatim admiſſum in induſtrialibus
fructibus eſt, cum propter † operam percipientis, tum quia fructus 3
per ſe licitam donationem etiam inter conjuges habent, *l. fructibus. 17.
de Don. In. Vir. & Ux.* In naturalibus verò diverſum eſt, † niſi ipſi fru- 4
ctus quoque ſint donati, tum enim donatarii fiunt pleno jure. *d. l. 17.*
perinde ut uſuræ donatæ, *l. 15. §. 1. eod. illo tit.* SICUT NEC
CUIUSLIBET BONÆ FIDEI POSSESSORIS.
Torſit hic locus † interpretes complures, quia perperam eum intel- 5
lexere, quaſi eo tradatur, nullum bonæ fidei poſſeſſorem fructus fa-
cere ſuos. Quod tamen diſertò jure improbatur, *l. bona fidei. 48. de
Acq. Rer. Dom. & l. qui ſcit. 25. §. 1. ſup. h. t.* Quo palam docemur
quemvis bonæ fidei poſſeſſorem titulo munitum fructus percipiendo
ex re poſſeſſa facere ſuos. Nec hoc reſtringi ad induſtriales poteſt,
quia poſſeſſor hic plus juris quàm uſufructuarius habet, *d. l. qui ſcit.*
quamobrem nec minus quam iſte fructus facit ſuos, *vi. noſtra latè lib.
4. Subtil. c. 13.* Verba igitur hæc, *ſicut nec cujuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris,*
ita accipienda ſunt perinde ac ſi dicatur, Sicut & Aliquis bonæ fidei
poſſeſſor fructus percipiendo non facit ſuos. Propoſitio enim hæc
univerſalis eſt, Cujuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris fructus fiunt perci-
piendo; præpone eidem negationem, habebis æquipollentem contra-
dictoriæ; contradictoria enim univerſali illi eſt, cujuſdam bonæ fidei
poſſeſſoris percipiendo fructus non fiunt. Præpone verò jam præ-
dictæ univerſali particulam negativam, hoc modo, Non cujuſlibet
bo. fidei poſſeſſoris fructus fiunt percipiendo, æquivalentem, ex reg.
logicorum, habes contradictoriæ præmiſſæ. Hoc verò rectè eſt ac-
ceptum de poſſeſſore eo qui quidem bonâ fide non tamen ex juſto ti-
tulo poſſeſſor eſt. Cujus rei exemplum dari poteſt in hereditatis
poſſeſſore, *vi. noſtra in l. item veniunt. ſup. de Her. Pet.* Et hæc ſen-
tentia, ut textui ingenua, ita ſolida hujus difficultatis tollendæ ratio
eſt, & ab Accurſio propoſita *in explicatione prima, in verb. bonæ fidei.*
Communem poſt Bartoli tempora Panormitanus perhibet, in c. gra-

vis l. de teſtib. Vide plura hac de re in noſtris, *ad d. l. bona fidei. & 4.*
6 *Subt. c. 13. & in lib. de Off. Iud. c. 7. num. 19.* An † verò error juris aliquid operetur in fructuum lucro infrà tractamus, *in l. 7. de Iur. & Fac. Ig.*

De Nautico Fœnore.

TIT. II.

1 TRajectitia pecunia eſt quæ † trans mare vehitur, *l. 1. h. t.* idque
2 periculo creditoris. Quæ res facit ut creditor uſuras † etiam maximas paciſci ſine ſtipulatione poſſit, eâ lege ſc. ſi ſalva pervenerit, *l. 7. l. fin. h. t. l. eos. §. in trajectitiis. C. de Vſur.* Et hæc uſura fœnus nau-
3 ticum dicitur. An autem hæc † res Iure Canonico vetita ſit, videa-
4 mus. Et videtur id dicendum *per cap. naviganti. de Vſ.* Canoniſtę tamen id caput ita acceperunt †, ſi in ſpeciem ejuſmodi contractus initus ſit, & in fraudem uſurarum, non etiam ſi directo quis uſurarum ejuſmodi pactione recipiat periculum in ſeſe, *Pariſ. de Contr. q. 3. Navar. in Man. Confeſſor. c. 17. num. 284. Comm. dicit Fach. lib. 2. Contr. c. 48. allegans alios complures.* Moribus certè omnium † gentium, adeoque in ipſis terris eccleſiæ id capitulum omnino repudiatum eſt, ut prorſus ſupervacuum foret plura de hac re diſſerere.

Conſuetudo in hac re juri Canonico contraria.

De Probationibus.

TIT. III.

1. *Explicatio tituli ſeu rubricæ & num. 2. 3. 4.*
5. *Vtrum probationibus non admiſſis ſententia fiat nulla.*

1 TItulus hic eſt de † Probationibus & Præſumptionibus ideo ferè præmiſſis ſubjunctus, quod obligationem de quibus hactenus, & cauſæ atque acceſſionum poſtulationes negatas, oporteat probari.
2 Probationis verò † generali ſignificatu præſumptio quoque continetur, ſed in ſpecie ferè probatio pro plenâ accipitur; cujuſmodi ſunt inſtrumenta & teſtes præſumptio verò pro ratiocinatione probabili, quæ ſubinde admittit probationem in contrarium, *l. 24. cum ibi not. inf.*

eod. &

Digitized by Google

eod. & l. generaliter. C. de Non Num. Pec. Hanc etiam alii probatio-
nem † artificialem, illam inartificialem dicunt, *Don. intr. de Prob. c. 5.* 3
Rob. 4. Sent. Iusjurandum † denique ſpecificæ probationis nomine non 4
venire, magis eſt, cum & ipſum probationis inſtar; ab onere proba-
tionis relevet magis quàm probet, *l. eum. 30. de Iurejur. Cuj. in Par. C.*
eod. Don. c. 6. de Prob. Tametſi probatio adverſus id in contrarium,
quantum † ad cauſam ipſam de qua juratum eſt, non facilè admittatur,
eoque reſpectu quandoque probatio dicatur, *Oldend. de Prob. c. plena.*
& ſemiplena probatio. Illud hic † etiam explicandum, an probationes 5
adeo ad ſubſtantiam judicii pertineant, ut, iiſdem non admiſſis, ſen-
tentia fiat nulla, quod aliquibus viſum eſt, cum eadem ſine illis aut
confeſſione dicatur non poſſe ferri, *c. nos in quemcunque. 2. q. 1. gl. in c.*
eccleſia S. Mariæ. de Conſt. Alii contra quia eo caſu ſententia jus tan-
tùm partis læſura ſit, non etiam feratur contra Conſtitutiones, *l. cum*
prolatis. de Re Jud. & hoc pleriſque placuit, *(Comm. dicit Turſan. op.*
169. allegans Cravet. conſ. 265. incip. Ill. Marchio. col. 4. circa fin. Et hoc
quidem magis eſt, quoties præſumptionibus ſaltem aut indiciis inni-
ſus judex ſententiam tulerit. Si tamen nullis argumentis inſtructus
reum damnaverit, conſtitutionem offenderit, quâ definitum eſt,
reum eo caſu abſolvendum, *l. 4. C. de Ed.* & per conſequens ſententia
erit nulla, *per l. 5. C. de LL.*

l. 2.

Regulare, adeoque † naturale eſt, probationē incumbere affirmanti, 1
non etiam neganti, *ut hic. & l. actor. 23. C. eod.* Quâ ratione † reus 2
etiam exceptionem probare tenetur, *l. in exceptionibus. 19. princ. cum*
ſim. inf. eod. l. 1. C. eod. Niſi tamen † quis ſit in poſſeſſione juris quo 3
ſe tuetur, *l. circa. 14. inf. h. t. ubi gl. & DD.* idvé ipſum evidens ac noto-
rium ſit, *c. evidentia. de Accuſ. & ibi Canoniſtæ.* Num verò notoria
quoque allegari † opus ſit, quæritur, magiſque eſt notorium facti al- 4
legandum, aut ut id faciat pars, judici interloquendum ut quiſque e-
dat medium ſuæ intentionis, notorium verò juris contra dicimus, ſup-
plendum ipſi judici eſſe, *tit. C. ut Quæ Deſ. Par. Adv. vi. lib. noſtrum de*
Off. Iud. ubi agimus late. Planè quod dicimus † interdum probatio- 5
nem ſoli incumbere actori, *l. verius. 21. inf. h. t. & l. 8. C. eod.* id ad pro-
bandum libellum pertinet actionis. Sic & quod dicimus, negatio-
nem probari non poſſe, *d. l. 23. C. eod.* id de negatione purâ ac ſim-
plici accipe; cum negatio affecta tempore, loco vel quâ aliâ qualitate,
ſi eadem alterutri parti intentionis fundamento ſit (ut ſi neget filius
ſe in poteſtate patris eſſe, vel teſtamentum ob defectum ſolennitatis
negetur rite factum) probanda ſit omnino, *l. 5. §. fin. l. ſi filius. 8. inf.*
eod l. non nudis. ubi Bal. C. eod. cum ſim. huc pertinet l. ult. C. de Reb. Cr. l. 2.
C. de Er. Adv. Itaq; ſi quis † contendat, aliquem certo loco ac tempore 5
actui adfuiſſe, quem reus neget: idem reus, probando ſe eo tempore
fuiſſe alibi, probabit hoc ipſum rectè, *l. optimam. C. de Contr. ſtip.* Vti

Digitized by Google

7 & aliàs probatur rectè quævis † negatio habens vim affirmationis, *l. nec*
8 *codicillos. ubi not. C. de Codicill gl. Bal. hic.* Exempla ſunt † paſſim obvia, *ut in l. non epiſtolis. l. non nudis. C. eod. l. quidam. 15. inf. h. t.* Quo modo
9 & qui adverſus cautionem privatâ annotatione † expoſitam contendit, non auditur, niſi contrarium probet, *l. generaliter. C. de Non Num. Pec.*
10 Per ſcripturam enim † hanc transfertur onus probandi] in adverſarium, *l. 24. inf. h. t. ubi vide.*

Ad l. ab ea. 5.

QVoties quis jus ſpeciale, ſive legis alicujus, ſive conſtitutionis allegat, quæ ab altera parte negatur, toties allegans tenetur ad ejus probationem, *ut hic.* Aliàs tamen quod in allegationibus deeſt partium advocatis, ſupplet judex, *tot. tit. C. Quod Deeſt Part. Adu.*

Ad l. non eſt neceſſe. 11.

1 PVpillus non cogitur † probare, fidejuſſores pro tutore datos, cùm accipiebantur, idoneos fuiſſe, *ut hic. & l. 1. §. probatio. 13. inf. de*
2 *Mag. Conu.* Hujus rei rationem hanc † annotant, quod ex præterito præſumatur in præſens, *gl. hic. Bal. & Sich. in l. 1. C. eod.* Sed hoc ſu-
3 pervacuum eſt, eò quòd pupilli actio † fundata eſt adverſus magiſtratum, quando eadem adverſus fidejuſſores deprehenditur inanis. Pro-
4 inde † magiſtratus tum excipiendo in factum; nimirum, idoneos illos fuiſſe cùm darentur, quia exceptionem ſuam in eo fundant, probare hoc ipſum tenentur, tanquam exceptionis fundamentum

Ad l. quingenta 12.

HVic l. ſolet opponi l. cùm pater. *29.* de Iure Dot. Solutionem & explicationem habes ib. in noſtris.

Ad l. circa. 14.

1 REgulare eſt, Actore † non probante reum abſolvendum, *l. 4. C. de*
2 *Ed. l. 9. C. de Obl. & Act. l. 2. C. de Prob.* Commodum † enim rei eſt ut beneficio poſſeſſionis liberetur ab onere probandi, *ut hic. & §.*
3 *commodum. Inſt. de Interdict.* Poteſt tamen reus onus † probandi recipere ſibi, *per hunc tex. qui & allegatur in noſtris ad l. filium. de His Qui*
4 *Sui Vel Al. Iur Sunt.* Denique licet in probatione reus deficiat, † nihilominus verum manet, reum abſolvendum, *per d. l. 4.* Quando enim
5 id onus ſuſcepiſſe † cenſetur conſervandi juris ſui causâ, non intelligendum eſt, id ei obeſſe, *arg. l. nulla. 25. de LL. gl. Bart. Bal. Caſt. hic. idem Bart. in l. Divus Hadrianus. inf. de Re iud. Iaſ. in d. l. 4. num. 4. Dec.*
6 *ib. num. 15.* Quòd ſi reus probet † intentionem ſuam, id amplius abſolutione hac conſequetur ut & ſi quandoque poſſeſſione ceciderit, actionem habeat, *arg. l. ſi quis rem. 24. de Excep. Rei Iud. & ibi gl. Caſtal. hic allegans Bal. in l. fruſtra. C. eod.* Cum interim non quivis aliàs ex abſolutoria ſententia actionem habeat, ſi quandoque poſſeſſione fruſtretur, *l. ſed etſi de Iureiur.*

Ad l.

Ad l. etiam. 16.

MAtris, Patris, Avi † profeſſio de ætate liberorum recipitur, *tex. hic. fac. l 1. §. ad quæſtionem. de Quæſt.* Quod ſingulare † eſt in 1
attestatione parentum privata hic, *l. 2. §. 1. de Excuſ. Tut.* cò quod ipſi quo tempore eam ſcripſere, nullo affectu aut ſpe lucri, aut metu damni occupati fuere, cũ aliàs annotatio privata minus probet, *l. Publia. Dep.* 2
Annotatio tamen ea † admittit probationem in contrarium, *l. Imperatores. 29. inf eod l. 1. C. ſi Min. Se Major. Dix.* Quemadmodum & aliàs 3
chirographum † ſcriptoris privatum præſumptionem parit, quo creditor levetur ab onere probandi, & debitorem convincat *d. l. Publia. 26. § fin. Depoſ. ubi dixi. l. fidejuſſor. 26. §. 1. de Pign.* Probationem tamen † 4
in contrarium admittit, niſi vel contractum agnoſcat creditor, *l. qui tabernam, 34. §. 1. eod.* vel præſentibus teſtibus tribus chirographum ſit confectum, licet non requiratur ſubſcriptio eorum; modò probetur ipſis præſentibus ſcripturam eſſe confectam, *Nov. 73. c. 1. & 2. Adde verò his noſtra ad tex. in Auth. ſi quis. C. Qui Pot. in Pig. Hab.* Quid verò hodie moris ſit in fide libris & annotationibus mercatorum habenda, obiter annotamus ſuprà, *in d. l. Publia, 26. §. fin.* junge his quæ nos infra *ad l. cum indebito. 25. eod. tit.* 5

Ad l. chirographum. 24.

CAncellatio chirographi † præſumptionem parit ſolutionis factæ, *dixi ſuprà in l. 2. & 3. de Pact.* ſed ita ut probationem admittat in contrarium, *per hunc tex.* Eſt enim præſumptio tantùm probabilis ratiocinatio † ex facti qualitate collecta, *Bal. ad rub. C. de Prob.* Quæ tamen non rarò pro probatione habetur, *ut in l. licet. 74. de Leg. 1. l. indicia C. de Rei Vind. l. non omnis. 5. §. a barbaris. 6. de Re Mil.* Ea vero alia eſt hominis, † deducta ſc. ex circumſtantiis & rei qualitate apparenti aut probatâ quæ rarò per ſe fidem judici parit (Sed ſæpe vel juramenti delationem in probationis ſupplementum, vel purgationem delicti, vel indicium ad torturam, pro re natâ) alia legis, quæ DD. rurſus alia eſt juris ſimplicius dicta, alia juris de jure. Et hæc poſterior † non admittit probationem in contrarium, cujus exempla paſſim obvia ſunt, *l. antiqua. C. ad Vell. l. fin in fine. C ad Mac. l. ult. C. Arb. Tut. l. à Divo Pio. §. ſi pignori. de Re Iud. c. 1. & c. ii qui fidem. de Sponſ.* Illa verò prior quæ Præſumptio † Iuris DD. ſimpliciùs dicitur, & de qua hoc textu agitur, interdum quidem probatio evidens dicitur, *ut in d. l. 74. §. 1. ubi gl. & DD.* ſed donec contrarium probetur, *ut hic. & l. ſive poſſidetis. C. de Rei Vind.* At huic rei nihil addimus, quod luculenter de ea tractarit Weſenbecius *hic in Comm. ſuis. poſt Alciat. & Maſcard. qui ſingulares in eam commentarios conſcripſere.* 1
2
3
4
5

Ad l. cum de indebito. 25.

NIhil hic difficultatis eſt. Illud ad §. fin. monendum, † argumentum ejus eſſe: Si cautio ſine additione cauſæ expoſita ſit, eum 1

2 qui illam accepit, ad cauſæ probationem teneri, *ut hic.* Cauſâ v. additâ, non auditur reus niſi probet contrarium, *l. generaliter. 13. C. de*
3 *Non Num. Pec.* Quodque hic de † cautione dicitur, rectè quoque ad
4 confeſſionem refertur, *gl. & Pan. in c. ſi cautio. de fi. inſtr.* Iuvatur tamen & cautio & confeſſio † indiſcreta, ſi aliis probationibus minùs plenis munita ſit, v. gr. uno teſte, de cauſa deponente, *Matheſil. in*
5 *l. nuda. de Don. inf. Coſt. hic.* Idemque eſt ſi ex † præmiſſis inſtrumenti verbis etiam generalibus, colligi certum poſſit, *l. ſi de certa. 13. C. de*
6 *Tranſact.* Quatenus verò † ſtipulatio ſine cauſa ſubſiſtat, alibi docebimus, *vi noſtra. in l. 2. §. circa. de Doli Excep.*

Ad l. Procula. 26.

Vi noſtra in l. cum quidam. §. Divus. de Vſur.

Ad l. qui teſtamenta. 27.

PErtinet ad ea quæ ponimus ſuprà in l. nuda. de Contr. Emp. Vbi ſc. docetur imaginarium negotium non cenſeri alicujus momenti. Cui ex hac l. addendum, id maximè ita eſſe, ſi actus confectus videatur in fraudem juris; adeoque media licita adhibita ut circumveniendæ legis ſuſpicio evitetur, convincere magis fraudem ipſam, *ut hic in fine l.* Quod maximè verum eſt aliis indiciis fraudis & circumventionis negotio concurrentibus, *ut notamus in d. l. nuda.* Adde verò his ad explicationem hujus textus quæ nos infrà in l. cùm quis decedens. *38. §.* codicillis. de Leg. *3.*

l. Imperatores. 29.

Pertinet ad ea quæ nos ſuprà *in l. etiam 16. eod. tit.*

§. 1. refertur in noſtris ad l. *6.* de His Qui Sui Vel Al. Iur. Sunt. ſup.

Ad l. ult.

1 QVod non principaliter inſtrumento † continetur, aut diſpoſitivè, *ut DD. ajunt*, in eo relatum eſt, ſed ſimpliciùs refertur ex alia causâ deberi, vim obligationis non habet, *ut hic. & l. neque natales. 10.*
2 *C. eod.* Niſi alio quoque modo † de hoc ipſo doceatur, *Nov. 119. c. 3.*
3 Quâ ratione quoque obtinuit non copiis aut inſtrumentorum † exemplis, ſed authenticis ipſis probandum eſſe, *l. 2. inf tit. 1. ubi vide noſtra.*

De Fide Inſtrumentorum.

TIT. IV.

1. Explicatio tituli & num. 2. ac 3.

4. An in ſtatutis inſtrumentorum nomine veniant teſtes.

Inſtrumenti

INſtrumenti nomen † generale eſt, & pro omnibus accipitur quibus cauſæ fides quoquo modo juvari poteſt, eoque ſignificatu veniunt tam teſtes ipſi quàm teſtimonia jam in ſcriptum redacta, *ut hic.* I- 1
demque poſtea & † documentum dici cepit, *L. ult C. de Prob.* In ſpe- 2
cie tamen dicitur ſcriptura probandæ rei alicui parata, *ut tot.h.t.& l.5. ſ. de Prob.* Singulatim denique & pro ſcriptura publica † accipitur, 3
cùm privatum ferè nomine ſcripturæ, chirographi privati, aut literarum, *not in l.1. C.de Jur.Cal.l.Publia.26.§.fin.Depoſ.* Sed an in ſtatutis inſtrumentorum † nomine veniant teſtes? Weſenbecius non ve- 4
nire, *in Com.hic.num.1 ſecutus Lanfr.in c.quoniam. de Prob.* eò quod ſtatuta ferè accipiantur ſtrictè, *per vulg.* Alii contra *Ioan. Immol. in rub. ex.eod.fac.Butrig.hic.* eò quod frequentiori uſu vox ea accipiatur generatim, *per hunc tex.* Sed illa ſententia obtinet, ſi ex tenore ſtatuti aut conſuetudine, talis mens ſtatuentium appareat. Nam quod dicimus ſtatuta ſtrictè accipi, id hunc ſenſum habet, ne facile extendantur ultra authorum intentionem, *vi.noſtra in l.omnes populi.de Iuſt.& Iure.* Eò quod civitates ferè habeantur loco privatorum, *l. eum qui. 16. de V. Sign.* Quod ſi perſpicuè non conſtet, magis eſt hoc nomine & teſtes venire, *per hunc tex.* Quia quoties † in obſcuro eſt quid de ſtatuto 5
ſentiendum ſit, recurrimus ad Ius Romanum *l. de quibus. 32. & l. ſi de interpretatione. de LL.*

Ad l 2.

NOn copiis aut exemplis in † judiciis utimur, ſed authenticis, ſeu 1
inſtrumentis ipſis, *ut hic. adde Auth. ſi quis in aliquo. C. de Eden.* Si tamen inſtrumenta principalia † incendio vel quo alio, fortè caſu 2
perdita ſint, etiam indice aut exemplo uti licet, *l. chirographis. 57. de Adm.Tut.* modò perditio iſta probetur, *arg. l.teſtium. 18. in fi. C. de Teſtib.* vel probatione deficiente confirmetur juramento, *l. ult.C.h.t.* Sed hac ratione præſumptionem magis quàm ſolidam probationem perfici ſciendum eſt, *arg.hujus tex. & l.24. ſup. de Prob.* Exempla tamen faciliùs arguent, adverſus producentem, *arg. l.in fraudem. §. neq. inſtrumenta. de Iure. Fiſci. Bart.in d. Auth. ſi quis. Coſtal. hic.* Si tamen intra terminum probationi † præfixum copia exhibeatur benignè di- 3
cimus, ad ſententiam uſque authentica poſſe produci, *c. cum Ioannes. 10.§.ad hoc autem.verſ.cum judex.ex.eod conv. Nov. El Aug. par.1.c.17.* Quod & ita ferè moribus ſervatur. Sed nec concepta † inſtrumen- 4
torum, aut præparatoria fidem facient, niſi in mundum redacta, *per l. contractus. C. eod.* Idque ex Guidone Papa Coſtalius judicatum annotat. Idemque rectè obſervat beneficium † alicui conceſſum, etiamſi 5
ſignatum ſit, antequam inſtrumentum de eo ſit confectum, perfectè collatum cenſeri, *alleg. ad hoc gl. in cl. dudum. in fi. de ſepult. & Cald. in c.quiſquis. de elect. & decretum Alexandri Sexti.* Niſi tamen in † mun- 6
dum redactum ſit, non mandatur executioni. Amplius vero idem author

Digitized by Google

authot judicatum à Curia Pariſienſi allegat; gratiam ſimplici ſignatione non cenſeri perfectam etiam ſede vacante, niſi fortaſſe bellis flagrantibus itinera occupentur.

Ad l. in re hypothecæ. 4. & ad l. 5.

1 EA res, ad cujus ſubſtantiam † ſcriptura non requiritur, tam per teſtes quàm inſtrumenta probatur, *ut hic & l. 4. ſup. de Pign.* Niſi hoc
2 actum † fuerit ut in ſcriptum redigeretur, *l. contractus. 17. C. eod.* Planè
3 tametſi id actum ſit, & inſtrumenti † perfectio ſequatur, dein vero idem amittatur, nihilominus rem per teſtes probari magis eſt, *l. teſtem.*
4 *C. de Teſtib. ubi DD.* Denique inſtrumenta & teſtes ejuſdem † ferè efficaciæ cenſentur, *l. in exercendis. 15. C. h. t.* Non tamen facilè adver-
5 ſus inſtrumentum publicum admittuntur † teſtes, *l. 1. C. de Teſtib. à Cujac. reſtituta.* niſi vel invito altero quid omiſſum dicatur aut inſertum, vel malè conceptum, *l. imperator 8. de ſtatu Hom. l. cùm precibus. 18. C. de Prob. c. 10. ex. de Fi. Inſtr. Soar in th. Sent. lit. T. n. 107.* Iis enim
6 caſibus exceptis, † tantum inſtrumenta inſtrumentis confutantur, *l. 3. in fi. C. ſi Min. Se Major. Dix. arg. l. generaliter. C. de Non Num. Pec.*
7 *not. in l ſtatum. C. de Fi. Inſtr.* Si tamen ſcriptæ † cautionis ſolutio allegetur, eadem & teſtibus probari poteſt, ſi adhibiti ſint quinque fide digni, *d. l. teſtium. cum Auth. ſeq. C. de Teſt.* Et hoc modo ſolida probatio fiet, licet cancellatione quoque debitum ſublatum præſumatur, *vi. noſtra in l. 24. ſup. de Prob. & l. 2. & 3. de Pact.* Neque tamen ulla
8 inſtrumenta † ejus efficaciæ ſunt ut executionem habeant paratam, niſi ſint guarentigionata, id eſt talia, ut debitor iis ſe paratæ ſubjiciat executioni. Ea enim in Italia Bartolus in Galliâ Duarenus paratam executionem habere teſtantur, *Bart. & Duar. in l. 1. ſup. de Eden.* Ejuſmodi etiam hodie in Gelriâ & Tranſiſulaniâ Belgicæ † provinciis, ſunt pacta dotalia, Tranſactiones, Diviſiones hereditatum & rerum communium, de quorum fide non dubitatur. Sunt enim inſtrumenta de iis confecta inſtar confeſſionum publicarum. Quid v. obtineat † in cautionibus privatis ſuprà docuimus *in l. Publia. §. fi. Depoſ. & in l. 24. ſup. de Prob.*

Conſuet. Galliæ & Italiæ diverſa.

Conſuet. Gelriæ & Tranſiſulaniæ.

De Teſtibus.

TIT. V.

Ad l. 1.

Princip. pertinet ad ea quæ nos infrà *in l. 3. h. t.*

§. fin.] Licet nonnullis legibus ampliſſimus numerus teſtium ſit definitus, in arbitrio nihilominus judicis eſt ut is decernat quot ſint evocandi,

Ius Galliæ certum in hac re.

evocandi, *ut hic.* Iure vero Galliæ cautum eſt ne in ſingula capita plures teſtes audiantur quàm decem, *Got. hic.* Iunge his l. ubi numerus inf. eod. & quæ nos in ea.

l. 2.

Pertinet ad ea quæ nos infrà in l. *16.* eod.

Ad l. 3.

IN examine teſtium diligenter † eorum qualitas examinanda eſt, ut 1
ſi honeſtus ſit, & ſuſpicione lucri amicitiæ aut inimicitiæ careat, o-
mnino ſit admittendus, *ut hic.* Vnde quæſitum eſt, † principio, an 2
quicunque infames à teſtimonii dictione arceantur? & hoc plerisque
viſum eſt, *Iaſ. in l. 1. num. 34. C. de Sum. Trin. Com. dicit Scar. in th.*
Sent. lit. I. num. 56. Movet eos indifferens hujus textus definitio, *& §.*
lege Iulia. in hac ead. l. Alii id ita, ſi qui infames ſingulari lege teſtari
prohibeantur, ceteros vero non arceri, *Don. in tr. de Teſt. arg. l. 1. §. 1. ſup.*
eod. ubi dicitur eos prohiberi qui lege aliquâ teſtari vetantur. Movet
præterea, quod diverſi infames ſingularibus legibus vetentur teſtari,
ut in d. §. lege Iulia. hic. l. repetundarum. 15. l. ob carmen. 21. inf. eod. vi
Subt. noſtros lib. 1. c. 9. Sed hæc commodè conciliantur, ut, ſi teſtes
probatæ vitæ haberi poſſint, repudientur infames, idque ex ſententiâ
communi, cum id etiam quod legibus hac in re omiſſum eſt, religione
judicis ſupplendum ſit, *l. quæſitum. 13. inf. eod.* Si vero illi haberi ne-
queant, admittantur etiam infames, idque ex ſententiâ Donelli. Vt
tamen judex diſcernat an & quatenus probent, neque ſine tortura aut
cœrcitione eis fides habeatur. Quæ ſolutio perſpicuo jure nititur,
l. ob carmen. 21. §. 2. inf. eod. Nov. 90. de Teſtib. c. 1.

§. 1. & 2.

NOtatur hic, probationes † arbitrarias eſſe, *fac. l. ob carmen. 21.* 1
inf. eod. DD. hic. Vnde fit, ut licet interdum res plenè videatur † 2
probari, fidem teſtium non protinus admittat judex, *Bart. in l. Lucius.*
in fi. de His Qui Not. Infam. per hunc tex. Sed hoc cum † modo acci- 3
piendum ne ſc. teſtes integræ fidei, partique alterutri nec amicos nec
inimicos facilè rejiciat. Nam ſi judex temerè † fidem deponentium 4
aſpernetur, rectè de eo pars queri poteſt, *l. argentarius. 10. § fin. de E-*
den. idque actione in factum quaſi litem fecerit ſuam, *gl. & Bart. in*
d. §. fin. Vnde aliquibus conſultum videtur † ut quoties judex teſtes 5
non admittit, ſententiæ cauſam addat, *Bart. in d. l. Lucius. in fi. Felin.*
in c. licet cauſam num. 4. de Prob. Nam & Alexander perhibet, ſenten-
tiam corruere, ſi judex probationem impedierit, *Alex. lib. 4. Conſil.*
105. num. 4. non quia nulla ſit, ſed quia appellatione mediâ reſcinda-
tur, *Afflic. deciſ. 28. num. 8. & 9. vi. tamen noſtra ſuprà ad Rubr. de Prob. &* 6
lib. noſtrum. de Off. Iud. c. 3. Amplius moribus obtinuit, † ut judex te- **Conſuet: hodierna in teſtium examine.**
ſtem non repellat, niſi pars ei quid opponat, aliàs enim ſuſpectus ha-
betur. Quare tantùm quærit de conditione ejus quæ turpitudinem

Digitized by Google

conjunctam non habet, v. gr. de amicitia, inimicitia, lucro, damno, *Rebuſ. in tr. de Repr. Teſt. num. 13. verſ. hodie.* Si tamen ipſi judici con-
7 ſtet de † cauſa teſtimonii dictionem impediente, ipſius arbitrio relictam eſt quantum fidei ei habiturus ſit, *per hunc tex. & l. ob carmen. 21. §. 1. inf. eod.*

§. Ejuſdem.

1 QVod hic inter cetera † poſitum eſt, interdum famam plurium conſentientem, confirmare fidem rei, quæſtionem movit, an & quatenus credendum famæ ſit. Et Accurſio viſum, eam probare † ſemi-
2 plenè, modo ipſa duobus teſtibus probetur, *gl. hic. ſeq. Immola. in l. he-*
3 *redes palam. prin. de Teſtam.* Sed eos prædites eſſe † oportet ſummâ fide, adeoque præſtiterit illam pluribus teſtibus quam duobus probari.
4 Præterea par eſt ut deponant à majore populi † parte ita referri ſe audi-
5 viſſe. Secundo ut addant dicti ſui cauſam, deponantque unde † & quibus mediis ea invaluerit. Incerti enim rumoris nulla fides eſt, *l. ult. verb. falſus rumor non ſolet obeſſe l. de Her. Inſt.* Sed & fama quan-
6 doque tam † firma eſſe poteſt, ut probet plenè, *per hunc tex.* Notorii n. nulla probatio eſt, *not. in tex. ad c. evidentia. ex. de Accuſ.* An verò ju-
7 dici etiam † notorii non allegati habenda ratio ſit, & hoc Panormitano videtur, *in c. ſi clericus. n. 4. de foro. comp. & Gail. 1. Obſ. 31. num. 5.* Alexander contra, non aliter quàm ſi id pars alleget, *in l. un. col. 1. & 2. C. Vt Quæ Deſ. Part. Adv. Iud. Suppl. ſeq. Tiraq. de Retr. Lignag. §. 32. gl.*
8 *un. num. 97.* Sed horum ſententiæ non pugnant, ſi n. non allegetur † notorium, benigniùs eſt judicem interloqui, ut pars eodem niſa, ſaltem alleget quibus mediis intentionem ſuam fundet. Perinde nimirum ut & aliàs quod deeſt advocatis, judex ſupplet, *l. un. C. d. tit.* Ita enim utrumque verum eſt, & judicem notorium non allegatum ſupplere, & partem interim teneri ad ejuſdem allegationem.

§. Lege Iulia.

QVod hic de condemnato relatum eſt an ad accuſatum pertineat needum damnatum, tractamus infrà, *in l. quæſitum. 13. eod.*

Ad l. in legibus. 5.

1 HEc l. manifeſtè arguit †, non quoſcunque affines teſtimonii dictione arceri. cùm etiam ſocer aut gener, ſi teſtimonium perhi-
2 bere velint, non prohibeantur. Sed & de cognatis † idem dicendum, nimirum & hos teſtari rectè, maximè in civilibus, *Rebuf. in tr. de Re-*
3 *prob. Teſt. num. 149.* Ceterùm quia inter † eos ad minimum amicitiæ præſumptio eſt, boni judicis erit, æſtimare quatenus iiſdem fides ſit habenda, *per. l. 3. §. 1. & 2. ſup. eod.* His addenda ſunt quæ nos latiùs infrà *in l. teſtes. 24. eod. tit.*

Ad l. idonei. 6.

1 TEſtes idonei † non videntur quibus imperari poteſt, *tex. hic.* intellige in cauſis quæ concernunt producentem, cui jubendi ei facultas eſt,

Digitized by Google

tas eſt, ſive is dominus, ſive parens, ſive dynaſta ſit, *gl. hic.* Ne ſcilicet imperium à depoſituris præponatur religioni. *l. eos. C. eod.* Cavendum tamen ne per hoc † Principi aut magiſtratui occaſio auferatur proban- 2
dæ rei ſuæ. Quamobrem id reſtringendum ad eos † dynaſtas eſt, qui 3
vel crudelitate inſignes, vel cupidi vindictæ ſunt. Nam ſi & illi ſinceri ſint, & teſtes aliàs omni exceptione majores, benignius eſt teſtimonium eorum non contemni, *Oldend. in tr. de Teſtib. c. de perſ. Teſt. num. 7. poſt. Bart. hic.* Num verò de vaſallo idem † quod de ſubdito dicen- 4
dum, quæſitum eſt, & eò Durandus inclinat, *Specul. in tit. de Teſtib. §. 1. verſ. ſed nunquid vaſallus.* Hoc ipſum tamen & juxta diſtinctionem præmiſſam temperandum eſt. *Ioan. Andr. in not. ad Specul. d. lo. Oldendorp. d. lo.* An verò municipes in cauſâ univerſitatis † teſtes idonei ſint, 5
alia quæſtio eſt, de qua nos paulò infra, *in l. nullus. 10. h. t.*

Ad l. nullus 10.

NEmo idoneus teſtis in re † propria eſt, *per hunc. tex. & l. omnibus. 9.* 1
C. eod. Sed hoc perpetuum non eſt, primò † enim in dubio judex 2
parti alteri deferre juramentum ad ſupplendam probationis fidem poteſt. *l. 3. C. de Reb. Cred. cum ſim.* Secundò legatarius teſtis eſſe † po- 3
teſt in teſtamento quo ei quid legatur, *l. qui teſtamento. 20. princ. Qui Teſt. Fac. Poſſ. §. pen. Inſt. eod.* Num verò ſubditus in † cauſa univer- 4
ſitatis teſtetur, quęritur, & diſtinctum eſt inter cauſam ex qua directo commodum accipiunt ſinguli, quo caſu non admittuntur, *per hunc tex. & l. 1. §. propria. Quan. Appel. ſit.* ut ſi agatur de pratis in quibus paſcendi jus ſingulis eſt, & eam quæ quidem ad univerſitatem pertinet, ſingulis tamen directo commodum non ferat. In priori teſtimonium ſingulorum non admittitur †, in poſteriori contra, nam quia hęc ſin- 5
gulorum non cenſetur, teſtimonium municipum recipitur, *l. 2. Quod Cui. Un. Nom. ubi gl. l. ſed etſi hac. §. qui manumittitur. ubi Bart. de In Ius Voc. l. in tantum. §. univerſitatis. de Rer. Div. cum ſim.* Denique ex eadem ratione reſponſum † eſt, Abbatem rectè teſtari in cauſa eccleſiæ, 6
modò eadem non directo pertineat ad ipſius menſam, cùm aliàs contra ſit, *Pan. in c. inſuper. col. 4. de Teſtib. Rebuf. in tr. de Reprob. teſt. num. 26.* An vero quis teſtari in cauſa poſſit cui ipſe conſimilem † litigioſam ha- 7
bet, quæritur, & Rebuffus autumat eum rectè repelli, *d. lo. num. 31. alleg. Alberic. in tr. de Teſtib. verſ. quid dicimus de adhærente. Rebuf. d. lo. num. 90* Quod tamen cum nulla lege cautum ſit, an & quatenus admitti debeat, in judicis arbitrio poſitum eſt, *arg. l. quæſitum. 13. inf. eod.*

Ad l. ad fidem. 11.

TEſtes non ſolùm rogati ſed & fortuito alicui negotio præſentes de eo teſtari poſſunt. *ut hic.* Excipiuntur teſtamenta, ad quę teſtes rogari oportet, utpote ad actus graviſſimi momenti, *l. heredes palam. inf. de Teſtam.* Idem eſt in conſcribenda apocha ſolutionis, aut con-

Digitized by Google

feſſionis hoc nomine factæ, *Nov. 90. de Teſtib. Auth. rogati. C. eod.* Itemque in faciendo divortio, *l. nullum. 9. inf. de Divor.*

Ad l. ubi numerus. 12.

DVo teſtes requiruntur in caſibus quibus expreſsè definitus numerus certus non eſt, *ut hic.* Diverſum igitur eſt in teſtamentis, codicillis, & ſimilibus. Denique & conſtat ex hoc textu, regulariter teſtem unum, utcunque magnæ fidei, plenè non probare.

Ad l. quæſitum. 13.

1 QVod arbitrio judicis † relinquitur, An in publicis judiciis calumniæ damnati à teſtimonio dicendo repellendi ſint, *hic & l. 3. §.*
2 *lege. Iulia. ſup. eod.* quæſtionem movit, An non id unà † ad accuſatum pertineat, quod in curiis eccleſiaſticis obtinet, modo crimen probetur, *c. ſuper. eo. 1. de teſtib. & atteſt.* At ſi delinquens pœnitentia † actâ ſe e- *Iuris Canonici diverſit.*
3 mendarit, in criminalibus quidem repellitur, in civilibus non item. *c.*
4 *teſtimonium. eod. tit.* Sed hoc jure noſtro dicendum non † eſt, cum id tantum diſponat de condemnatis, *Rebuf. in tr. de Reprob. Teſt. num. 28. per. hunc. tex. & d. l. 3. hic. idem. Rebuf. ib. num. 175.* Id ità in accuſatione ex L. Iulia de vi accipiendum, niſi reus in cuſtodiâ publicâ, aut vinculis ſit, *d. l. 3. §. Lege Iulia.* Sed nec publici judicii reus invitus citandus eſt ad teſtimonium in accuſatione ferendum. *l. in teſtimonium. 20. inf. eod.*
5 Quod ſi compareat, magis eſt judicis religioni † relinquendum quouſque fidem mereatur, ut ſc. de laborantibus famâ reſponſum eſt, *l. ob*
6 *carmen. §. 1. inf. eod.* Ponamus enim lenonem. † certum quippe eſt, in cauſa criminali vel aliàs graviori, ei non facilè credi. Quia id & in
7 fœneratore † ſummè improbo admittitur, *c. quanquam. c. pen. de Vſ.*
8 *in 6.* De concubinario † tamen jure civili id dici nequeat, cùm concubinatus eodem jure ſit admiſſus, *tot. tit. de Concub. Rebuf. d. lo. num. 28.*

Ad l. qui falsò. 16.

1. Falſa vel varia deponens fidem non meretur.

2. Quando id ceſſet, & num. 4.

3. Quid mereatur teſtimonium falſum.

5. Utrum anteriori aut poſteriori dicto aliqua fides habenda, & n. 7.

6. Quid juris ſit ſi diverſi teſtes inter ſe varient.

1 FAlſa vel varia † deponentes non ſolum fidem non merentur, ſed &
2 inſuper puniuntur, *tex. hic. & l. 2. ſup. eod.* Niſi tamen dicta † eorum commodè conciliari poſſint, *Rebuf. num. 9. de Reprob. Teſt.* aut contrarium poſtea prudenter dixerint causâ emendandi dicti prioris, *c. praeterea.*

Digitized by Google

terea.§ fin. de teſt. cog. Planè ſi teſtis † extra judicium poſtea fortè contrarium dixerit, & ita ex ſequenti inquiſitione manifeſtum fiat, eum depoſuiſſe falsò, ſententia uti ex falſis inſtrumentis lata retractanda eſt, *c. ſicut. 9. ex de teſtib.* & teſtis ut falſarius puniendus, *l. eos. ad L. Cor. de Falſ.* Hoc ita niſi vel prius † vel poſterius per errorem dictum ſit, *Bal. in l. ſi ex falſis. C. de Tranſact.* cum enim eo caſu dolus ceſſet, falſum commiſſum cenſeri non poteſt, *l. nec exemplum. l. damus C. de Falſ.* Quod igitur DD. diſputant, † utrum priori an poſteriori teſtis dicto credendum ſit, *Minſ. Cent. 2 Obſ 86. Covarr. 2 Var. Reſol. c. 13. num. 8. vi. Fach lib. 9. Contr. c. 84.* id omne ita accipiendum, ſi quo modo ex circumſtantiis appareat alterutri aliquo modo fidem haberi poſſe. Quo ipſo caſu tamen id omne in arbitrio judicis poſitum tutius eſt, *per tex. ſolennem in l. 3. §. tu magis ſup. eod. Fach. & Minſ. dd. locis utrobique in fine.* Eſt enim hæc facti quæſtio. Illud quæritur, ſi teſtes diverſi inter † ſe varient, cùm verbi gr. unus de *100.* mutuò acceptis alter de *200.* teſtetur, an mereantur fidem. Quod dicendum non eſt, *per hunc tex. & l. qui falſa. ad L. Corn. de Falſ. Felin. in cap. licet ex quodam. col. 3. de Teſtib. Alex. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 9. & ibi Iaſ. de Verb. Obl.* Et fallunt Anton. Gabrielius *in Com. Conc. tit. de teſtib. Concl. 2. num. 79.* & Ioſeph. Maſcardus *de Prob. vol 2. concl. 1084. num. 16.* qui malè allegant diſſentientes hac de re Corne. *in conſ. 181. num. 60. lib. 2.* Alciatum *in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti num. 43. de Verb. Obl.* Ruinum *in d. l. 1. §. ſed ſi mihi. num. 14. eod.* Cum Ruinus *in d. §. ſi ſtipulanti. num. 25.* & Alciatus, *d. loco.* directo hanc ſententiam probent, niſi varietas eſſet in modico, ideoque in hac re à Gabrielio & Maſcardo cavendum recte Fachinæus monuit, *lib. 2. Contr. c 51.* Quid verò ſi extra judicium † ante aliter, quàm poſteà in judicio depoſuerint teſtes iidem? neutri teſtimonio credendum Bartolus autumat, *in l eos. num. 4. Ad L. Corn. de Falſ. ſeq. Anchar. in clem 2. de Teſtib. prope fin. Capella* Toloſ. *decis. 376.* Movetur textu d. l. eos. de Falſ. Alii teſtimonio poſteriori fidem habendam, *vi. allegatos ap. Gabr. lib. 7. Com. Concl. tit de Malef. Concl. 31.* quia id juramento firmatum ſit. Et hoc quidem † magis eſt, modò judici arbitrium relinquatur, ut is cognoſcat, An & Quatenus ei ſit credendum, *d. l. 3 §. tu magis. l. ob carmen. §. 1. de Teſtib.*

3
4
5
6
7
8

l. in teſtimonium. 20.

Relata & explicata eſt ſuprà in l. *13.* h. t.

Ad l. ob carmen. 21.

§. Si teſtes.] SI teſtes omnes † æquè bonæ fidei ſint, quin judex eos ſequi teneatur, non eſt dubitandum. Quod ſi hi aliter atque illi deponant, non confeſtim numero majori, ſed iis qui honeſtiores erunt, & probabilia deponent, fidem habebit, *per hunc tex.* Quod ſi & † fide utrimque pares ſint, etiam numerus prævalet, *c. in noſtra. ex. de teſtib.* Sed quæſitum eſt, An concordia † teſtium hoc caſu

1
2
3

Digitized by Google

ita fiat, ut probent rem controverſam, quod gloſſa cenſuit, *in c. ſi teſtes. §. ſi teſtes. 4. q. 3. quam ſeq. Panorm. Immola, Felin. ib.* an v. tantum ut perjurium evitent, quod gl. & Decius ſtatuere videntur, *in c. cum contingat. de Off. Del.* Magiſque dicimus arbitrium ejus rei totum judici relinquendum, ſcilicet ut interdum probent, interdum non item, prout puta, negotium ipſi magis videbitur demonſtratum, *Rebuf. in tr. de Reprob. & Salu. Teſt. n. 113. verſ. ex quo infertur.*

Ad l. produci. 23.

PRoduci teſtis is non poteſt qui antè in eum reum teſtimonium dixit.) Varia hujus textus lectio & explicatio eſt, & quidem verba
1 id innuere videntur, quaſi nemo poſſit teſtimonium perhibere in eum, in quem ſemel teſtimonium dixit. Quod quia ratione carere videtur, Budæus hanc legem putavit emendandam hoc modo: '*Produci teſtis is non poteſt in reum qui antè in eum teſtimonium dixit.*' Nimirum ut is produci teſtis in reum nequeat, qui reus ante in ipſum teſtem producendum teſtimonium perhibuit. Quaſi puta veroſimile ſit, ſuccenſere eum mihi, in cujus detrimentum ego ipſe aliàs teſtis fui. Et hæc
2 lectio quidem rationi † convenit, aliter tamen Cujacius *lib. 2. Obſ. 23.* Dominus Lycklema, *lib. 5. Membr. c. 7.* Duarenus *lib. 1. diſp. c. 29.* Quorum ſententia vera eſt, ſi quis ſe ultro offerat teſtem adverſus aliquem ſecundò reum, habetur enim hoc ipſo inimicus, *c. cum Manconella. & c. meminimus. ex. de Accuſ.* Nam ſi cogatur, probabiliùs diverſum dicimus, *per tex. in c. præterea. de teſt. cog. Coſtal hic.*

Ad l. teſtes. 24.

1. Domeſticum teſtimonium quod ſit, & num. 2.

3. Quando admittatur, & 4. ac 5.

6. Filius in cauſa patris aut fratris an teſtimonium rectè perhibeant.

TEſtes domeſtici non admittuntur, *ut hic. & l. 2. C. eod.* Domeſti-
1 cum † autem rectè quoq; dicimus famulum mercenarium, *l. per-*
2 *ſpiciendum, §. furta de Pæn.* Idemque dicendum de † colono ſeu aſcriptitio glebæ, arg l. ult. C. de *His Qui Ad Eccl. Conf com. dicit Rebuf. in d. tr. num. 90.* Hoc verò de aſcriptitio glebæ ex Saliceto addimus, *in l. quoniam liberi. C. de Teſtib.* quia coloni partiarii vel pecuniarii tantùm, quales ſunt moribus hujus ſeculi plerique, teſtimonium in cauſa locatorum ſuorum, perhibent rectè. Ceſſat enim in his ratio hujus textus, licet non ſint teſtes omni exceptione majores, *Rebuff. d. num.*
3 *90. cum ibi alleg.* In nonnullis tamen cauſis teſtimonia † quoque domeſtica non repudiamus; ut I. In inſtrumentis conſcribendis, quia eo

caſu

Digitized by Google

caſu pars utraque in ea conſentit; *arg. l. Theopompus. 14. de Dote Præl. Rebuf. d. lo. n. 186. cum ibi alleg.* II. Si negotium aliter nequeat probari, *c. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de Repud.* III. Si unà & alii teſtes adfuerint qui defectum familiaritatis queant ſupplere, *arg. l. ſi quis. 6. §. cogentur. de Eden. Rebuf. d. lo. num. 187. cum ibi alleg.* IV. Si deſierit eſſe domeſticus †, tum enim & ceſſat ratio hujus legis, & aliàs quoq; 4
in teſtibus examinandis inſpicitur tempus depoſitionis, *l. 3. §. duæ cauſæ. de Carb. Ed.* V. Si teſtes vitæ ſint probatioris, & tales pariter quibus producens nequeat imperare, *c. in literis. ex. eod.* Planè quod de teſtibus inſtrumentariis † diximus; eos etiam domeſticos eſſe poſſe, 5
cum modo accipiendum eſt. Quia filius in poteſtate patris, eidem ne quidem in teſtamento eſſe teſtis poteſt, emancipatus poteſt. Prorſus ut frater emancipatus teſtari fratri poterit, in poteſtate cum eo conſtitutus non item, *tex. & in eo Vigl. ac poſt eum Weſenb. ad tit. Inſt. de Teſt. Ord.* Quod igitur Doctores † plerique tradunt, fratrem fratri 6
teſtimonium perhibere poſſe, quia id nullâ lege disertè prohibeatur, *DD in d. tit. Inſt. de Teſt. Ord.* (quos ſimpliciter Duarenus confutat, *lib. 1. Diſp. c. 28.*) cum modo accipiendum eſt; ut id quidem non facilè admittatur in litigioſis, *arg. hujus tex.* in ceteris verò admittatur quidem, ſed ſub diſtinctione præmiſsâ. Recenſet quidem Rebuffus *d. lo.* ſpecies plures quibus domeſtica teſtimonia admittantur, ſed quæ omnes aptè ad aliquam harum referri poſſunt. De fide verò teſtimonii à cognato præſtandi, vide quæ pluribus ponimus ſuprà, *ad l. 5. & 6. h. t.*

De Iuris & Facti Ignorantia.

TIT. VI.

l. Nec ſupina. 6.

Allegatur infrà *eod. tit. in l. regula. 9. §. penult.*

Ad l. juris ignorantia. 7. & l. 8.

SVprà docuimus, eum † qui in jure errans indebitum ſolvit, condi- 1
ctionem indebiti non habere, *per l. regula. 9. §. ſi quis. h. t. l. cum quis. C. eod.* Et docuimus ibidem, non obſtare † hos textus, quia iis nihil 2
aliud traditur quàm non nocere juris errorem in damnis amittendæ rei ſuæ. Quod ipſum † tamen ita accipiendum ne proſit etiam. Pro- 3
deſſet autem ſi produceret condictionem, *vi. noſtra. d. lo. latiùs.* Similiter Cujacius reſpondit, *lib. 19. Reſponſ. Papiniani, in ead. hac l. 7.* nec alienus ab hac ſententia Duarenus eſt, *in tit. de Cond. Ind. c. 3.* Contra

quàm

4 quàm † Accurſius & Brocardici plerique, qui exiſtimavere, Indebitum civiliter, debitum tamen naturaliter ſolutum repeti non poſſe, idque propter l. pen. inf. h. t. & l. 1. & l. error. C. Ad L Falc. in quibus ejuſmodi exempla ſunt; aliàs verò ſi indebitum tantum jure civili ſit,
5 diverſum eſſe. Sed hæc diſtinctio nuſquam † relata eſt. Et in l. quamvis. C. ad SC. Vellejan. mulieri contra SC. pro alio ſolventi, ejuſdem SC. beneficio condictio indebiti eſt. Vnde ſequitur, aliàs regulariter diverſum eſſe, *l. cum quis. 10. C. eod. l. cum pater. §. Mævio. de Leg. 2. & l. 2. de Confeſſ.* Et quidem iſtâ diſtinctione † admiſsâ, nihil intereſſet inter ignorantiam juris & facti, quia & per errorem facti ſolutum, ſi id naturâ debeatur, non repetitur, *l. naturaliter. de Cond. Ind.*

Ad l. regula. 9.

1 §. *QVod ſi ideo. verb. Nec ſtultis ſolere ſuccurri, ſed ignorantibus.*) Hæc verba † quæſtionem movent an in jure errans in lata culpa ſit, quod Bartolo viſum eſt, *in l. quod Nerva. num. 19. Depoſ. per*
2 *hunc tex.* Eò quod aliàs quoq; error juris ne quidem † ab infamia excuſat, *l. liberorum §. notantur. de His Qui not. Infam.* Item quod latæ culpæ æquiparatur, ignorare quod omnes intelligunt, *l. lata. de Verb. Sign.* tale vero jus eſt *l. pen. C. de Iur. Et Fac. Ig.* Corraſius contra, quia lata
3 † culpa in dolum cadat, *d. l. quod Nerva. Depoſ.* juris ignorantia non item, quia hæc nemini noceat in damno amittendæ rei ſuæ, *ut in l. 8. ſup. eod.* Præterea lata culpa ſummam negligentiam requirit, *l cedere*
4 *diem. §. fin. de V. Obl. & l. ſi fidejuſſor. D. Mand.* Ego reſpondi † rem in facto conſtare, cum modò eveniat, ut ignorantia hæc pro culpa quidem lata ſit, ut ſi eam committat Iuriſperitus, aut is qui ſe profitetur talem, *arg. l. 2. §. Servius. de Orig. Iur. l. 2. Quod Quiſque Iur. & l. ult. de Var. Cogn.* Idemque generatim † obtinet quoties quid admittitur
5 adverſus prohibitionem legis, *d. l. liberorum. §. notantur. l. venia. C. de in Ius Voc. l. 1. de LL.* In ceteris † magis eſt, cum latæ culpæ non ſimpliciùs aſcribendum, ſed de damno vitando certantibus non obeſſe, de lucro captando non prodeſſe, *ut in l. 4. l. 7. & 8. ſup. eod. item l. qui fideicommiſſum. 81. de Leg. 2. l. 3. C. h. t.* Cum interim † diverſas quoque perſonas error non minùs juris quàm facti excuſet, *ut in princ. & §. 1. hujus l.*

LIBER

LIBER XXIII.

De Sponſalibus.

TIT. I.

Ad l. 1. & 2.

1. Arg. tex.
2. De variâ ejus lectione & ſignificatione.
3. Ex quo Sponſalia ſint jure.
5. Sponſalia de præſenti quando ſolvi poſſint, & 6.
7. Quid juris ſi in ſponſalibus contrahendis uſurpata verba futuri temporis ſint.
8. Quid juris ſit in ſpecie Sponſaliorum verbis obliquis contracta.

SPonſalia ſunt mentio & ‡ repromiſſio futurarum nuptiarum, *ut* 1
hic. Hotomannus tamen legit ‡ mutuam repromiſſionem. Sed 2
probabile eſt Græcorum more ſcriptum eſſe mentionem, *Hermenop.*
lib. 4. Epit. Dicuntur verò & Sponſalia pro ſponſalitiis arrhis, *l. 1. C.*
Si Nup. Ex Reſ. Imp. Nomen tamen hoc à ‡ ſpondendo dictum, perit 3
perfectione nuptiarum. Creduntur autem ea origine juris gentium ‡ 4
eſſe, quod tanti momenti rem omnes populi diſtinctis gradibus ſenſe-
rint peragendam, *arg. l. 4. h. t. & l. 14. §. ſerviles. inf. tit. 1. Moſſ. de Nup.*
in princ. num. 9. licet nuptiæ ipſæ & forma earum tantùm civium Ro-
manorum ſint, *l. 2. inf. tit. 1. princ. Inſt. eod.* Sponſalia enim à nuptiis
differunt ut ſponſa ab uxore. Hoc tamen ‡ ad ea pertinet quæ juri 5
noſtro propriè talia ſunt, quæque Canoniſtæ de futuro dicunt; cum ea
quæ iſti de præſenti nuncupant, ipſæ nuptiæ ſint, *arg. l. nuptias. de Reg.*
Jur. vi. Canoniſtas. in c. pen & ult. de Sponſal. Vnde & ipſo Pontificum
jure unus modò caſus ‡ adfertur quo ſponſalia de præſenti ſolvi que- 6
ant, ſi nimirum alteruter contrahentium votum vitæ monaſticæ præ-
ſtet, quod tamen niſi impleatur, intra ſpatium duorum menſium ad
conjugem ingredi cogitur, *c. ex publico. de converſ. conjug.* Licet igitur
DD. ante concubitum ſponſum & ſponſam non dicant maritum &
uxorem, *Fel. in rubr. de Sponſ. col. 3. verſ. ex quibus,* dici tamen ita poſſunt

Digitized by Google

haud ineptè *Covar. de Sponſal.p.2.c.1.num.4.* Adde noſtra infrà *ad l. 11.§.quærebatur. de Adult.*
7 Illud quæritur † ſi in Sponſalibus contrahendis hæc verba adhibita ſint: Habebo te in uxorem, vel juro ac promitto me te habiturum in legitimam uxorem, utrùm matrimonium contractum ſit, quod gloſſa probat, *in c.ex parte. de Sponſal. & in c. ſi quid divinis, 30 q.5.* & Panormitanus ſequitur, *Abb. & Dec. in c. juravit. de prob.* Moventur d. c. ſi quis divinis. & c. ex parte de Sponſal. *& arg. l. illud. de Acq. Her.* Alij non niſi ſponſalia contracta putant, *Covar. in Ep.de Sponſal.par.2.c.4.§.1.num.5.poſt Mag. Sent. & alios quos ſequitur.* Eò quod ejuſmodi conceptio futurum potiùs tempus quàm præſens deſignet. Ego reſpondi rem omnino in facto conſtare, ut ſc. inſpiciatur quid ſenſerint contrahentes. Quod ſi eos diſſenſiſſe appareat, ut aliàs in dubio, quod minimum eligendum & contractum pro ſponſalibus habendum. Nec ad rem facit, quod alij perhibent in dubio matrimonio favendum, *arg. d cap. ſi quis divinis.* id enim ita quoties non apparet de diſſenſu. Neque enim matrimonium eſſe ſine liquido conſenſu poteſt, *arg.l.nuptias.de Reg.Iur.*
8 Quid ergo ſi ita dicatur, non habebo aliam † uxorem, niſi te? Matrimonium initum aliqui putant *Abb. & Præpoſ. in d.c.ex parte. de Sponſal. Menoch. de Præſump.lib.3.c.3.n.8.* quia hæc verba obligent quidem, non tamen purè, *arg. l. ſi ſterilis.§.pen.de Act.Emp. & l. Titia. §. fin.de Manum.Teſt.junc.l.40.§.2.de Cond.& Dem.* Quod quidem magis eſt, niſi de alia mente contrahentium conſtet. Nam ſi aliud actum ſit, ſententia prior obtinet.

L. 4.

Allegatur in noſtris ſuprà, *ad l. 1. & 2.eod.tit.*

Ad l. in ſponſalibus. 7.

1 IVre quidem civili † nihil intereſt, utrum ſponſalia clam contrahantur, an publicè, *ut hic.* idemque in nuptiis eſt, *l. neque ſine. 13.C. de Nupt.*
2 Iure tamen Canonico intereſt † multum, eò quod clandeſtina vel clam teſtibus inita, ſeu in quibus ſolennitas eccleſiæ aut loci ritus ſunt omiſſi, matrimonium non efficiunt, *cap ult.§.1.ex.de.cland.deſp.* *Diverſitas Iuris Canonici.*
3 Quamobrem his contractis, ſi quæ poſtea cum † alia publica contrahantur, poſteriora prioribus præferentur, *Hoſt. in ſum. §. utrum clandeſtina.eod.tit. Panor. in c.2.ex.eod.*
4 Sed hoc Weſenbecius durum † putat, *in not. ad Schneid. Inſt. de Nupt.par. 1.num. 24.* Cujus ſententia tum recepta eſt, cum nihil deeſt quàm teſtium defectus, contractus verò ipſe in confeſſo eſt. Nam ſi alia gravior cauſa concurrat, contractus prior nullus erit. Sed ceſſante eâ, ſi qui priùs contraxerunt, perſeverent in eadem voluntate, magis dicimus eum ab eccleſia confirmandum, *d.c.2.ex.eod.* Quod re ipſâ convenit ſententiis aliorum, qui annotant, ſolum vitium clandeſtinitatis contractum hunc non vitiare,

tiare, *Schn. ad tit. Inſt. de Nupt. p. 1. num. 23. poſt Pan. in c. 1. in 1. not. ex. eod. & Hoſtienſ. in d. ſum. §. utrum. in princ.*

Ad l. in poteſtate. 10.

VT ex levi cauſa olim † divortium fiebat, ita & faciliùs ſolvebantur
ſponſalia; idque vel volente hoc ſolo patre, cujus alteruter con- 1
trahentium erat in poteſtate, *v. hic. & l. 2. §. fin. inf. de Divor.* cùm ta-
men in ſolvendis nuptiis ſolius patris diſſenſus nihil operetur, *l. diſſen-
tiente. C. de Repud.* Ita hodie Iure † Canonico partium conſenſu ſolvi 2
quidem matrimonium nequit, præterquam in ſeparatione tori, ſpon- *Im Canni*
ſalia verò utriuſque partis diſſenſu ſolvuntur liberè, *c. 2. ex. eod.* Quod
etiam † obtinet quando juramentum acceſſit de matrimonio perficien- 3
do, ne ſc. jusjurandum fiat vinculum iniquitatis. Et benigniùs au-
tumant † hoc caſu ab eccleſiaſtica cenſura abſolutionem juramenti im- 4
petrari, *arg. c. 1. de jurejur. Cov. in d. Epit. par. 1. c. 5. num. 1.* Nec ad rem
facit c. ex literis. h. t. qui id ita † obtinet, ſi alteruter diſſentiat ſolus. 5
Quanquam & ſi uni parti ſummum odium acceſſerit, adeo ut conci-
liandi nulla ſpes ſit, probabilius ſit, etiam invitum † qui juravit non 6
compelli, quòd puta cauſa ea impedimenti ſit juſta, *arg. d. c. ex literis. eod. tit. c. quemadmodum. ex. de Iurejur.* Ita tamen ut abſolutio, ſeu, di-
ſpenſatio à juramento impetretur.

Ad l. in Sponſalibus. 14.

1. An & quæ ætas contrahentium in ſponſalibus ineundis definita ſit.

2. Quid juris ſi contrahentes ante 7. annum intelligant ſponſaliorum actum.

3. Quid juris, inter impuberes ſponſalibus contractis eiſdem puberibus factis, & num. 4. 6. 7. & 8.

5. Sponſalibus inter impuberes contractis, num unius conſenſus quid operetur ad matrimonium ineundum.

IN ſponſalibus contrahendis † ætas contrahentium definita non eſt,
ut in matrimoniis id eſt ſimilis ætas definita non eſt. Vnde & ab 1
initio ætatis ea contrahi poſſunt, modò intelligant quid agant, id eſt,
ſi non ſeptennio ſint minores, *ut hic.* Quid ergo ſi contrahentes ante †
ſeptennium intelligant quid agant, ut ſc. malitia ſuppleat ætatem? 2
etiam ante contrahi poſſe. gloſſa putavit *in c. juvenis. ext. eod. ſeq. Covar. c. 2. in Epit. de ſponſal.* moventur quod ætas hic non ita ſtrictè definita
eſt, *per hunc tex.* & quod matrimonium etiam ante annum pubertatis

valeat, ſi maturè rem intelligant, *c. de illis. & c.ult.extra eod.* Ssd hoc ceteri improbant, *Panor.in d.c.juvenis.Brunell. de ſponſal. c. 4.* quòd & ætas in Sponſalibus definita 7. annorum ſit, *ut hic. & c. ex literis. & c. acceſſit. c. ad diſſolvendum. de deſponſ. impub.* & ratio ac jus adeo ipſum, intellectum ante id ætatis minorem præſumat, quàm qui ſufficiat contractui non levis momenti, *c. duo pueri. ex. de deſponſ. impub.* Nec ad rem facit argumentum à ſimili, *ex d.c.de illis.& d.c.ult.* quia diſpar ratio eſt infantis & ejus qui pubertati ſit proximus. Planè ſi inter im-
3 puberes ſponſalia † contracta ſint, iique adveniente pubertate contradicant, ſeparantur rectè, niſi tamen copula acceſſerit carnalis, *c.à nobis. ext. de deſp. impub.* Quid ergo ſi adveniente pubertate non † quidem copula acceſſerit, ſed oſcula & amplexus, an matrimonium inducatur, & hoc Menochio viſum eſt, *lib. 3. Præſump.c.1.num.64. poſt gl. in c. 1.§.illud de deſp.impub.lib.6.* Moventur textu in d.c.*1.§.1.* in fi. de deſp. impub. Sed quod ibi de alio modo quàm copulâ carnali dicitur, id ad modos eos pertinet quibus voluntas quâquâ ratione aliàs declaratur ad matrimonium complendum, ut ſubarrhatio, traductio in domum mariti, & ſimilia non etiam ad oſcula aut niſus, *arg.c.ult.extra de ſponſal.* Quamobrem ea ſententia merito uti abſurda rejecta eſt, *Covar. in d.epit.par.1.c 4.§.2.num.3.* altera verò moribus obtinuit. Illud con-
4 ſtat, ſi pubes, cum impubere contraxerit, puberi exſpectandum eſſe, donec alter pervenerit ad pubertatem, quo tum diſſentiente, ſponſalia
5 ſolvuntur rectè, *c.acceſſit. & c. de illis. extra eod.* Quid ergo † ſi poſtea impubes, ſciente quoque hoc pubere, & pervenerit ad pubertatem & matrimonio conſenſerit, num alter aliam ducere uxorem poſſit? Gozadinus non putat, *Conſil.2.num.11.27.& 28.& Silv Pier.in ſum.verb. matrimonium. 5. q 8.* quod conſenſu matrimonii ſequente ſponſalia nuptiæ fiant, *c.de illis.2 de deſp impub.* Baldus contra *conſil.194.& 200. lib.3.quem ſeq.Cov.in d.Ep.de Sponſ.p.1.c.5.§.1.num.78.* Et horum ſententia obtinuit, quod conſenſus in contractu conficiendo non unius ſufficiat, ſed utriuſque requiratur, *c. un. §. 1. de deſponſ. impub. in 6.* Nihil enim abſurdius eſt, quàm rem graviſſimam, cujuſmodi eſt matrimonium, vel unius conſenſu contractam ſtatui. Quod ſi aliàs inter
6 impuberes contracta † ſponſalia de præſenti ſint, reſolvuntur in ea quæ ſunt de futuro; niſi tamen pubertati ſint proximi, vel urgeat gravis aliqua neceſſitas, verbi gr. cauſa pacis, vel ſimilis, *c. ubi non eſt. &*
7 *c. fin. extra eod.* Denique ſponſalibus infra † annos pubertatis contractis, ſi adveniente pubertate non contradicatur, magis eſt, matrimonium per cenſuram eccleſiaſticam complendum, *fac. c. 1. extra eod. ut*
8 *Hoſtienſi videtur.* Contradicendi verò † modus hic talis admittitur, ut diſſentiens compareat coram epiſcopo aut judice eccleſiaſtico & rem geſtam enarret, ſeque jam ejus animi eſſe ut poſtulet ab iis abſolui, *Hoſt. in ſumma ejuſd.tit.§.quid juris.verſ.ſed coram quo.*

Digitized by Google

Ad l. Tutor.

TVtor pupillam nec ducere uxorem, nec filio ſuo deſpondere poteſt, *v.l.6.C.de Interd. Matrim. l. 7. inf. de Adult.* Id tamen uſu non ſervatur, *IVurmſ. in Obſ. Pract. tit. de Matrim. Obſ.2.num.1.& 2.* Quod à Iure Canonico originem habere putant, quia id diverſis legibus matrimoniorum laxius ſit, *ut in c.pen.extra de ſec.nup. Panorm.in c. fin. num. 2. eod. tit.* ***Conſuetudo diverſa.***

Ad l. ſæpe. 17.

1. Argumentum textus.

2. Quanto tempore ſponſus abſens ſit exſpectandus. & n.3.

4. An quid in hac re Iu. Can. ſit mutatum.

5. Quid juris ſi copula intervenerit carnalis.

6. Et quid ſi id metu factum.

7. Num adverſus ſponſalia quæ copula ſecuta eſt admittatur probatio in contrarium.

8. Quid ſi una ex tribus à parentibus deſponſâ, cum una res habita ſit.

IVſtæ ac neceſſariæ cauſæ trahunt interdum ſponſalia, id verò eſt, † 1
matrimonium differunt. Cauſæ autem juſtæ ſunt, Valetudo ſponſi ſponſævé, mortes parentum, capitalia crimina, neceſſariæ peregrinationes longæ, *ut hic.* Si tamen triennium † ſponſa ſponſum exſpectarit 2
& ille abſens ſit, nec redeat, alteri nubit impunè, *l. 2. C. de Repud.* in eadem verò provincia præſentem non ultra biennium exſpectare cogitur, *l. 2. C. h.t.* Ex cauſa tamen id & ad † quadriennium & inter- 3
dum ulteriùs referri poteſt, ponamus enim ſponſalia cum puella impubere diu infra annos pubertatis contracta; utique dicendum hoc caſu eſt, quadriennium exſpectandum, *per hunc tex.* Verum quæritur † 4
an hæc diſtinctio Iure Canonico ſublata † ſit, *per c. de illis. de ſponſ.* quod in utramque partem diſputant, *Canoniſtæ in d. c. de illis. ut Ioan. And. Hoſt. & Ant. Butr.* Nonnulli nō ſublatam, eò quod d.c. nihil aliud ſtatuat, quam ſponſam cui fides data cum juramento eſt, alteri nubere poſſe, ſi ſponſus in alias regiones diſceſſerit, modò reſpectu juramenti pœnitentiam agat. Servanda enim ideo nihilominus juris civilis diſtinctio eſt, *arg.c.1.& 2.de novi op,nunc.* Covarruvias tamen in diverſum inclinat, *in d.Ep.p 1.c.5.num.7.* quia d. c. de illis. nullam diſtinctionem uſurpet. Sed hoc non impedit quò minùs diſtinctio aliàs uſitata ſortiatur effectum. Illud ſuprà † monuimus, *in noſtris ad l.14.* 5 ***Ius Can. an hic diverſū.***

num.3.ſup.eod. ſi copula intervenerit carnalis, ſponſalia pro matrimonio haberi. Vnde dicendum eſt, in tali caſu de ſponſalibus ſolvendis etiam non aliter quàm ſolvendo matrimonio ſtatuendum. Quæſitum
6 † tamen eſt, An idem ſit copula carnali metu mortis inter ſponſum & ſponſam ſecutâ? Quod non videtur, *per c. cum locum. eod. Abb. & Præp. in c. conſultationi. de ſponſal. Parſ. conſil. 58. n. 69. lib. 4.* Covarruvias contra *in d. Epit. par. 1. c. 4. §. 1. num. 11. & Hoſt. in c. is qui fidem. extra de ſponſ.* quia coacta voluntas etiam voluntas ſit, *l. ſi mulier. §. ſi metu. Quod Met. Cauſ.* & niſi hoc dicatur, peccatum probandum ſit, cum metus à peccato non excuſet, *c. ſacris. extra eod.* Sed hoc à propoſito alienum eſt, cum à matrimonij perfectione metus omnino ſit excludendus, *d. c. cum locum.* Quia verò hoc matrimonium † ex juris præ-
7 ſumptione eſt, quæritur an adverſus eam probatio in contrarium admittatur ex partium ipſarum confeſſione? quod non eſt dicendum, *per c. is qui fidem. extra. h. t. Covar. in d. Ep. p. 1. c. 4. §. 1. num. 4. Menoch. lib. 3. Præſ. 1. num. 12.* Panormitanus contrà *in d. c. is qui fidem.* quia hęc non ſit probatio ſimplex ſed confeſſionis, quæ probationem in contrarium admittit, *per doctr. gl. in l. in contractibus. in verb. nullo modo. C. de Non Num. Pec.* Sed ea procedit in diſſimilibus omnino caſibus. In matrimonij verò cauſis id obtinet, ut partium confeſſioni adverſus matrimonium nulla fides ſit, *c. ſuper eo. qui cogn. conſang. ux.* At quid
8 ſi cui una † ex tribus ſponſa à parentibus ſit, iſque unam cognoverit, an tantundem dicamus ac ſi certæ fidem dediſſet, Ioannes Andreæ dubitat, *poſt gl. in c. ex literis. 2. de ſponſal.* quia ſponſalia ea videantur incerta, *arg. c. 1. §. fin. eod. in 6.* Hoſtienſis & Abbas contra matrimonium fore, *in d. c. ex literis. & Covar. in d. Ep. p. 1. c. 4. §. 1. num. 17.* quod ea incerta revera non ſint, quodque copula cum aliqua earum ſecuta, certa ſint facta, quia dici incerta non poſſit cum qua præſente ſponſus rem habuit, *per d. c. is qui fidem.* Et hæc ſententia, quia matrimonio favet, benignior eſt, *arg. c. pen. ex. de rapt.*

Ad l. ult.

1. Sponſalia etiam inter abſentes & ſub conditione contrahi poſſe, & quatenus, & num. 2. 3. 4. & 10. 11. 12.

5. Quid juris, ſi contrahatur ſub ea conditione quæ omnino exſtitura eſt.

6. Quid ſi ſponſalia contrahantur inter eos qui prohibitione Canonica non poſſunt contrahere, eoque id faciant ſub conditione ſi papa diſpenſarit.

7. Quid juris ſit de conditionibus inhoneſtis.

8. Num.

8. *Num ita contrahi matrimonium poſſit ne intercedat copula carnalis.*

9. *Quid ſi aliàs contractum ſit ſub conditione quæ ſubſtantiæ matrimonij repugnat.*

QVia ſponſalia conſenſu † contrahuntur, *l. 2. ſup. eod.* etiam inter 1
abſentes ineuntur rectè, & ſolent ferè conditiones expediri per
interpoſitas perſonas, *ut hic.* Conditiones tamen † intelligimus ho- 2
neſtas, quæ adhibitæ matrimonium ſuſpendunt, ut ſi parentibus placuerint, ſi tantùm in dotem dederint. Quæ ſi defecerint, ſponſalia † 3
ſoluuntur, aliàs verò manent rata, *c. de illis. c. ſuper. de cond. appoſ.* Idem
dicendum de † conditione inter Chriſtianum & Iudæam, hoc modo, 4
ducam te, ſi Chriſtiana fias, *c. non oportet. 28. q. 1.* Quid ergo, ſi contrahantur ſub eâ conditione quæ omnino extitura eſt, an perinde ſit
ac † ſi purè ineantur? gloſſa, conditionis eventum exſpectandum, *in* 5
c. per tuas. in verbo præſumendum. in fi. de cond. app. Ioan. And. ib. Moventur eo quòd regulariter matrimonium conditionale non ſubſiſtat ante illius eventum. Alii, contractum hoc caſu purè cenſeri, *Hoſt. & Abb. in d. c. per tuas.* quia id in omni contractu talis conditionis obtineat, *l. pupillus. §. 1. de Nov. l. quod ſi ea. de Cond. Indeb.* Quod magis eſt. Nec refert quod dies incerta pro conditione ſit, *l. dies incertus. de Cond. & Dem.* id enim ita in ultimis voluntatibus, quia ſc. in iis hoc caſu incertum eſt debitum iri, *Caſtr. in l. 1. num. 6. de Cond. & Dem.* eò quòd legatarius ante diei adventum decedere poſſit. Mora igitur quidem contractibus hoc modo innectitur, res vero ipſæ magis perfectæ cenſetur. Illud quæritur, ſponſalibus inter eos contractis
qui prohibitione Canonicâ vetantur †, eâ lege ſi papa eos prohibi- 6
tione ſolvat, num diſpenſatione (quam vocant) ſecuta, mox intelligatur matrimonium contractum. Et hoc Butrio & Præpoſito viſum eſt, *in d. c. ſuper eo.* quia contractus ſub conditione initus, exiſtente illâ pro puro eſt, *l. ult. §. 1. de Vulg. Subſt.* Diſſenſere Hoſtienſis & Abbas *in d. c. ſuper eo.* quia ejuſmodi conditio cenſeatur impoſſibilis, *arg. l. inter ſtipulantem. §. ſacram de V. O. & l. continuus. §. eum qui. eod. tit.* Item, per tex. in d. c. ſuper. eod. *verb. in alieno arbitrio non habito, ſed habendo.* Quibus accedunt theologi, *vi. Covar. in d. Epit. par. 2. c. 3. num. 4.* Prior tamen ſententia moribus obtinuit, modò perſeverent contrahentes in
eadem voluntate, *vi Boer. latè. Deciſ. 164. num. 27.* Denique ad impoſſi- 7
biles aut inhoneſtas conditiones quod attinet, ſi eæ tales ſint ut matrimonij fini ac ſubſtantiæ repugnent, ut ſi te proſtitueris, ſi feceris ne generes, niſi ditiorem invenero; eæ matrimonium vitiant, *tex. & gl. in c. 1. & c. ult. de cond. appoſ.* Weſenbecius tamen ipſas conditiones vitiari putat, exemplo ultimarum voluntatum quibus eæ adponuntur,

in not.

in not. ad Schneid. Inſt. de Nup. num. 35. Quod admittimus matrimonio jam concubitu aut ritu eccleſiaſtico conſummato; *c. ſolet. 32. q. 2.* Si tamen hoc caſu quoque ſceleratè conatus prior ſit effectui datus, quid ſentiendum ſit, vi. c. aliquando. *35. q. 2.* Num vero ita contrahi poſſit,
8 ne intercedat copula † carnalis? non puto, quia ea conditio repugnat matrimonii ipſius fini, *per tex. in c. ult. de cond. appoſ. Abb. in c. commiſſum. de ſponſal. Covar. in d. Epit. par. 2, c. 3. §. 1. n. 4. & 5.* Ioan. Immolenſis contra, *in l. ubi ita donatus de Don. Cauſ. Mort. & And. Sic. in c. ult. de Prec.* quia continentia perpetua matrimonium non vitiet, ut de Ioſepho & Diva Maria conſtat. Sed aliud eſt matrimonium cum voto perpetuæ continentiæ contrahere (quod rationi repugnat) aliud matrimonio ritè contracto, à concubitu continuam continentiam fovere.
9 Quid ſi ab initio † cõſenſum ſit, ſed ab altero tãtum ſub cõditione quę ſubſtantiæ matrimonij repugnat, dein copula ſequatur? matrimonium contractum, Hoſtienſi & aliis viſum eſt, *Hoſt. Innoc. Abb. in d. c. ult. de cond. app.* quod videantur partes hac ratione à conditione receſſiſſe, *c. per tuas. de cond. appoſ.* Ioannes Immolenſis *in d. l. ubi ita* & Covarruvias, *in d. Epit. par. 2. c. 3. §. 1. num. 11.* contrà, quia ſi contrahentium alius purè, alius ſub conditione conſentiant, nihil agant, *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de V. O.* Sed id parum ad rem facit, quia diverſitas ſtipulationis ipſa quoque poſtea à partibus amoveri poteſt, modò id fiat in continenti *d. §. ſi quis ſimpliciter.* Multò igitur faciliùs id fiet in ſponſalibus; quippe in quibus non refert, conſenſum perfici ex poſt facto, *d. c. per tuas. de cond. appoſ. c. is qui fidem. de ſponſal.* At verò ſi ſub condi-
10 tione quidem contractum † honeſtà ſit dein alter contrahentium cum alio contrahat purè, quid dicemus? priora irrita fore; eo quòd & ſponſalia pura de futuro per ſequentia de præſenti infringantur, *gl. in c. ſuper eo. verb. alieno in fi. & in c. per tuas. verb. præſumendum. ubi & Pan. de cond.*
11 *app.* Quid ergo, ſi non quidem † contractum cum alio ſit, ſed ſimpliciter alterum pœniteat, an reſilire poſſit, gloſſa non putat ſed implendum matrimonium eſſe, *in d. c. ſuper eo.* Sed obtinuit Panormitani ſententia, pœnitentiæ locum fore. Ratio, quia conſenſus matrimonio nunquam directò fuit adhibitus; ac tametſi is dependere ex eventu cenſeatur, quia tamen pœnitet alterum, ne quidem conditione exiſtente, cenſetur acceſſiſſe, *arg. c. fi. de procur. in 6. Pan. & Butr. in d. c. ſu-*
12 *per eo.* Si tamen copula acceſſerit prioribus, † ne quidem purè matrimonio cum altero contracto, illa reſolvuntur, cum per eam reſolvantur præſenti conſenſu in nuptias ipſas, *c. de illis. c. per tuas. extra de cond. app.*

De Ritu

De Ritu Nuptiarum.

TIT. II.

Ad l. 2.

1. Liberi ſine conſenſu parentum nuptias contrahentes nihil agunt, & quatenus. & 16. & 17.

2. An idem ſit Jure Canonico, & quatenus. num. 3.

4. Nuptiæ ſemel contractæ non reſcinduntur.

5. Solum patris diſſenſum non eſſe legitimam cauſam matrimonij liberis impediendi.

6. Filia vitam impudicam degens quatenus ob hoc exheredari poſſit.

7. An nubens infra 25. ætatis annum alicui honeſto exheredari poſsit.

8. Num quid ex hac re unà mutatum ſit Jure Canonico, & num. 9. & 10.

11. An filius ſine conſenſu parentum uxorem ducens exheredari poſsit.

12. Quid juris ſi ignoretur pater ſupereſſe.

13. Patris conſenſu nuptias ſequente illas retrotrahi. 14. Solvuntur argumenta oppoſita.

17. Quid juris si nuptiæ ob defectum conſenſus injuſtæ confirmentur authoritate principali.

NVptiæ non † conſtant, ſi alter vel uterque contrahentium conve- 1
niat ſine conſenſu eorum in quorum ſunt poteſtate, *ut hic. & l.
Paulus. de ſtatu Hom. ſup. §. 1. Inſt. h. t.* Idq́ue & Iuri Divino convenit,
Ex. 22. verſ. 17. Num vero idem ex Iure † Canonico dicendum, quæ- 2
ritur, & plerique putant, id eo jure cautum eſſe magis publicæ utilita-
tis quàm neceſsitatis causâ, *Myns. poſt alios ad princ. Inſtit. de Nup.
num. 7. Covar. in ep. Sponſal. par. 2. c. 3. §. Octavus. num. 1.* Quod † verum 3

Iur. Canon. diverſitas hac in re quatenus obtineat,

eſt eatenus ne nuptiæ jam contractæ reſcindantur, non tamen ut per hoc tollatur ordo adhibendi conſenſus paterni, *c. aliter. 30. q. 5. c. honorantur. 32. q. 5.* Nec mutat c. ſufficiat. *27.* q. *2.* nam quod ibi de ſolo ſponſi & ſponſæ conſenſu dicitur, ad excludendam concubitus neceſſitatem pertinet, *ut & in l. nuptias. de Reg. Iur.* Minuſque ad rem facit c. tua. de Sponſal. namque ibi conſenſus legitimus contrahentium intelligitur is qui interponitur adhibito conſenſu parentum. Sed neque obſtat c. pen. ex. de raptor. quia ibi modò definitur, raptorem non dici qui invitis parentibus cum muliere in matrimonium conſentiente rem habuit; eo enim caſu favore vitiatæ receptum eſt, matrimonium convaleſcere. Quod uſque eò admiſſum eſt ut poſt copulam ſponſalia ſecutam nulla reſciſſio admittatur, *Canoniſtæ. in d. c. ſufficiat. Weſ. in Com. h. t. num. 8.* Hoc ita, ſi & mulier permaneat in matri-
4 monij conſenſu. *d. c. pen. de rapt.* Sed nuptias de præſenti contractas † etiam ante copulam, non niſi ex juſta cauſa ſeparari poſſe magis eſt, *per*
5 *l. nuptias. de Reg. Iur.* Solam verò † reluctantis patris voluntatem nequaquam cauſam juſtam putamus, *Coſtal. hic. Schneid. in tit. Inſt. de Nupt. par. 2. num. 37. & Weſ. ib. in not.* qui ait hoc diſſidium parentum & liberorum ab ipſo Domino Chriſto probari, *1. Cor. 7.* Quod uſque adeò verum eſt, ut ſi pater nuptiis liberorum renuat conſentire, etiam officio magiſtratus ad hoc poſſit cogi, *l. capite. 19. inf. eod.* Cùm tamen
6 etiam in poteſtate conſtitutus ad contrahendum matrimonium à patre cogi non poſſit, *l. non cogitur. 21. inf. eod.* Si verò filia † minor *25.* annis patri eam elocare volenti conſentire nolit, ſed vitam ducere malit impudicam, rectè exheredari poteſt. Quod ſi poſt eam ætatem nubat, modò libero nubat, item ſi poſt eam ætatem peccarit in corpus, cum parentes ei de marito providere differrent, non rectè exheredatur, *tex. & DD. in Nov. 115. c. 3. §. ſi alicui.* Planè ſi ante eam æta-
7 tem quoque invito patre † nupſerit alicui libero & conditione pari, magis eſt exheredari eam non poſſe, quia is caſus Novellâ non conti-
8 netur, *vi. tex. in d. §. ſi alicui.* Nec mutat † in ceteris Ius Canonicum, quo cavetur, matrimonium ob diſſenſum parentum non vitiari: quia id benignè receptum eſt, ne perſonæ violatæ per eam rem injuria fiat.
9 Exheredationis igitur † facultas parentibus ſalva eſt, cùm conſtitutiones correctoriæ plerumque accipiantur ſtrictè. *Caſtr. ad l. ſi filiam. C. de Inoff. Teſt. Dec. ad l. nuptias. de Reg. Iur. Duar. ad tit. de Nup. c. 2. &*
10 *poſt eum D. Bronchorſt. Cent. 3. Enant. q. 2.* Nec his obſtat † diverſa Iaſonis & Coſtalij argutatio ex eo deſumpta, quòd & matrimonia libera eſſe debeant, *c. Gemma de ſponſal.* & conſenſus parentum juxta Canones non ita præciſè ad ea requiratur, *per doctr. Canon. in c. pen. de rapt.* (quod n. jure permittente fit, pœnam non meretur, l. 4. C. de Adult.) quia eorum ſententia tum demum obtinet, cum pater non habet legitimam reluctandi cauſam, aliàs contra, *l. 19. inf. eod. ubi vide noſtra.*
11 Filius verò licet † olim exheredari potuerit, ſi ſine conſenſu patris uxo-

rem

rem duxiſſet, *arg. l.3.§. ſi emancipatus. de Bon. Poſſ. Contra Tab.* hodie tamen non poteſt, cum hæc ſpecies Novellâ Iuſtiniani non contineatur. Denique & ſi ignoretur pater ſupereſſe, aut conjunctio † gra- 12
dus prohibiti alterum ſaltem contrahentium lateat, benigniùs intelli- *Ius Canon. diverſum.*
guntur & nuptiæ contractæ, & liberi juſti, *c.2.& c.ex tenore.qui fil.ſint leg.* Quod ipſum & ita Iure Canonico cautum eſt, cum ex authoritate juris noſtri parentes abſentes aliquanto tempore forent exſpectandi, *l. ſi filius. 11. inf. eod.* Illud quoque receptum † eſt, ſi patris conſenſus 13
nuptias ſequatur, retrotrahi illum, & ab initio cenſeri nuptias juſtas, *arg.l.5.C.eod.* nam cum id in pleriſque negotiis ita ſit, *c. ratihabitione. de reg. jur. in 6.* multò magìs in matrimonio, re tam favorabili, idem 14
erit. Nec † impedit *§.1*.Inſt.eod. ubi relatum eſt juſſum parentis præcedere debere, *arg. l. ſi quis mihi.§.juſſum.de Acq.Her.* id enim eò pertinet ut interim nuptiæ injuſtæ ſint, *arg. l. ſi quis mihi. §. juſsum de Acq.Her.* Magiſtratus verò ſponſalia contrahens in provincia cui præeſt,& in eadem,officio defunctus,manens,ſponſâ tum demum volente nuptias contrahit juſtas, & quidem ita, ut ab initio nihil actum etiam ſubſecutis nuptiis intelligatur, *l. eos qui,65.inf.eod.* Planè quod alij diſputandi cauſâ ex eo contendunt, liberos etiam † antè natos poſt 15
ſubſecutam patris ratihabitionem, illegitimos manere, & matrimonium non retrotrahi, probandum non eſt, *Bart.& Coſt.in l.Paulus.11. de ſtatu Hom.ſeq.Cujac.1.Obſ.11.* Argumenta enim eorum procedunt non accedente ratihabitione patris, eo enim ſequente diverſum eſt, *l. ſi ut proponis. 5. C.eod. l. dotis.69.de Iure Doti. vi. Dn.Lycklema lib,7. Memb. c. 18.* Vt ſc. aliàs quoque regulariter conjunctio ab initio minùs legitima, ſubſecutis nuptiis confirmatur, *l.cùm quis.14.C.de Nat. lib. c. tanta qui fil.ſint leg.* Nam & illud certum eſt, nuptias ſine conſenſu parentum contractas, licet injuſtæ ſint, tamen non reſcindi. *Paul. lib.2. Sent.tit.19.* idque cauſâ publicæ utilitatis. Vnde † quoque 16
maritus & uxor cenſentur, & hæc jure mariti adulterij accuſari poteſt, *l.ſi uxor.13.§.1.de Adult.* Quid ergo ſi nuptiæ injuſtæ probentur authoritate principali, an liberi † etiam ante nati ſint habendi juſti, Bar- 17
tolus Coſtalius non putant, *in d.l.11.* quia ſc. diſpenſatio rariùs retrotrahi ſolet, *c.ex inſinuatione.extra de ſimon.ſeq.Dec. in reg. quod initio. de reg. jur.* Quod verum eſt in conjunctione inceſtuoſâ & aliàs jure divino exſecrabili, *per rationem Baldi in auth. ex complexu.C.de Inc. Nup.* eò quod reſcripta Principum non extenduntur in odioſis, *c. odia. de reg.jur.in 6.junc.l.2.§. ſi quis à Principe. Ne Quid in Lo.Publ.* In reliquis igitur quæ ob defectum ſolennitatis, aliamvè prohibitionem canonicam aut civilem non ſubſiſtunt, contra dicimus. Quia in favorabilibus, quale ex ſententia omnium, eſt matrimonium extra cauſam inceſtus, benigniùs erit approbationem retrotrahi, *l.3. de Conſt. Princ. l. 4. de Iure Imm.* Idque ex manifeſta ratione *textus, in d. l. cum quis. 14.C.de Natur.Lib.* Et hoc moribus ſequimur.

Digitized by Google

Ad l. 3.

HÆc l. confirmat ſententiam Iuſtiniani, *in §. duorum. Inſt. de Nupt.* poſſe nimirum duorum fratrum liberos matrimonium inire. Quod verò hic dicitur, ſolum avum inter nepotem ex filio & altero filio neptem, authoritate ſuâ conſtituere matrimonium poſſe: ei repugnat l. oratione. *16. §. 1.* inf. eod. ubi dicitur unà & conſenſum filij requiri. Sed hoc ſi filius vivat, aliàs enim ſufficit conſenſus avi, *ut hic.* Quod tamen & non abſurdè referri poteſt ad excludendum conſenſum matris.

Ad l. minorem. 4.

MInor *12.* annis deducta in domum ſponſi tum demum legitima uxor erit, cum viripotens erit. *Vt hic.* Sed quæ ad hanc rem pertinent pluribus proſecuti ſumus ſuprà *ad l. 14. tit. 1. ubi vi. noſtra.*

Ad l. mulierem. 5. & ad l. 6.

1. Quomodo ſit accipiendum quod hic dicitur, mulierem abſentem in uxorem duci non poſſe, & num. 2. & 5.

3. Nuptiæ & matrimonium ut differant.

4. Illuſtratio l. 32. §. ſi mulier. de Don. Inter Vir. & Ux.

6. Quando Sponſus pro Vxore ſit.

7. Quando ſit idem ubi ex Statuto bonorum communio inter virum & uxorem obtinet, item ubi lucra dotalia alteri parata ſunt, & num. 8.

9. Quid ſit de Iure Saxonico in ea re.

1 QVod hic † refertur, mulierem abſentem in uxorem duci non poſſe, cum deductione in domum opus ſit, *ut hic. & l. ſancimus. 24. C. eod. l. cui fuerit. 15. de Cond. & Dem. fac. l. cum in te. C. de Don. ante Nup.* cum modo accipiendum; quoties videlicet conventio initur de nuptiis futuris, quam ſponſalia dicimus. Aliàs enim certum eſt nuptias ſolo conſenſu perfici, *l. cùm hic ſtatus. 32. §. ſi mulier. l. pen. in princ. de Don. inter Vir. & Vx.* & matrimonium igitur perfici ſine deductio-
2 ne poſſe, *ut hic. in l. 6.* Ita tamen ut ſi ſponſalia inter † abſentes contracta ſint, vir quidem abſens domo per alium uxorem domum ducere poſſit, abſens mulier in domum mariti qui domi ſuę ſit duci non poſſit,
3 *Paul. 2. Sent. tit. 19. §. penult.* Denique nuptiæ propriæ ſunt ineundi † matrimonij ſolennitas, matrimonium conventio ſeu contractus ipſe. Vnde Gajus *lib. 1. Inſt. tit. 4.* alternativè ait: *Legitimæ ſunt nuptiæ, ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus, vel conſenſu ducat uxorem.*

Quod

Quod ipſum & dubitandi † rationem tollit in d. l. *32. §.* ſin mulier. de Don. inter Vir. & Vx. ubi quærebatur, An quæ ſolo conſenſu habebatur, ſine deductione in domum mariti facta, pro uxore eſſet. Hoc 4
tamen omne ita, conſideratione † habita peculiaris illius diſtinctionis, 5
cùm interim conſenſus utriuſq; matrimonij cauſa efficiens ſit ſemper, *d. l. nuptias. de* Reg. Iur. *& d. l. cui fuerit. 15. de Cond. & Dem. Duar. ad tit. de Nupt. c. 2.* Planè ſponſalibus † contractis, etiamſi deductio in domum 6
mariti vel nuptiæ ipſæ needum intercesſerint, in nonnullis tamen ſponſus pro marito & vice verſa habetur, *l. Lex Iulia. de Fun. Dot. l. item apud. 15. §. ſponſum, de* Injur. *l. ſi uxor de Adult.* Sed hoc admiſ- 7
ſum non † eſt quoties maritus ſtatuto municipali lucratur dotem, vel bonorum communio ipſo matrimonio inducitur, aut denique quo conjux conjugi ſuccedit in partem bonorum. Neque enim tum aliter conjux intelligitur, quam ſi matrimonium vel concubitu vel cohabitatione ſit inceptum. Cum quia ſtatuta plerumque non extendimus ultra ſtatuentium intentionem; tum quia beneficia illa ferè conferri cenſentur pro oneribus matrimonij, quæ tamen nulla intelligi queant, matrimonio needum conſummato, *Salic. in l. cum in te. C. de Don. Ante Nupt. Panorm. in c. ex publico. de converſ. conjug. Schneid. ad* Inſtit. *tit. de Succeſſ. ab* Inteſt. *c. de Succeſſ. inter Vir. & Vx. num. 20. & 21.* Quanquam

De Conſuetudine lucri bonorum communium aut dotis, quid in hac re obſervandum.

matrimonio jam † coram eccleſiâ perfecto, aut muliere in domum 8
mariti traducta, imo etiam nuptiis præſenti conſenſu perfectis, etiamſi concubitus aut deductio needum ſit ſecuta, dicamus diverſum, *tex. elegans in l. nuptias. de* Reg. Iur. *l. ſancimus. 24. verb. ex quo vota nuptiarum re ipſa proceſſerint. C. de Nupt.* Idque & receptum eſt, & innumeris 9
Superiorum Curiarum judicatis continetur, *Dn. Nieuſt. in Obſerv. Rer. Ind. Holl. Zel. & Friſ. c. 15. 16. & 17. Adde Gail. 2. Obſ. 80. num. 4. & ſeqq. Afflic. deciſ. 61. num. 5.* Et in hanc ſententiam tandem Salicetus deſcendit, ductam videlicet conjugem, etiam ante copulam decedentem, communionem bonorum ex pacto vel conſuetudine debitam adipiſci. *poſt long. diſp. ad l. cum in te. circa fin. C. de Don. Ante Nup. Ant. Gamma dec. Luſit. 124. & 487.* Ius tamen Saxonicum ſingulatim ingreſſum thori requirit. *Weſ. ad tit. de Sponſal. num. 7. Schn. ad §. fuerat autem. num. 109. Inſt. de Act.*

Ius Saxonicum diverſum.

Ad l. ſi filius. 11.

Vi. noſtra ſupra in l. 2. eod.

Ad l. oratione. 16.

§. Nepote.] Ad hunc §. vide noſtra ſupra ad l. 3. quæ ſolet opponi.

Ad l. capite, 19.

1. *Patrem cogi poſſe etiam invitum filiam elocare & dotare. & num. 2.*

3. *Quid ſi nupſerit filia patre invito ſine judicis authoritate, an nihilominus ſit dotanda.*

4. *An filia invito patre nupta ob hoc exheredari poſſit.*

5. *An pater etiam filiam divitem dotare cogatur.*

6. *Num avus paternus patre divite exiſtente nepotem dotare cogatur.*

7. *An dotare cogatur pater filiam naturalem.*

1 NOtanda omnino hæc † lex eſt, quâ cavetur, non adeo extendi patriam poteſtatem, ut liberos inire matrimonium volentes avertere ſine ratione poſſit. Amplius etiam invitum patrem officio magiſtratus teneri ad dotandum, *per hunc tex. fac. l. ult. §. utramque C. de Dot. Prom.* Reſtringit igitur hæc lex omnes ceteras, uti & ſtatuta & conſuetudines, quæ conſenſum parentum nuptias præcedere volunt. Nam ſi reſiſtant liberis ſine ratione, adeoque ceſſent iis matrimonio providere, non ſunt audiendi, ſed cogendi & elocare liberos, & dotare. Quibus conſequens eſt, eas quoque Leges & ſtatuta hoc textu
2 reſtringi, † quæ ob matrimonium contra conſenſum parentum initum
3 exheredationem permittunt, *Coſtal. hic.* Sed quid ſi filia nupſerit † quidem invito patre alicui conditione pari, non tamen authoritate judiciali, an nihilominus filia dotanda ſit? Panormitanus diſtinguit, utrum ipſa ſponſo dotem promiſerit an minus: priori caſu illum teneri, poſteriori non item. *in c. 1. de deſponſ. imp. Coſt. hic.* Atque his ferè Covarruvias conſentit, *in epit. de Sponſal. in 2. parte. c. 3. §. 8. num. 7.* Benignius tamen id arbitrio judicis relinquitur, ut ſi parens bonarum facultatum ſit, & reluctandi juſtiſſimam non habeat cauſam, dotem utroque caſu cogatur dare, aliàs non item. *per hunc tex.* Idque Immolæ viſum eſt *in c. accedens. de procur. & Alex. in l. 1. num. 32. Sol. Matrim* Licet enim adverſetur ei, non tamen meretur pœnam, *arg. l. etſi quis. §. Divus de Re Iud.* Quid ergo, an ſi patre invito matrimoninm ineant, eam ob cauſam exheredari † poſſint, & hoc caſtrenſi viſum eſt, *arg.*
4 *Auth. ſed ſi poſt. C. de Inoff. Teſt. deſumpta ex Nov. 115. c. aliud quoque. & l. 3. §. ſi emancipatus. Caſt. in l. ſi filiam. C. eod.* Idque ceteris ita admiſſum eſt, ſi contrahatur cum indigno, *gl. in c. raptoribus. 36. q. 1. Bal. in l. nec filium. C. de Nup.* Moventur d. l. 3. §. ſi emancipatus. *verb. nam etſi tam ignominioſam duxerit uxorem.* Sed utrumque hoc ceteri improbant, cum, quo ad filium hæc cauſa exheredationis jure Novellarum non contineatur, & pœnam adeo non mereatur quod fit jure permittente, *l. 4. C. de Adult.* Et verò d. l. 3. ad jus vetus pertinet. Quantum autem ad filiam attinet, verius eſt eam exheredari non poſſe, præterquam ſi ante 25. ætatis annum in corpus peccarit differente eam patre elocare, alias

aliàs non item. Neque enim interpretum authoritas adverſus jus ipſum quicquam valet, ut omnino fruſtrà hæc & ejuſmodi à DD. noſtris in dubium trahantur. At cum pater etiam ad dotationem † filiæ cogatur, rectè quæritur, an id etiam ad filiam divitem pertineat,idque 5
nonnullis viſum eſt, *Ripa. in l. 1. n. 54. Sol. Matr. Socin. Iun. ib. n. 157.* eò quod patri id neceſſariò incumbat, *ut hic & l. ult. C. de Dot. Promiſ.* Accedit quod dos & donatio propter nuptias legitimæ comparantur, *l. quoniam C. de Inoff. Teſt.* Legitima verò liberis relinquenda indiſtinctè eſt, *d. Nov. 115. c. 3.* Bartolus *in l. mulier. §. cum proponeretur. Ad SC. Treb.* Alciatus *in l. 1 num. 65. Sol. Matrim.* Duarenus *c. 3. eod. tit.* contra, quia pater filiam divitem alere non cogitur, *l. ſi quis à liberis. de Lib. Agn.* Iam verò alimentorum & dotis eadem ratio eſt, ergo & idem jus, *arg. l. illud. Ad L. Aq.* & hoc igitur magis eſt, & praxi receptum. Nec obſtat hic textus quia is regulariter obtinet, puta ſi filiæ de bonis in dotem dandis non ſit proſpectum. Minuſque ad rem facit d. l. ult. C. de Dot. Prom. quia ea potius hanc ſententiam confirmat, eò quod ibidem in caſu quo filia dives eſt, dotis promiſſio à patre facta liberalitas dicitur. Num verò filio divite † exiſtente paternus avus 6
neptem ex filio dotare cogatur, quæritur, & hoc Socino ſeniori placuit, *in l. 1. num. 49. Sol. Matrim. & Socin. Iun. ib. num. 190.* Moventur arg. l. dedit dotem. de Dot. Coll. ubi id avus debere propter filium dicitur, & l. ult. C. de Dot. Promiſſ. ubi id omnino paternum officium eſſe relatum eſt. Diverſum tamen obtinuit, cum filio & patre pariter ſuperſtite, id officium magis patris quàm avi eſſe, certiſſimum ſit, *l. 5. §. ſi filius. 10. de Iure Dot. Comm. dic. Socin. ſen. d. lo num. 192. Menoch. poſt alios lib. 2. Conſil. 183. num. 14.* Nec ad rem faciunt argumenta opinionis diverſæ, quia d. l. dedit. non aliter accipienda eſt quàm in ſpecie ejuſdem, nimirum ubi avus filij nomine ultro dotem dedit. Reliqua verò generalia ſunt, & re ipſâ ad patrem magis quam avum pertinent. Vtrum verò pater etiam dotare teneatur † filiam naturalem quæritur, 7
dubium movet quod ad eam alendam tenetur, *Novell. 89. §. pen.* Diverſum tamen magis dicimus, cum ab alimentis ad dotem argumentatio perpetua non ſit, eò quod dotandi neceſſitas utcunque à jure familiæ dependet, cui filia naturalis non cenſetur ineſſe.

Ad l. ſciendum. 20.

CVrator, qui non tam † intelligitur datus perſonis quam rebus, nu- 1
ptias adultæ impedire non poteſt, *hic & l. in copulandis. C. eod.* Tutorum igitur † authoritas, quia illi perſonis dantur, in ſponſalibus, pau- 2
lò amplior eſt, *arg. l. 1. C. eod.* Vt & moribus hodiernis † cum ex con- 3
ſuetudine & Conſtitutionibus imperij politicis iidem maneant curatores, qui fuere tutores, eorum authoritas etiam latior quam antè cenſenda ſit, ita ut tantum iis ſaltem tribuatur, quantum deberetur matri, *arg. d. l. 1. C. eod.* Quod hodie fere Conſtitutionibus Synodalibus continetur. *Conſuetudinum diverſitas.*

4 tinetur. Sed in his explicandis pro regula † ſervandum eſt, ut in du-
bio ſemper redeamus ad latiores Iuris Communis (quod in hac parte
ſequimur) receſſus, de quibus vide noſtra ſupra *ad l.2.eod.tit.* Maximè
ſi agatur de matrimonio diſtrahendo, cum ſtatuta adverſus matrimonij
libertatem inventa non ſubſiſtant, *arg. c. 1. de ſponſal. Gail. 2. Obſ. 98.*
n.2. Adde his noſtra ſupra *ad l.2.prope fin.eod.*

Ad l. ſi patre. 22.

1. *Nuptiæ metu reverentiali initæ an infringātur, et 2. et 6.*
3. *Quid de metu juſto, & num. 4. & 5. & 7.*
8. *Quid ſi poſt nuptias metu contractas copula accedat.*
9. *Quid ſi contractum ſit dolo.*

1 SI liberi cogente patre † nuptias ineant, non infringuntur quaſi con-
tractæ metu, quia ob affectum & ſollicitudinem paternam cenſen-
2 tur conſenſiſſe, *tex hic.* Si tamen conſtanter adverſentur, audiendi †
ſunt, nec cogendi, *l. 12. C. eod.l.prox.ſup.b.t.* Planè ſi juſtus interve-
3 niat † metus, magis eſt, contractu qualicunque tali nihil actum ipſo
jure fore, *c. veniens.extra de ſponſal c.2. de eo qui dux. in matrim. quam*
4 *poll.argum.l.Titia.134. de V. Obl.* Licet v. negotia cetera metu † inita
ſubſiſtant, ut omnino reſciſſione ſit opus, *tot. tit. D. & C. Quod Met.*
Cauſ. in matrimonio tamen id non ita eſt, quia ad id libertas etiam
ſumma requiritur, *c. cum locum. de ſponſal.* Metum verò & hic accipi-
mus qui cadat in virum conſtantem, *per tex. & not. in l. metum. Quod*
5 *Met. Cauſ.* Modò id ita reſtringatur, ut femina etiam minori metu
coacta, ſi ſaltem tantus ſit ut bona ratione feminam angat, negotium
infringat, cum minùs conſtans illa cenſeri debeat ob ſexus fragilita-
tem, *gl. in d.c.cum locum verb.metus. Gail.2.Obſ.93.num.8. & 9.* Neu-
6 trius tamen metus † ad reverentialem patri debitum referendus eſt,
per hunc tex. & arg. c. veniens.2. extra de ſponſal. in fi. Niſi puta pater
7 quoque alterutri † violentiam adhibeat, *arg. l. prox. ſuprà l. nec filium.*
12. C. eod. Aut graves etiam ob minas non conſenſiſſet, tacuiſſet ta-
men, *Panorm. in c. nonne. num. 1. verſ. debet ergo. de Præſump. Felin.ib.*
8 *num.8.* Hæc omnia ita † niſi copula ſecuta ſit carnalis, quo caſu metus
omnis poſteriori conſenſu cenſetur purgatus, *c. ad id quod. extra de*
ſponſal. Quod ſi verò mulier per vim cum aliquo rem habere coacta
ſit, contractus nihilo magis ſubſiſtet; *c. conſultationi eod.tit.* Ad dolum
9 quod attinet, receptum eſt & rationi † conveniens, eum non tam fa-
cilè matrimonium vitiare, ut ſi quis prætextu divitiarum aut honoris
ad matrimonium ab altero ſit allectus, *fac.l.pen §.1.C. de Repud. junct.*
l. humilem. C. de Inceſt. Nupt. Niſi ſaltem dolus ita prebetur matri-
monio

Digitized by Google

monio † cauſam dediſſe, ut appareat partem alterutram in matrimo- 10
nium necdum conſenſiſſe, *c. tra. 26. extra de ſponſal.* verbi gratiâ, ſi quis inductus ſit perſonam aliquam ducere, ejuſque loco altera ſubſtituatur. Quanquam in dubio, niſi gravis omnino cauſa obſtet, pro matrimonio reſpondere melius ſit, *cum per vulgata, tum arg. d. c. tua. in verb. videtur pro conjugio præſumendum. junc. verb. quod qualiter tibi conſtiterit, non videmus.*

Ad l. in liberæ. 24.

1. *An & quatenus matrimonium in liberæ mulieris conſuetudine ſit præſumendum, & num. 2.*
3. *Iure Canonico an hic aliquid ſit diverſum, et n. 4.*

IN liberæ mulieris † conſuetudine non concubinatus, ſed nuptiæ in- 1
telliguntur, modo ſit honeſta, *ut hic. & l. ſi vicinus. C. eod.* Niſi tamen
vir † contrarium proteſtatus ſit teſtato, mulierque hoc modo conſue- 2
tudinem inierit, *l. in concubinatu. 3. inf. de Concub.* Nam ſi eam ſine teſtatione ejuſmodi domum receperit, & eam habere recuſet, ſtuprum
commiſiſſe cenſendus eſt, *d. l. 3.* Iure tamen Canonico † diverſum ob- 3
tinuit, ita ut, niſi nuptiarum ſolennitas accedat, potius concubinatus cenſeatur, *not. gl. & Canoniſtæ ad c. illud quoque. de præſump. Felin. in c. per tuas. in fi. de Probat. Weſenb. conſil. 44. num. 28. 39. & 30.* Quid ergo,
cum fieri poſſit, † ut de ſolennibus ritu eccleſiæ celebratis non conſtet, 4
dubitetur tamen an matrimonium interceſſerit, an tantundem ex Iure Canonico ſit dicendum, & liberi illegitimi habendi, idque Alciato viſum eſt, *de præſumpt. Reg. 3. præſump. 1. n. 77.* Ceteri plerique contrà, *Menoch. lib. 1. conſil. 60. num. 12. Natta conſil. 421. num. 9. Dec. ad l. ſi emancipati. num. 9. C. de collat.* Movet eos quod aliàs quoque liberi in dubio legitimi cenſeantur, *l. miles. §. defuncto. de Adult.* Quodque is qui eos illegitimos dicit, ad onus probandi tenetur, *c. lator. qui fil. ſint legit.* Præterea quod in dubio præſumptio ea eligenda ſit quæ delictum excludit, *fac. l. merito. pro Soc. & per tradita Bartoli in l. non ſolum. §. ſed ut probari. num. 5. de Op. Novi Nunc.* Et quidem hæc ſententia cum benignior ſit, eligenda eſt, *l. benignius. de LL.* Nec ad rem faciunt argumenta ſententiæ diverſæ, nam quod dicimus ut filius legitimus cenſeatur, neceſſe fore ut ex legitimo matrimonio ſit natus, *l. filium. de His Qui Sui Vel Al. Iur. Sunt.* id ad rei ſubſtantiam pertinet, non etiam ad eum caſum quo dubium eſt, an matrimonium interceſſerit an minùs. Vt neque illud ad rem facit, quod ſolennibus eccleſiæ omiſſis contubernia vel ſtupra præſumantur, *c. aliter. 30. q. 5.* namque id tum obtinet cum conſtat contractum matrimonij non interveniſſe.

Digitized by Google

Ad l. plerique. 33.

VIde quæ poſuimus infra *in l. ſi mulier. 19. Sol. Matrim. ubi & hæc allegata eſt.*

Ad l. generaliter. 34.

MAtrimonii contractus talis eſt, ut ſinè ſpeciali mandato in certam perſonam de certa perſona eligenda, per procuratorem non ineatur, *ut hic.*

§. 1.

1. Ream adulterij qui poſtulavit rectè eandem in uxorem ducit.

2. An vitiata ab alio pro virgine ducta, matrimonio contracto repudiari poſſit. et num. 3. 4. 5.

1 QVam quis ream † adulterii poſtulavit eandem poſt abolitionem in uxorem ducit rectè, idque ſive eam jure mariti poſtulaverit, ſive minùs, *tex. hic. vi. l. 2. & tot. tit. C. de Abolit.* Sed quid ſi quis vi-
2 tiatam † ab alio id ignorans, pro virgine duxerit, cum eâve ſponſalia iniverit, an matrimonium ob hoc queat reſcindi? magiſque eſt reſciſſionem non eſſe: ratio eſt, quia adulterii aut ſtupri eam maritus accuſare non poteſt, *l. ſi uxor. 13. §. ſi quis 6. de Adult.* multoque minùs eam poterit repudiare. Nam cùm Lex ibi non diſtinguat, nec diſtinguendum nobis eſt. Accedit ratio publicę utilitatis, eò quod plurimum interſit reipublicæ, & vitia occulta cælari, & matrimonia potius conſervari quàm infringi, *l. conſtante. 26. de Adult. junc. l. pen. C. de Repud.* Neque maritus etiam deſeri ob hoc poſſet, ſi ante cum alio rem habuiſſet, qui tamen adulterii reus poſtulari poſſet, ſi id factum foret matri-
3 monio conſtante. Quamobrem Iure † Canonico cautum eſt diſerte, mulierem ob vitium ante ei illatum, non repudiari. *c. quemadmodum. ex. de jurejur. fac. c. 1. & 2. 29. q. 1.* Nec movet † Lex Moiſæ *Deut. 22.*
4 qua cavetur, mulierem quæ virgo non deprehenditur, occidendam, cum quia ea non ſervatur moribus noſtris, tum quia non quodvis delictum quod extremum ſupplicium meretur, pœna non ſecutâ, ma-
5 trimonium ſolvit. Parum quoque ad † rem facit l. ex empto. *11. §. ſi quis virginem. de Act. Emp.* ubi muliere vitiatâ emptâ cum virgo putaretur. contractus reſcinditur: quia à reſciſſione cujuſvis contractus ad reſciſſionem matrimonij bona conſequentia non eſt. Sanctius enim hujus vinculum eſt; quippe de quod Dominus ipſe ait, quod Deus conjunxit homo ne ſeparet. Sed neque illud obſtat quod dicimus conjugium dolo malo initum infringi, *c. tua. 26. in fi. de ſponſal.* quia hic dolus, ſi quis pro re nata interveniſſe cenſeri queat, incidit in ipſum contractum; eoque, licet in ceteris negotiis damnum pecuniarium ex eo

acce-

Digitized by Google

acceptum vindicetur actione obligationis ipſius, *l. 7. §. non ſolum. de dolo. cum ſim.* id tamen in propoſito non ita eſt, quippe cùm hic nullum damnum pecuniarium verſetur. *vt. D. Weſenb. in Comm. h. t. num. 8.* Licet illud conſtet, errorem in perſona hunc contractum vitiare ſtatim ipſo jure, *c. tua. 26. de ſponſal. c. 1. 29. q. 1.*

Ad l. tutor. 36. & l. 37.

TVtor aut curator † pupillam vel adultam ducere uxorem nequit, *ut hic & l. 66. inf. eod. tot. tit. C. de Interdic. Matrim. Inter Tut. & Pupill.* 1
Quod non † ſolùm de tutore ipſo, ſed & filio ejus, & heredibus quoque extraneis accipiendum eſt, *l. 1. d. tit. C. l. libertum. 64. §. 1. inf. eod.* itemque curatoris libertis. *l. 37. hic.* 2
Hoc ita † niſi cui omnium horum jam antè à patre vivo deſponſa ſit, vel teſtamento etiam, *ut hic.* 3
Sed neque l. hæc obtinet poſt *25.* ſecutumque utilem annum, pariterque redditas rationes, *l. 6. & 7. d. tit. C. de Interdic. Matr.* Tutor tamen † filiam ſuam adulto deſpondere poteſt, *d. l. 64. §. fin. inf. h. t. l. curatorem. 5. d. tit. C.* 4
Vt & ſi ordinariam tutelæ vel curæ adminiſtrationem † non habuerit, hæc l. ceſſat, *l. ult. C. eod. tit.* 5
Denique annotatum eſt, omnem prohibitionem † matrimonii inter tutorem ſeu reliquos ipſi conjunctos & pupillam, Iure Canonico prorſus ceſſare, *Coſtal. hic poſt Panor. in c. 1. ex. de ſponſal.* 6 *Conſuet. diverſa.*
Quod quidem ut non ita diſertè & generatim cautum ſit, moribus tamen hujus ſeculi ſequimur. *Wurmſer. in Obſ. Pract. tit. de Matrim. Obſ. 2. num. 1. & 2. ſeq. Roſbach. lib. 1. differ. Iur. Civ. & Can. tit. 4. num. 20. poſt Panor. in c. ult. n. 2. ex. eod.*

l. eos qui. 65.

Relata eſt ſupra in noſtris *ad l. 2. h. t.*

Ad l. libertum. 64.

Vi. noſtra ſuprà in l. *36.* eod.

l. 66.

Relata eſt ſupra in noſtris ad l. *36.* h. t.

De Iure Dotium.

TIT. III.

1. *Dos an ſit jus univerſale, et num. 2.*
3. *An dotis poſtulatio libellum univerſalem admittat.*

QVæſitum eſt † an dos ſit jus univerſale, quod pleriſque viſum eſt, *Bart. ad rub. Sol. Matrim. num. 17. communem dicit Ripa ib. n. 43. Menoch. lib. 3. conſil. 21. num. 25.* 1
Idque probatur ex eo, quòd dos † interdum pro univerſitate cenſetur, *l. 1. §. ſed quod diximus. de Dote Præl.* & à corporibus ſeparatur, *l. quod dicitur. inf. de Impenſ. in Res Dot.* Vnde 2

& augmentum & diminutionem, ſicut cetera jura univerſalia recipit, *vi.l.5.§.ſed ſi impenſis. l.ſi marito. §.fin. inf. Sol. Matr. l.etiam C. h.t. l. peculium naſcitur. de* Pecul.*ſupra.* Sed Baldus *in l.1.Sol. Matrim.* Caſtrenſis *in rub.eodem.* contra, eò quod dos dicatur dari & vindicari, *l. ſi dedit dotem.inf.de Coll. Bon. l.in rebus. C. de Iure Dot.* quia puta id juri incorporali vix convenit, *l. ſervus.§. incorporales. de Acq. Rer. Dom.* Item quia dos, ſublatis corporibus extinguatur, *l.plerunque. h.t. infra.* quod tamen in univerſalibus diverſum eſt, *l. hereditas etiam. de Pet. Her. l.peculio. de Pecul.* ſique quæ alia ſunt ejuſmodi. Et quidem ſententia eorum vera eſt reſpectu rerum quæ doti conſtituuntur; reſpectu
3 juris, ſententia prior. Perinde, Libellum generalem † in dote obtinere Bartolo viſum eſt, *in rub. Sol. Matrim.col.pen.*& pleriſque probatum *Ripa ib.num. 47. DD. in l.1.de Eden.* Moveatur iis quæ nos ſupra *num.1.* poſuimus. Caſtrenſis tamen & Cumanus contra *ad hanc rubr.* quia libellus univerſalis regulariter non admittatur, & deliberare adeo reum oporteat ex intentione ejuſdem, cedere ne an contendere velit. *l.1. de Eden.* Sed & hoc verum eſt, ſi certum aliquid doti ſit cautum, ut tamen dotis cauſa una exprimatur. Sunt tamen & ſpecies complures quibus libellus generalis in dotis cauſa ſimpliciter admittendus eſt, ut cum dos ſine deſignatione quantitatis aut rei cauta eſt, *l. cum poſt.69. §. gener de Iure Dot. ubi vi. noſtra.* aut needum aliqua cauta. *l. capite. de Ritu Nupt.* aut omnia bona, parſve eorum certa in dotem ſit data, *l.nulla.C.eod.*

Ad l. profectitia. 5.

1 Princ.& quod ſi quis.2.] PRofectitia † dos eſt quæ à patre profecta eſt de bonis vel facto ejuſdem, *tex. hic.* Sed & ſi tertius patri donaturus, filiæ dotem dederit, profectitia cen-
2 ſetur, *ut in §.2.hic.* Quod ſi non † patris reſpectu data ſit, ſed filiæ intuitu & patri tradita vel cauta ut filiæ eam daret, magis adventitia cenſetur. *§.ſi quis certam. 9. in ead hac l.* Quemadmodum cenſeretur, ſi
3 à patre ipſo filiæ † emancipatæ non data ſit dos, ſed quod debebat ei, in dotem promiſiſſet. *§.ſi pater.11. inf. in ead. hac l.*

Ad §.Papinianus.2.

1. *Pater curator filiæ ſui juris in dubio cenſetur de ſuo dotaſſe. et num.2.*
3. *Quando id ceſſet.*
4. *Quid juris in patre naturali.*
5. *Quid juris ſit de extraneo dotante, et n.6.*
7. *Quid ſi curator aut tutor dotem promiſerit, et num.8.*

Pater

PAter curator † filiæ ſui juris effectæ, qui dotem pro ea conſtituit, 1
magis id uti pater de ſuo quam curator de re filiæ feciſſe cenſetur. *ut hic.* Quem textum Baldus mirabilem cenſuit, cùm aliàs geſtor nomine ejus cujus res adminiſtrat, expendens, id ex patrimonio ipſius facere cenſeatur, adeo quidem ut & interdum ex eo tollatur præſumptio pietatis. *l. Neſennius.34 de Neg. Geſt.* Sed hæc ſententia in patre ſin- 2
gularis † eſt, idque ſummo dotium favore. *ut hic per DD.* Niſi ex-
preſſe ſit † actum, ut è bonis filiæ præſtentur, & ea ſufficiant conventę 3
quantitati, nam ſi verba ambigua ſint, de ſuo eam erogabit. *l. ult. C. de Dot. Promiſ.* Hoc tamen in patre † naturali non protinus ita foret, *l.* 4
uxorem.41.§.pater. de leg.3. De extraneo dotante quæſitum eſt, An 5
à muliere repetere † tanquam negotiorum geſta poſſit, quod dicendũ non eſt, niſi de mandato conſtet, aut tutor vel curator ſit, *l. cum poſt. §.1. & in fi. inf. de Adm. Tut.* idque ita ob cauſam pietatis, quæ ſcilicet conſtituit ſummum dotium favorem, *l. cùm is. § mulier. de Condict. Indeb.* Si tamen promiſſor idemque debitor mulieris doti promittat † 6
quod debet, compenſaſſe intelligitur, *arg. d. § mulier.* Idque & Bartolo viſum eſt, *in l. uxorem. §. pater. de leg.3.* & Coſtalius ſequitur, *ſupra in l. Neſennius. de Neg. Geſt.* Quod ſi curator aut † tutor promiſerit, et- 7
iamſi ultra vires facultatis Pupilli promiſerit, reliquum per errorem caviſſe cenſetur, niſi contrarium probetur. *tex. in d. l. cum poſt. 43. de Adm. Tut.* Ergo & idem erit in matre curatrice, cum & hæc extranea ſit, *l. un. § accedit. 13. verſ. extraneum. C. de Rei Ux. Act.* Nam & ipſi 8
conjugi ſuccurritur † majorenni, ſi in dote danda ſit circumventa. *l. jure. prox. §. fi. inf. h. t.* ubi vide noſtra.

Ad l. jure. 6.

AD princip. hujus l. de dote redeunte ad patrem vide noſtra latè infra, *in l. ſi is qui. 56. eod. & in l 2. §. 1. Sol. Matrim. inf.*

§. fin.] Si alteruter conjugum in dote danda ſit circumventus †, et- 1
jam majorenni ſubveniendum eſt ne alter locupletetur cum damno alterius, *ut hic.* & *l. ſi res æſtimata. 12. §. 1. inf. eod.* maximè ſi acceſſerit mariti dolus, *l. ſi circumſcripta. C. Sol. Matr.* Illud quæritur an † id 2
ita demum obtineat, ſi circumventio dimidium excedat, quod Saliceto placuit, *in d. l. ſi res. §. 1.* & Fulgoſus probavit, *in l. 2. num. 2. C. de Reſc. Vend.* moventur *l. ſi voluntate. 8. C. eod. l. in cauſa. 16. §. idem Pomponius. de Minorib. Gabriel. in com. concl. tit. de emp. & vend. concl. 1. num. 33. Pinel. in d. l. 2. par. 1. c. 1. num. 9. 18.* eò quod nulla hic læſionis tantæ mentio fiat. Idque probabilius eſt, cum repetitionis hujus cauſa ſit vel error facti unius, vel dolus alterius. Planè quod diverſæ ſententiæ authores † id quidem in caſu doli admittunt, in ceteris minùs, omni 3
ratione caret, cum error facti per ſe repetendi cauſa juſta ſit, *tot. tit. ff. & C. de Cond. Ind. & de Iur. & Facti Ign.* argumenta verò oppoſita in caſu venditionis propriæ procedant, in qua naturali ratione deceptio

aliqua permiſſa eſt. Itaq; magis eſt hunc textum & ejuſdem argumenti ceteros, in dotis æſtimatione ſingularem eſſe, Et hæc ſententia deciſionibus Afflicti continetur, *deciſ. 270. num. 3. & num. ult. poſt Azon. in Sum. C. h. t. num. 3.*

Ad l. ſi ego. 9.

PRincipium hujus legis refertur infra in noſtris, *ad l. 2. §. ſi pecuniam.* de Donat. ubi vide,

§. Si res] Relatus eſt in noſtris infra *in l. fundi. 33. de Acq. Rer. Dom.* quæ videtur obſtare. Solution. vide ibidem.

Ad l. plerumque. 10.

QVæ ad commodum damnum & periculum rei æſtimatæ in dotem datæ pertinent fuſiùs tractamus ſuo loco. *in l. 1. §. 1. de Æſtim. Act.* Quibus addi poſſunt noſtra *in l. 4. & l. 11. ſupra. de Reb. Cred.*

Ad l. ſi res. 12.

§. 1. 2. & ſeq.] Pertinent ad ea quæ nos ſupra *l. 6. §. fin. ſup. eod.*

Ad l. ſi mulier. 13.

Vide noſtra infra *in l. 19. Soluto Matrim.* ubi eadem hæc allegatur.

Ad l in rebus. 17.

Vide noſtra infra in l. ſtipulationem. *21.* eod. ubi & hæc relata eſt.

Ad l. ſtipulationem. 21.

1 STipulatio dotis tacitâ conditione fit, ſi nuptiæ ſequantur. Non ſecutis igitur † his, neque dos debetur, *ut hic. & l. non enim. 37. inf. eod.* Adeo quidem ut & ſi res æſtimata doti dicta ſit, nuptiis ceſſantibus,
2 non æſtimatio ſed † res tradita repetatur, *l. in rebus. 17. §. ſi re. ſup. eod.*
3 Quid ergo ſi nuptiæ ſequantur † non tamen dos præſtetur, an uxor idcirco expelli domo poſſit? ſed hoc dicendum non eſt ut rectè Covarruvias annotat, *in epit. Sponſal. par. 2. c. 7. num. 2.* & Fachinæus ſequitur, *lib. 3. Contr. c. 48.* Nam quod alii diverſum diſputant, *Panor. in c. per veſtras. de don. inter vir. & ux. Salic. in l. quod uxorem. C. de Neg. Geſt.* ſatis abſurde contenditur, *ex l. ult. C. ad SC. Vell. & d. c. per veſtras.* quibus refertur committendum non eſſe ut mulier indotata ſit, ne à marito expellatur: id enim ad expulſionem facti pertinet, & ad diſſidia
4 quæ inde, nequaquam verò ad permiſſionem juris. His conſequens ex
Ius Can. ſim. Iure Canonico † eſt, ut profeſſio monaſtica eodem propè cenſeatur jure, quo dos matrimonio non ſequente, puta, ut ingreſſus monaſterium ante profeſsionem factam reſiliens, recipiat ea quæ collegio contulit,
5 *c. quod à te. de cler. conjug. ubi latè Panor. col. 2.* Vti nec † beneficia quæ idem antè habuit non dicuntur omnino vacare ante ſuſceptā profeſsionem. *c. beneficium. de regular. in 6.* Hoc ita niſi ſolenniter & expreſsè renunciaſſet. *c. 3. & ibi Panorm. de renunt.*

Ad l. ita conſtante. 26.

Hæc l. relata eſt in noſtris infra, ad l. *54.* eod. ubi vide.

Digitized by Google

Ad l. cum pater. 29.

1. Res eadem legata & in dotem data an bis debeatur.
2. Conciliatur huic textui, l. 12. de Probat.
3. Legatum bis relictum quatenus debeatur.

PAter qui pro filia † dotem promiſit, eam deinceps marito ejus inutiliter legat, eò quod debitor creditori legare non poteſt. Si tamen filiæ legetur, legatum ſubſiſtit, eò quod dos ex promiſsione debeatur marito, ex legato filiæ. Duplicatam tamen rem filia non habebit, niſi patri id animo fuiſſe probet. Quod ſi non fiat, filia legatum petens cavebit heredi, eum indemnem adverſus maritum futurum; idque obtinebitur exceptione doli. Si maritus ipſe agat, nihil cavebit heres, ſed mulieri quandoque legatum petenti exceptio obſtabit. Idque omne & rationi convenit & expeditum eſt, *per hunc tex.* Hoc difficultate non caret, quod dicimus filiæ probationem incumbere de duplicata patris voluntate. Obſtat enim † l. quingenta. *12.* de Probat. ſupra: ubi repetito bis legato quantitatis ejuſdem, duplicatum intelligitur, niſi heres ipſe probet teſtantis judicium diverſum. Sed hoc in legato ejuſdem tituli eodem inſtrumento repetiti, in quo faciliùs præſumitur teſtatorẽ rem duplicatam voluiſſe, quam ubi quis de re eadem diverſis titulis & inſtrumentis cavit. Quod facilius hic quam in oppoſito caſu labi memoriâ potuerit. Planè quod † de legato duplicato dicimus, id omne de quantitate relictâ accipe. Nam ſi idem corpus legetur ſæpius, quia id ſemel tantùm præſtari poteſt, nec amplius etiam quàm ſemel poteſt peti, *l. planè. 34. §. 1. de Leg. 1.* ubi vi. noſtra. Vti & ex diverſo, ſi ex promiſsione dotis quantitas debeatur, & ſpecies ex legato, præſtandum utrumque eſt, *l. ſi pater. de Bon. Coll. Coſtal. hic, poſt Bart. quem allegat, in l. hujuſmodi. §. cum pater. de Leg. 1.* Adde his quæ nos infra *in l. planè. 34. §. 1. de Leg. 1.*

1

2

3

Ad l. dotem. 30.

Vide quæ ponimus infra, *in l. 19. Sol. Matr. inf.*

L. Si ex lapidicinis. 32.

Relata hæc l. eſt in noſtris *in l. fructus. 7. §. ſi vir Sol. Matr. inf.*

Ad l. ſi extraneus. 33.

PEriculum dotis non † ſolutæ & à patre vel uxore ipſâ promiſſæ, non reſpicit maritum, quia mulier ei imputare nequit, cur vel ſe vel parentem non præcipitarit. Maximè cum mulier ulterius quàm in quod pater facere queat, obtinere non poſſet. Idemque dicimus de iis qui quidem extranei dotem promiſerunt, ſed ex mera liberalitate, *per hunc text. cum ſim.* Hoc ita, niſi dos à patre vel ab alio † liberaliter promiſſa, per ſubſecutam novationem ab extraneo promiſſa ſit: tum 1

enim

3 enim viri periculum eſt, *l. dotem. 35. inf. eod.* Opponi autem † huic textui ſolet l. Neſennius. de Re Iud. ubi vide. & l. penult. inf. h. t. ubi hac de re agimus latè. Adde noſtra lib. *3.* Subtil. c. *9.*

Ad l. dotem. 35.

VIde noſtra ſuprà in l. *33.* & l. penult. inf. h. t. junge verò huic textui l. *41.* §. *2.* & l. *71.* inf. eod.

Ad l. non enim. 37.

Vide noſtra ſuprà in l. ſtipulationem. *21.* eod. tit.

Ad l. ſervo. 39.

Vide quæ poſuimus ſuprà ad l. *2.* §. illud. de Adopt.

Ad l. Divus. 40.

DOs data matrimonio primo reddita intelligitur matrimonio ſecundo, revocato ſcilicet poſt divortium inter conjuges eoſdem, *ut hic.* Sed hac de re plenè agimus infrà *in l. ſi mulier. 19. Sol. Matr. ubi vide.*

Ad l. quod ſi nuptura. 45.

1 MVlier nuptura † filiofamilias debitori, ſi duntaxat actionem de peculio promiſerit: quantum ex ea cauſa debeatur tempus nu-
2 ptiarum inſpicitur, *per hunc tex.* Nec mutat † l. nuptura. *57.* inf. eod. quia ibi nihil aliud reſpondetur, quàm id præſtandum quod eo tempore in peculio erit, quo præſtari dotem, vel debitorem in eam condemnari par ſit. Id verò eſt tempus nuptiarum. Quamobrem † &
3 in eodem textu veroſimilis lectio Contij videtur, ut ſcilicet pro *tempore id quod promittitur*, legatur *tempore in quod promittitur.*

Ad l. quemadmodum. 46.

1 §. ſi mulier. *1.*] SI mulier † ita dotem promiſit, quod debes mihi, aut fundus Sempronianus, doti tibi erit: utrum
2 velit mulier, habebitur doti, *per hunc tex.* Hoc ita, † niſi debitum ipſum doti datum ab initio fuerit alternatum, tum enim contra dicimus, electionem futuram mariti debitoris, *l. ſi marito. 9. §. 1. inf. de Fundo Dot.*

Ad l. res quæ ex dotali. 54.

1. Res dotali pecunia emptæ an ſint dotales.

2. Conciliatur l. 12. C. eod. & ſimilis alia.

3. Quando mulier rei pecunia dotali comparatæ vindicationem habeat, & quare, num. 4.

5. Quid juris de re pecunia pupillari comparata. 6. & 7.

8. Quid juris de rebus ab uxore pecuniâ ſibi à marito donatâ emptis.

9. *In*

9. *In re pecunia militis empta quid ſingulare.*
10. *Quid in emptis pecuniâ cujuſcunque alterius.*

RES dotali pecuniâ † comparatæ videntur eſſe dotales, *ut hic.* Sed 1
hic vox videtur notam improprietatis refert. Nec mutat † igi- 2
tur l. ex pecunia. *12. C.* eod. & l. ult, C. de Servo Pign. Dato. quibus
diverſum innuitur: eæ enim accipiendæ ſunt in proprio rei dotalis ſi-
gnificatu. Regulariter tamen mulier rei pecuniâ dotali † comparatæ 3
vindicationem non habet, nec aliter quàm ſi maritus non ſit ſolvendo,
poſteriori enim hoc caſu utilem petitionem habet, *l. uxor marito. 55.
inſ. de Don. inter Vir. & Ux.* ut rectè Græci, *interpres Baſilicôn, & Her-
monopulus. lib. 4. tit. 8.* Idque ita favore dotium † receptum eſt, qui hoc 4
potiſſimum poſtulat, ut mutatio hæc pecuniæ in rem, vel hujus in
eam non aliter admittatur, quàm ſi mulieri utilis ſit, *l. ita conſtante.
26. ſup. eod.* Et hoc igitur caſu demum res dotali pecuniâ comparatæ
videntur dotales, *per hunc tex.* Quod omne rurſus eatenus acceptum
eſt, quatenus pecunia dotalis in res eas ſit verſa, reliqua enim pars do-
talis non cenſetur, *arg. l. ſi id quod. §. ſi ex decem. d: Don. inter Vir. & Vx.
Coſtal. hic.* Idque ita receptum eſt exemplo † pecuniæ pupillaris, quâ 5
comparata quidem pupilli cenſentur, ſed non aliter etiam quàm in
ſubſidium, *arg. l. filiæ. 88. in fi. de Solut. inf.* Niſi tamen ipſe tutor † rem 6
aliquam pecuniâ pupillari compararit, *l. curator. C. Arb. Tut. l. 2. inf.
Quan. Ex Fac. Tut. Vel Cur.* Denique & pupillus † in rebus pecuniâ 7
ipſius comparatis hypothecam habet in omnem eventum, *l. idemq. 7.
ſup. Qui Pot. In Pig. Hab.* Quemadmodum & comparata per uxorem
pecuniâ à † marito ſibi donata, non directò mariti ſunt, utilis tamen 8
ei quoque ad petendum illa, actio datur, *l. ſi mulier. 29. cum l. ſeq. inf.
de Don. inter Vir. & Ux.* Hoc etiam ita ſi uxor ſolvendo non ſit, *per
d. l. uxor marito. de Don inter Vir. & Vx.* Aliàs enim ei ſolius pecuniæ
perſecutio eſt, *l. ſi filij C. eod.* Sed illud ſpeciale † eſt, quod militi uti- 9
lis in rem actio datur pecuniâ ipſius ab alio ſuo nomine emptam,
l. ſi ut proponis. 8. C. de Rei Vind. In reliquis pleriſque caſibus † diver- 10
ſum obtinet, & res pecuniâ tertij comparatæ ferè fiunt ementis, *l. ſi
ex ea. 6. C. de Rei Vind. l. 1, & tot. tit. C. Si Quis Alteri Vel Sibi Sub Alt.
Nom. Prad. Compar.* Adeo quidem † ut is cujus pecuniæ ſunt, ne qui- 11
dem in comparatis habeat hypothecam, niſi de eo expreſsè ſit contra-
ctum, *l. quamvis. 17. C. de Pign.*

Ad l. cum dotis. 55.

FIdejuſſor pro dote reſtituenda datus tenetur, *per hunc tex.* Perinde
puta ut & pignus pro dote conſervanda acceptum obligari rece-
ptum eſt, *l. quod autem. 7. §. ſi uxor. de Don. inter Vir. & Ux.* Nec ad
rem facit quòd id bonis moribus adverſum videtur; quaſi ex eo cauſa
perfidiæ metuenda ſit, *l. 2. C. Ne Fid. Dot. Dent.* quia non libera par-

Digitized by Google

tium conventio, ſed neceſſitas coacta ad cautionem præſtandam, perfidiam generaret. Nam ad neceſſitatem dandi fidejuſſores d.l. *2.* pertinet. Præſentem igitur textum accipimus, ſi cautio interponatur ultro & ſpontaneâ utriuſque partis voluntate. Invitus igitur maritus ad illam non tenetur, eoque pertinet & ipſe titulus, & l. *1.* ac *2.* C. Ne Fid. Dot. Dent. Deniq; & illud expeditum eſt, matrimonio jam ſoluto, maritum teneri ad ſatiſdationem de dote reſtituenda, l. ſi conſtante. *24.§.1.* Sol. Matrim.

Ad l. ſi is qui. 56.§.1.

1. Dos ſequitur onera matrimonij.
2. Uxore ſine liberis defunctâ dos maritum ſequitur, & 4. & 5. & 7.
3. Solvuntur oppoſita, & num. 6. & 8. & 9.
10. Quibus caſibus diverſum ſit, & num. 11.

1 IBi dos eſſe † debet ubi onera matrimonij ſunt, *ut hic. & l. 75. in fi. inf. eod. vi. & l. 65. in fi. ſupra. Pro Soc.* Vnde eſt, quod muliere in
2 matrimonio, ſuperſtitibus † liberis defunctâ, etiam maritum uti liberorum patrem dos ſequatur, *l. ſi filia. 20. §. hoc autem. & l. ſi maritus.*
3 *46. ſup. Fam. Erciſc.* Nec mutat quod per filiam † acquiritur patri, *tit. Inſt. Per Quas Perſ. Nob. Acq.* quia in dote ſingulare eſt ut apud maritum maneat propter onera matrimonij. Quo reſpectu & Dos ab
4 initio † mulieris filiæfamilias proprium patrimonium cenſetur, *l. 3. §.*
5 *ergo. de Minor.* Quibus & conſequens † eſt eam ad liberos priùs filiæ quam parentes reverti, *arg. Novel. de Her. ab Inteſt. c. 1.* & æquiſſimè receptum, ut interim apud patrem liberorum pro oneribus maneat, id verò eſt apud maritum, *d. l. ſi maritus. Fam. Erciſc.* non etiam mulieris patrem, *l. poſt dotem. 40. inf. Sol. Matrim. conv. l. ult. §. 1. Vt Leg.*
6 *Nom. Cau.* Minuſque ad rem † facit quòd legibus nonnullis reſponſum videtur de clauſula dotis relinquendæ marito in caſum quo liberi exiſterent, item reſtituendæ quo liberi non exiſterent, *l. inter ſocerum. 26. de Pact. Dot. l. uxorem. 41. §. teſtamento. 7. de Leg. 3.* unde colligi queat, ſine pacto ejuſmodi diverſum futurum: Nam & ſi non paciſcatur pater de dote reſtituenda, ſine cautione tamen idem eſt liberis non exiſtentibus, *l. 40. Sol. Matrim. l. 4. C. eod.* dicendum igitur eſt clauſulam illam cujus mentio fit in reſponſis jam allegatis, ſcripturam non vitiare, *per l. non ſolent. de Reg. Iur.* Quorſum igitur clauſulæ iſtæ de dote reſtituenda in caſum non exiſtentium liberorum? eò ſcilicet ut conſtet quidem patrem ſibi proſpicere voluiſſe de dote conſervanda, neque arbitrium liberum in ea filiæ relinquere voluiſſe, noluiſſe tamen eum

præ-

Digitized by Google

præjudicare genero eo caſu quo & jus & æquum poſtulat dotem apud eum, nomine liberorum matris heredum, remanere. Atque hanc ſententiam † Martinus gloſſator vetus probavit, contra Ioan. Bulg. & 7
Aſonem, quam & optima legis interpres conſuetudo probat, *teſte Accurſ. in d.l.4.C.eod. Ant.Fab.1.Conject.c.16. Alex.in d. l. poſt dotem. 40. inf. Sol. Matrim. Bart. ib. verſ. quintò quæro quia de dote.* Plane quod
Fachinæus opinione † novâ perhibet, diſtinguendum inter filias e- 8
mancipatas & in patris poteſtate conſtitutas, *lib. 3. Contr. c. 71.* id omnino abſonum eſt, cùm quia ea diſtinctio nuſquam in hac re juris authoribus ſit obſervata; tum quia filiæfamilias ipſius quoque dos patrimonium proprium ſit, *d.l.3.§.ergo: de Minor.* Maximè verò iſtud † 9
conjecturam illā evertit, quod in hac re non patria poteſtas conſideratur, ſed neceſſitas tantum onera matrimonij ſuſtinendi, *d. l. 20. Fam. Erciſc. ſuprà.* Denique & illud obſervandum, ſi matrimonium divortio ſolvatur, maritum ob liberos dotem non retinere, *l. un. §. ſileat. C. de Rei Ux. Act.* Niſi tamen pactis † dotalibus aliter ſit proviſum, *l. ſi do-* 10.
tali. 48. inf. Sol. Matrim. Planè ſi ita cautum † ſit, ut matrimonio 11
quoquo modo ſuperſtitibus liberis ſoluto, dos remaneat apud maritum, & morte mariti dein ſolvatur, dos apud heredes ipſius non remanebit, ne quidem ſi id cautum ſit diſertè, *l.2. de Pact. Dot.* Reliqua verò pertinentia ad reſtitutionem dotis pleniùs explicamus infrà, *in l. 2. §. 1. Sol. Matrim.*

Ad l. quæro. 60. & l. 61.

QVoties de quantitate † dotis taxanda quæſtio eſt, vel ut ea arbitrio 1
boni viri, vel judicis æſtimetur, res pro dignitate ſponſi ac ſponſæ, unaque facultatibus dotantis penſitanda eſt. Idque & ad curatorem in modo dotis conſtituendæ pertinet, *per hunc tex.* Planè quia † 2
utriuſque qualitas in hac re conſideranda venit, conſequens videtur, ut, ſi femina nobilis ignobili nubat, vix dotanda ſit pro conditione ſua, *Bal. per hunc tex.* cum uxor qualitatem mariti ſequatur, *per vulg.* Quia
tamen & facultates † dotantis in hac re conſiderantur, ſequitur, ſi 3
maritus nobilis obligatus ad dotandum ſit, in computatione ejus quatenus facere poſſit, etiam rationem dignitatis habendam, *Alex. in l. ſi maritus, inf. Sol. Matrim. per l. nepos Proculo. de Verb. Sign. l. tutor ſecundum. de Adm. Tut.* Quid ergo ſi ipſa † mulier ampliorem dotem pro- 4
miſerit quàm ferant ejus facultates, valet quidem promiſſio in quantum dari æquum foret, ſed quod promiſſum ultrà eſt, ipſo jure non debetur, *ut hic in l.61.* Opponi autem † huic l.*61.* ſolet. l.*9.§.1.* de Mi- 5
norib. Solutionem vide ibidem in noſtris. Iunge his quæ nos ſuprà *in l.6.§.fin. eod. tit.* Denique nec illud † prætereundum eſt, quod ſi cu- 6
ratorem dotis cauſâ quippiam alienare oporteat, nihilominus requiri decretum, *ut hic in l.61.§.1.*

Ad l. ſtipulatio. 63.

Vide quæ poſuimus infrà *in l. ſi mulier. 19. Sol. Matrim.*

Ad l. ſi uſusfructus. 66.

AD alienationem uſusfructus quod attinet, de ea quid juris ſit vide quæ poſuimus ſuprà *in l. ſi is qui. 11. §. uſusfructus. de Pign.* ubi hac de re agimus plenè.

Ad l. dotis. 68.

NOtandum nuptias ſine conſenſu patris contractas, eoque injuſtas ratificari. *ut hic. & l. 5. C. eod.* Quod pertinet ad ea quæ nos latè ſuprà *ad l. 2. de Ritu Nupt. num. 11. 12. 13. 14. & ſeq.*

Ad l. cum poſt. 69.

§. 4. Relatus & explicatus eſt infrà in noſtris *in l. ſi mulier. 77. eod.*

§. Gener.

1. *Dotis promiſſio incerta quem obliget, vel minùs, & num. 2. 3. & 4.*

1 DOtis promiſſio † incerta ſine deſignatione quantitatis vel rei, valet; ita nimirum, ut conſtituatur eadem pro modo facultatum patris & dignitate mariti. † Id tamen in legato vel quavis ſtipulatione
2 alia non ita eſt, *per hunc tex.* Ratio eſt quòd in dote receptum † ſit, etiam incertam pro dignitate ac facultate perſonarum præſtandam, *ut hic. & l. 60. ubi vi. noſtra. ſup. eod.* quia cauſa ejus pia eſt, *l. cùm is. §. ſi mulier.*
3 *de Condict. Indeb.* Quamobrem & idem eſt quovis † alio dotem incertam promittente, *l. 3.* (quam rectè hoc modo Theodorus accepit)
4 *C. de Dot. Promiſ.* Nec mutat l. 1. C. eod. quia † ea ita obtinet, ſi mulier ipſa dotem dare promiſerit ſine deſignatione rei vel quantitatis, cum & viliſſimum quid præſtare poſſit; quod de patre & ceteris dici non poteſt. Idque Duarenus reſpondit, *1. Diſp. 56.* & alij probant, *Connan. lib. 8. Comment. c. 8. Corraſ. ad l. qui liberos. de Ritu Nupt.* Scio equidem hæc aliis aliter conciliari, ſed ut hanc ſententiam eligamus authoritate Harmenopuli inducimur, qui hanc diſtinctionem uſurpavit diſerte,
5 *lib. 4. c. 8.* Planè quod alij his † opponunt l. quæro. 61. ſup. eod. ut convincant, mulierem etiam incertam dotem promittentem pro arbitratu boni viri teneri: id omnino abſonum eſt, cum ibi agatur de dotanda muliere adultà conſenſu curatoris, non etiam hoc, ut cogatur mulier quæ dotem incertam promiſit, eam conſenſu curatoris præſtare. Vt igitur mulier ex promiſſione dotis conveniri poſſit, ab initio cautio vel rei vel quantitatis adhibenda certæ eſt.

Ad l. mulier. 72.

1. *Omnibus bonis in dotem datis quem conveniant creditores, & num. 2. 3. & 4. 8. & 9.*

5. Quem

Digitized by Google

5. *Quem conveniant creditores, ſi fiſcus ex damnatione, aut donatariuſi alcui ſuccedat, & num. 6. ac. 7.*

MVlier etiam † omnia ſua bona in dotem dare poteſt, *ut hic & l. nulla. 4. C. eod.* Quod ſi id fiat, non tamen † eò magis maritus 1
creditoribus obligatur, *ut hic & l. cum res. 22. C. de Donat.* Magis ta- 2
men eſt, † ut, ſi creditores habeat, alienaſſe credatur in fraudem credi- 3
torum, *l. omnes. 17. §. 1. inf. Quæ In Fraud. Cred.* Vt hi idcirco ex edicto eò bona revocare poſſint, & ordine dein debito proſequi, *ut in d. §. 1.*
Licet & dotis † datio ipſo jure quoque nulla dici poſſit, præterquam 4
in iis quæ ſuperſunt deducto ære alieno, ut conſequenter in mulierem agatur rectè, *per hunc tex. & gl. in l. æris alieni. 15. C. de Donat.* Eò quod bona non intelligantur, niſi deducto ære alieno, *ut hic & l. 2. §. illud. de Collat. & paſſim.* Fiſcus etiam ad quem † bona ex damnatione devene- 5
runt, ſucceſſoris loco eſt, & conveniri poteſt, *l. 2. C. Ad l. Iul. de Vi Publ.* Idemque eſt in donatario † hereditatis; non quidem ut donata- 6
rius conveniatur directò, ſed quòd à donatore cogi poſſit, defendere ſe ab hereditariis actionibus, *l. hereditatis. 28. de Donat.* Quod & in eo
obtinet qui hac lege † bona nactus eſt ut creditoribus ſolveret, *d. l. 22.* 7
C. de Donat. Ceterùm ut ad dotem redeamus, illud expeditum eſt, ſi
maritus † ob debita conveniri nequit, qui omnia bona acceperit in 8
dotem, multò minus convenietur, ſi acceperit tantùm aliqua. Itaque cum maritus dominus rei dotalis cenſeatur, *l. quamvis. 75. inf. h. t. l. dote. C. de Rei Vind.* ex paraphernalibus ſolutio fiet, *per l. hac lege. C. de Pact. Convent.* nec dos marito auferenda eſt, *l. Titia. 62. ſup. eod.* Sed hoc ita
niſi † res in dotem datæ jam ante quoque pignori fuiſſent, vel ex para- 9
phernalibus fieri ſolutio non poſſet, *per hunc tex. & d. l omnes. §. 1. Quæ In Fraud. Cred.*

Ad l. quamvis. 75.

DOs eſt in bonis † mariti, & dominium adeo apud ipſum, *ut hic &* 1
l. 7. §. 2. ſup. eod. Idque ex traditione procedit & effectum in emolumento fructuum & obventionum obtinet, *ut hic. d. l. 7. princ. & l. 9. §. 1. eod.* itemque in adminiſtratione & defenſione, *l. de his. & l. ſi prædium. C. eod.* Adeo quidem ut plenam proprietatem habeat, *l. cum in fundo. 78. princ. inf. eod.* Mulier interim jure naturali domina manet, *arg. l. ſi conſtante. 24. §. ſi maritus. Sol. Mat. & l. Lucius. 21. §. idem reſpondit. 4. Ad Munic.* Sed obſtat † quod duo ejuſdem rei in ſolidum eſſe domini 2
nequeunt, *l. ſi ut certo. 6. §. ſi duobus. Commod.* & hoc verum eſt uno eodemq; reſpectu: cum alias & dominus beneficij feudalis proprietatem habeat, & dominium utilitatis vaſallus. Vt nihil in hac re abſurdi ſit.

Ad l. ſi mulier. 77.

MVlier ſi nubens debitori † certæ quantitatis ſub uſuris, ſuo, ean- 1
dem ei in dotem dederit, res perinde cenſetur ac ſi quantitas

ſola in dotem ſit data, itaq; hac ratione uſurarum obligatio erit ſoluta, *ut hic.* cum ex ferè loco fructuum ſint quibus fruitur maritus pro o-
2 neribus matrimonij. At ſi mulier ſummam † debiti cum uſuris aliquanti temporis demonſtraverit doti, etiam illas uſuras, quarum dies poſt nuptias ceſſit, maritus doti habebit, *l. cum poſt. 69. §. 1. ſup. eod.*
3 Modò illud † teneamus, ex quo vir illam alere cepit, hoc eſt, onera matrimonij ſuſtinuit, cedere earum curſum marito, cum dos matrimonij oneribus ſerviat ipſo jure, *l. dotis. 7. h. t. ſup. l. pro oneribus. 20. C. eod. l. 4. l. cum pater. 11. de Pact. Dot.* Idque & Accurſius annotat & Gotofredus probat, *adde Pac. Cent. 4. enant. c. 54.*

L. cum in fundo. 78.

Relata eſt in noſtris ſupra *ad l. 75. eod. tit.*

Ad l. avus. 79.

1 AVus nomine † neptis ex filio dotem dederat & ante eam deceſſit, quæſitum eſt, an dos revertatur ad patrem, Labeo Servium ſecutus negat, quod pater in ea nihil unquam habuerit juris, & non tam filij quàm neptis nomine fuerit data, *ut hic.* Igitur hoc ita obtinet, ſi
2 reſpectu filiæ dos præſtita ſit. Quod ſi id nominatim † non ſit actum, diverſum ſtatui æquitas rei poſtulat, cum officium avi circa neptem pendeat ex officio patris. Proinde tum ut pater filiæ, ita & avus propter filium, dotem nepti dediſſe cenſetur; & conſequenter dos revertetur ad patrem, *l. dotem. 6. inf. de Collat.*

Ad l. penult. ſeu l. ſi de dote. 84.

1. Dotem promittens quis non ultra quàm facere poſſit, damnetur, quis verò ultra & num 2. 3. 4. & 5.

6. Donatarius quis in quantum facere poſſit damnetur, quis ultra. num. 7.

8. Quid ſingulare ſit in iis qui condemnantur in quantum facere poſſint, & 9.

1 QVi dotem promiſit † non in quantum facere poteſt, ſed in ſolidum condemnandus eſt. Hoc ita ſi promiſerit eam extraneus, in ſocero enim, manente affinitate contrarium dicimus, *ut hic & l. rei.*
2 *15. § fin. cum l. ſeq. inf. Sol. Matrim.* Nec mutat † l. ſicut autem. *21.* de Re Iud. ea enim accipienda eſt ſi in ſocerum agatur matrimonio ſo-
3 luto, ut ex l. *22.* ibidem inſequente conſtat. Hoc tamen † ita, ut ex facto metiamur an is ſit ſocer qui mereatur in ſolidum condemnari. V. gr. ſi gener dolo ſoceri ſit inductus, ut ſpe dotis majoris matrimonium iniret, aliàs non item, *per hunc tex.* Illud dubium eſt, cùm hic

refera-

Digitized by Google

referatur † quemvis extraneum condemnandum in ſolidum eſſe , an 4
hoc etiam ad donatorem dotis ex cauſa liberali pertineat, quod magis
eſt, *per hunc tex.& l.Neſennius.41.de Re Iud.* Nec obſtat l ſi extraneus. 5
33.ſup.eod. ubi relatum eſt, parcendum marito eſſe quod non præci-
pitaverit eum, quem ſi conveniſſet,non ultra condemnatum acciperet,
quam facere poſſet: quia id de muliere ipſa accipiendum eſt. Par-
cendum puta marito eſſe, quòd non præcipitaverit donatorem, quem
ſi mulier ipſa conveniſſet, non ultrà quam facere poſſet, condemna-
tum haberet. Maritus enim in ſolidum obtinet, mulier non ultra
quam donator facere poſſet. Quoniam puta ille uti creditor nego-
tium ſuum gerit, nec ipſe donatarius eſt, ſed femina. Perinde puta, 6
ac ſi eum † qui mihi donare volebat, delegaverim creditori meo, vel
ei cui ego denuo donatum velim, is reſpectu quidem meo donator eſt,
nec à me ultra quam facere poſſem exigeret, creditor tamen ipſum in
ſolidum conveniret, *l. qui id quod. 33. §. fin. de Donat.* Obſtat tamen 7
Conſtitutio Divi Pij, † quæ eos qui ex liberalitate conveniuntur ſim-
pliciùs perhibet, non ultra quàm facere poſſint, conveniendos eſſe,
l. 33. ſup.eod. Sed excipimus diſertè, niſi volente eo cui donatum vo-
luit donator, liberalitatem conferat in tertium, neque enim tertius eſt
donatarius donatoris primi, *d.l.33. §. fin. de Donat.* Idque & alibi ex-
plicamus, *lib.3. Subtil. c. 9.* In iis verò qui † in id quod facere poſſunt 8
condemnantur, id uſque adeo ita eſt, ut, ſi judex ignorantiâ juris la-
pſus quid ultrà hoc decernat, exceptio doli opponenda ſit ipſi actioni
judicati, vel exſecutioni, *l. ex diverſo. 17.§ fin. inf. Sol. Matr.* perin-
de ut de exceptione † SCIti. Macedoniani & Velleiani reſponſum eſt, 9
ut omiſſis iis & in exſecutione opponi poſſint, *l. 11. Ad SC. Macedon.*

De Pactis Dotalibus.

TIT. IV.

Ad l. 1.

PAciſci poſt † nuptias, etiamſi ante nihil convenerit, licet, *ut hic &* 1
l. ſi pater. 12.§.1.inf.eod. Subjectam tamen ſtipulationem † his pa- 2
ctis fuiſſe oportuit, *Paul. 2. Sent. tit.22.* Quod an hodie ita ſit, infrà
tradimus, *in l.2.§.1,Sol.Matr.* (Actio tamen eſt alias ex pacto † legitimo, 3
l.legitima. 6. eod. tit.) An verò Iure Canonico & Moribus † hodiernis
ex pacto actio ſit ſuprà explicamus, *ad l. 1. eod. tit. de Pact. ubi vide.* 4
Certè majorem efficaciam Pactis † dotalibus conſuetudine hujus ſe-
culi ineſſe, ad ultimas voluntates reſtringendas quàm fuit olim, cer- 5 *Conſuet. diverſa.*
tiſsimum eſt. Sed hoc Weſenbecius ita accipit, quaſi hoc caſu in ſpe-
ciem

ciem ultimæ voluntatis cadant, eoque requirant præſentiam quinque teſtium, *ex l. ult. C. de Don. Mort. Cauſ. vi. Weſ. in Parat. h. t.* Qui ita perhibet judicatum. Qua de re vide noſtra infrà, *ad l. ſtipulatio hoc modo. de Verb. Obl. & in l. pactum quod dotali. C. de Pact.*

Ad l. 2.

Vide noſtra latè ſuprà in l. *56. §. 1.* de Iure Dot.

Ad l. cum dos. 7. princ. & §. 1.

Vi noſtra infrà in l. *2. §.* quod ſi in patris Sol. Matrim.

§. Si vero] Pertinet ad ea quæ nos in l. *10.* inf. eod. Explicatur hic §. etiam in noſtris, ad l. *21. §.* nos autem. de Pact.

Ad l. avus. 10.

1. Explicatio textus.
2. Solvuntur oppoſita, & num. 3. & 4.
5. Num pacto de non petendo uni ex liberis facto, ceteri in ſolidum an vero pro parte teneantur, & num. 6.

1 PActum avi ne † à ſe neve à filio herede dos petatur, valet. Cùm & uni ex heredibus paciſci queamus, *ut hic & l. avus. 33. ſup. de Pact.* Et benè Cujacius monet hoc loco pro *ſuſcepiſſet*; rectiùs legi *dixiſſet*, vel promiſiſſet *ex l. avus. 33. de Pact.* Eò quòd, ſi avus vel filius dotem ſuſcepiſſet, pactum hoc in detrimentum dotis tenderet jure prohibitum, *per l. prox. infra.* Licet pietatis ratio permittat, ut ſi ipſe proſocer dotem dixiſſet, pactum ſubſiſtat, *d. l. 33.* valeatque eo effectu, Ne ſe vivo petatur, *d. l. prox.* Defendi tamen lectio etiam hujus textus poteſt, ut vox ſuſcipere ſignificet ſuſcipere dotem dari ab avo ipſo, At obſtat huic ſententiæ l. eum qui. *56. §. 1.* de V. Obl. verùm
2 ibi de herede gravando agitur. Opponi etiam † ſolet l. continuus. *137.* §. fin. eod. ſed ea, uti & prædicta, ad obligationes pertinet, quæ juris ſunt, & ipſo jure diviſæ, *l. 2. §. fin. Fam. Erciſc.* cum pacta interim ſint facti, *l. ſi unus. 27. §. 2. ſup. de Pact.* Vnde & in obligationibus faciendi quoque idem eſt, *d. l. 137. §. fin.* Idque plerique probant, *Bart. Bal.*
3 *Caſtr. Iaſ. & Cujac. in d. l. avus. de Pact.* Obſtat etiam † l. & heredi. §. nos autem. eod. tit. ubi ex pacto patris pro filio tantùm doli exceptio datur, ſi hoc actum ſit ut id patri unà prodeſſet; & l. quod dicitur. *137.* de V. Obl. ubi ſimpliciter negatur, in iis quæ facti ſunt utiliter patrem filio ſtipulari poſſe: id enim omne ita eſt, ſi potiſſimum filij perſonæ ſit pactum, *ut ib. in tex.* non etiam ſi pactum ei ſit ut heredi. Diviſione
4 tamen hereditatis à † patre facta, rectè fit ut uni quoque ſolvi poſſit, ſolutione verò eidem factâ, adverſus ceteros exceptio parata ſit, *l. 1. C. de Excep.* Num ergo † pacto de non petendo filio à patre facto, ceteri

ceri heredes in ſolidum teneantur, an verò ſinguli pro parte, quota illius detractâ? prius quidem Accurſio viſum, *gl. in d. l. avun. de Pact.* Sed hoc ceteri improbant, DD. communiter, quos & Cujacius ſequitur ibidem. Moventur eo quod ſinguli modò pro partibus obligati ipſo jure ſunt, unde & in filium etiamnum actio hæret, ita ut exceptione in eam ſit opus. Nec † mutat l. ab omnibus. *104.* de Leg. *1.* 6
per quam Accurſius diſſenſit, quia ea ad legata pertinet, quæ ab heredibus initium accipiunt, eoque non ſubſiſtunt in perſona excepti.

l. cùm pater. 11.

Allegatur in noſtris ſuprà ad l. prox. h. t.

Ad l. cum maritus. 29.

§. Titius.] DE dote matrimonio renovato continuanda vide quæ nos plenè infrà *in l. ſi mulier. 19. Sol. Matr.*

§. Mulier.] Pertinet ad ea quæ nos infrà *in l. 2. §. quod ſi in patris. Sol. Matrim.*

l. ſi inter penult.

PErtinet ad ea quæ nos infra in l. diviſione. *5.* Sol. Matrim. ubi & hæc allegatur.

De Fundo Dotali.

TIT. V.

l. ſi marito. 9.

Allegatur in noſtris ſupra ad l. quemadmodum. *46. §. 1.* de Iure Dot.

Ad l. dotale. 15.

OBſcura omnino † hujus legis ſpecies eſt, quæ tamen ita commodâ paraphraſi explicatur. Vir prædio in dotem accepto pactus eſt de dote lucranda, ſi mulier in matrimonio decederet; dein ad uxorem mittit literas, quibus ſignificat prædium illud non futurum dotis. Matrimonium dein aliquot annos duravit, & vir poſſeſſionem prædij retinuit, poſtea conſtante conjugio uxor moritur. Prædium maritus retinebit. Dubium movet quòd emiſſis literis renuntiaſſe lucro convento cenſeatur. Sed hac ratione non obſtante, Papinianus reſpondit diverſum: quia mulier actionem ex pacto non habuit, cùm non acceperit pactum, adeoque regulariter ex eo actio non ſit. An vero hodie ex pacto dotali actio ſit, infra tradimus, *ad l. 2. §. 1. Sol. Matrim.* 1
Cujacius tamen Vlpianum in fragmentis † ſecutus, autumat adventitiam dotem etiâm ſine pacto ipſo jure lucro mariti eſſe, nec opus eſſe in explicatione hujus textus, ut pactum intervenerit, *Cujac. 9. Obſ. 4.* 2

Digitized by Google

Contra quàm interpretes Græci rati ſunt, qui hoc loco pactum de lucro dotis præſupponunt. Movetur Cujacius d. lo. Vlpiani, & in confirmationem ſententiæ aſſumit loca juris diverſa, *l. 5. inf. de Bon. Dam. l. Celſus. de Relig.* & alia non tamē ita firmè arguentia propoſitum ut hæc. Sed vide noſtra infra *ad l. 2. §. quod ſi patris. Sol. Matr. n. 16. & 17.*

Ad l. ſi fundum. 16.

MVlier fundum quem alter bonâ fide poſſidens, uſucapere poterat, marito in dotem dedit: marito incumbit eam vindicare, aut fundum periculi ſui facit. Licet enim L. Iulia etiam ad hujuſmodi alienationes pertineat, non tamen id ita eſt poſſeſſione & uſucapionis conditione jam ab alio accepta. Si tamen modicum temporis tantùm ſuperſit, marito nihil imputatur, *ut hic.* At obſtat quòd ſine poſſeſſione dominium non quæritur, *l. traditionibus. C. de Pact. l. cum res. C. de Prob. l. qui prædium. C. de Diſtr. Pig.* Sed hoc in propoſito ita, quia mulier jus ſuum ſolâ dotis conſtitutione transfert in maritum. Ius verò iſtud eſt in rem actio & dominium quod ipſa habet, idque marito hac ratione communicatur.

l. ultima.

Relata eſt in noſtris infra, *in l. fructus. 7. §. ſi vir. Sol. Matr.*

LIBER XXIV.

De Donationibus inter Virum & Vxorem.

TIT. I.

Ad l. 1. & 2.

REcenſentur his legibus variæ cauſæ prohibitæ donationis inter conjuges, in quibus nihil eſt difficultatis. Illud obſervandum, prohibitionem hanc adeo obtinere, ut donatio inſuper facta, ipſo jure ſit nulla, *l. 3. §. ſciendum. 10. inf. h. t.* Vnde quæritur, An donatio inter conjuges jurejurando firmetur, quod aliquibus viſum eſt. Sed nos id latè ſupra explicamus *ad l. 1. de Iurejur. num. 6. & ſeqq.*

Ad l. 3.

§. ſciendum. *10.*] Explicatur in noſtris infra in l. *16.* de Acq. Poſſeſſ.

Ad l. quod autem. 7.

1 §. Si vir & uxor.] MAritus & † uxor ſibi mutuo æqualem ſummam donarunt, etiamſi alter moriatur, locus

eſt

eſt compenſationi, *ut hic.* Hoc ita facto divortio, mortuo enim altero diverſum dicimus, *l.cùm hic ſtatus.32.§.quod ait.inf.eod.* Diverſitatis ratio eſt quia morte alterius donatio à defuncto facta convaleſcit, unde heredi ejus actio eſſe nequit, ipſe interim tenetur, niſi compenſationem objicere poſſit, quod alter quoque tantundem nactus, eodem locupletior ſit factus. Divortio autem ſecuto, confirmatio neutra ex parte eſt, eoque utrimque revocari donatio hoc caſu poteſt, *l. ſed interim.11.§. pen. & ult. inf.eod.* & conſequenter locus compenſationi eſt, *d.l.32.§.quod ait.* Quid ergo ſi moriatur qui conſumpſit? & rectè dicimus, cum in ſuperſtitem collata donatio rata ſit morte alterius, & defunctus adeò locupletior non ſit ex eo quod recepit, repetitionem ceſſare, *arg.d.§.quod ait.junc. arg.l.prator.ait.de Iudic.* Illud quæritur, An non ſaltem donatio remuneratoria inter conjuges admittenda ſit, ut ſi reſpectu ætatis quâ hæc ſe mancipavit ſeni, ille aliquid velit ei donare:& hoc multis viſum eſt, *vi, Bart.in l.2.C.de Dot.Prom.Clar. in §.donatio.q.9.* moventur hoc textu; Alij contra, *Pinel. ad l.1.par.3. C. de Bon.Mat.Crau.conſil.51.* quòd ejuſmodi prætextu univerſum hoc jus donationis prohibitæ everteretur. Et hæc ſententia benignior eſt. Idque argumento ejus evincitur, quòd jus compenſationis tam arctè in his donationibus examinatur, *ut in d. l. 32. §. quod ait oratio. junc.d.l.ſed interim.§.pen.& ult.inf.eod.* 2

Ad l. ſed interim. 11.

§.penult.& ult.] Vide quæ nos ſupra in l.7.§.ſi vir & uxor.eod.

Ad l. ſed ſi mors.13.§. 1.

Vide noſtra infra ad l. ſi quis.56.Sol.Matr. ubi & hæc explicatur.

Ad l. ex annuo. 15. 16. 17.

VSuræ & fructus licitam donationem habent, unde & pecuniâ donatâ, licet donatio ſortis non ſubſiſtat, ſi tamen donataria ejus reſpectu uſuras acceperit, fiunt ejuſdem, *ut hic.* Quid de fructibus ſit, videndum ex iis eſt quæ ſupra docuimus, *ad l.fructus.45.de Vſur.* Ei tamen quod de uſuris dicimus, obſtare videtur, l. ſi quis. *21.§.1.*verſ. quid tamē.inf.eod. Sed verba ejus verſiculi poſteriora hæc: *& Julianus hoc diceret,* Accurſius rectè ita accipit, ſenſum eſſe, *Julianus diceret licitā.* Connanus igitur legendum putat *licitam* pro *illicitam. lib. 8. Comm. c. 11.num.8.* Vtrum eligas nihil refert modò de re ipſa conſtet.

Ad l. Papinianus. 23.

DOnationes ut inter virum & uxorem morte confirmentur, res traditas fuiſſe oportuit, cum ſtipulatio non ſufficiat ſola, *ut hic.* Quod ita accipe, ſi ſtipulatione actum ſit de donatione futura. Differunt enim ſtipulari de donatione facienda, de qua hic, & ſtipulari re ipsâ in confirmationem donationis præſentis. Quod ſi donatio præſenti ſtipulatione confirmata ſit, morte confirmabitur & heres tenetur, *l. cum hic ſtatus.§.1.l. ſi ſtipulata.33.inf.eod.* eoque ſenſu Papinianus

Digitized by Google

hic, orationem ad rerum donationem pertinere; quaſi puta ſatis non ſit conveniri de donatione futura, niſi ipſo actu mox interponatur. Idque verius Accurſij & Baldi conjecturis eſt, qui hunc textum malè ſecus accepere, ut rectè Coraſius docet *lib.5. Miſcel.c.1.ſeq.Bronch. Cent.3.Contr.Affir.75.* Coſtalius tamen veteres ſequitur, *Coſt. hic.* ſed malè. Ratio eſt quia donationem quę morte confirmetur, ipſam legitimè interpoſitã eſſe oportet, *l. quod de ſuo.de Dote Caut.& Non Num.*

Ad l. ſi mulier. 29.

§. 1.]. Relatus eſt in noſtris ſupra ad l. *23*.eod.

§. Quod ait oratio.] Explicatur ſupra in l. *7*.§. ſi vir & uxor. eod.

Ad l. ſi ſtipulata. 33.

Vide noſtra ſupra ad l. Papinianus. *23*. eod.

Ad l. ſervus communis. 39.

VIde noſtra in l. Cajus. *39*. de Pig. Act. ſupra, num. *2*. Solet enim iſta huic opponi, & ſolutionem deprehendes ibidem.

Ad l. inter. 46.

Vide noſtra infra in l. *6*. de Acq. Poſſeſſ. ubi & hæc allegatur.

Ad l. vir uſuras. 54.

Vide noſtra ſupra ad l. *17*.§. *1*. de Vſur. ubi hæc explicatur.

De Divortiis & Repudiis.

TIT. II.

Ad l. 1.

1 DIrimitur matrimonium † morte, captivitate, vel aliã contingente ſervitute utrius eorum, *ut hic.* Num verò matrimonium deportatione, itemque aquæ & ignis interdictione ſolvatur, infra tradimus
2 *in l. 56. tit pro x.* Sed cum adulterium † juſta repudij cauſa ſit, obſervandum eſt Canonibus cautum eſſe, ſolvi quidem ob hoc matrimonium poſſe, ſed non ultra ſeparationem thori, unde eò jure neuter conjugum denuo cum altero contrahere poſſet, *tex. & Canoniſta in c. dixit dominus. 32. q. 1.* Hoc tamen à ſententia Euangelij diverſum eſt, quã ob adulterium ſaltem dimittere uxorem permiſſum eſt, *Mattai c. 5. & 19.* Ob alias igitur cauſas diſcedere non licet, aut ſi diſceſſio fiat, reconciliatio quærenda eſt, *Paul. 1. ad Corint. 7.* Canones igitur
3 in terris † Imperij & regnis aliis non uſque adeo obſervantur. Alexander *6.* etiam & Clemens. *8.* duos Reges Galliæ adverſus decreta illa
4 matrimonium inire permiſere. De Antiquis modis ſolvendi † matrimonij bonã gratiã, & repudio, itemque quid in iis Conſtitutione Iu-

Ius Canon. diverſum.

ſtinianæa

Digitized by Google

ſtinianæa mutatum ſit, eleganter tractat Cujacius *in Novel. 22.* quem vide. Captivitate enim † hodie non ſolvitur matrimonium niſi nun- 5
cium de morte captivi certum allatum ſit, *Auth. hodie, C. de Nupt.* licet ante quoque ſi id incertum eſſet, exacto quinquennio facultas nubendi perſonæ relictæ daretur, *l. uxores. inf. eod.* Quam † tamen pro- 6
babili ratione Cujacius auguratur non Iuliani ſed Triboniani eſſe ex jure Conſtitutionum conflatam, *Cujac. ib.* Certe ſtilus nihil elegantiæ juris authorum habet. Denique nec † abſentia militiæ cauſâ hodie 7
matrimonium ſolvit, niſi de nuntio mortis certo conſtet, *d. Auth. hodie.* nec delictum adeo ullum aut pœna ejus juſtam diremptionis cauſam præbet, *d. Nov. 22. c. 13.* adulterio ſemper excepto, *ut ſuprà.* Denique & ſolent magiſtratus pij perſonæ † à conjuge malitioſè deſertæ indulgere, ut poſt quinquennium denuò nuberet, idque ex præſcripto Conſtitutionum, *l. uxor. 7. C. de Repud.* Et verò cum Novella tantùm de captivo aut militiæ cauſâ abſente ſtatuat, exſpectandum eſſe, donec nuntium certum de morte abſentis adferatur: probabile videtur, id ad maleficum, malitioſumve deſertorem non pertinere, *vi. Weſenb. in Com. h. t. num. 3. & 11.*

Ad l. uxores. 6.

Vide noſtra ſupra ad l. *1.* num. *4. 5. 6.*

Soluto Matrim. dos quemadmodum petatur.

TIT. III.

Ad Rubr.

1. Argumentum hujus tituli, quique ei ſimiles alibi ſint.

2. Argum. tit. C. de Rei Ux. Act.

3. An Dos propriè nomen ſuum retineat matrimonio ſoluto; & dote jam ipſo actu reſtitutâ, & num. 4.

5. An ſtatutum cavens mulierem de dote diſponere non poſſe niſi certo modo, etiam ad viduam pertineat.

ESt hic titulus de † dote repetenda matrimonio quoquo modo ſo- 1
luto. Cui & ſimilis eſt in Codice. Convenit cum utroque propè tit. C. de Rei Vx. Act. Sed quo id † ferè continetur quod Iuſtinianus 2
novum in actione ex ſtipulatu conſtituit. Ex quibus eſt principio, quòd, tametſi mulier ſibi dotem reddi ſtipulata non ſit, aut ſtipulata

quidem, ſed inutiliter, nihilominus ejus nomine ſit ex ſtipulatu actio perinde ac ſi ſtipulatio interveniſſet, *l. un. §. 1. C. de Rei Ux. Act.* Deinde ut ex ſtipulatu actio dotis cauſa, contra naturam reliquarum ſit bonæ fidei, *d. l. un. §. ſed etſi non ignoramus.* Tertiò ut habeat actio hæc connexam tacitam omnium bonorum hypothecam, *d. l. un. §. 1. vi. tex. in l. ult. C. Qui Pot. In Pig. Hab. ubi & vi. noſtra.* Denique & omne jus rei uxoriæ actionis, eâ conſtitutione tranſtulit in actionem ex ſtipulatu, *d. l. un. & §. fuerat. Inſt. de Action.* Magis tamen eſt rei quoque vindicationem uxori paratam eſſe, *l. in rebus. C. de Jure Dot. Auth. ſi quid. C. Qui Pot. In Pig. Hab. deſumpta ex Nov. 91. c. 1.* ut tamen maritus hereſve ejus fructus ante ſolutum perceptos retineat pro oneri-
3 bus matrimonij, *l. pro oneribus. 20. C. de Iur. Dot.* Sed quæritur, An & dos propriè dicatur matrimonio ſoluto, priuſquam eam mulier receperit, quod pleriſque videtur, & magis eſt, cum & matrimonio ſoluto dos repeti dicatur, *ut tot. h. t. adde l. etiam. inf. de Fun. Dot. l. ſi marito. §. 1. Sol. Matr. l. ſi cum dotem. §. 1. l. filiæ. & paſſim. tot. h. t.* & privilegia ejus adeo omnia durent, *l. un. C. de Rei Vx. Act. & paſſim. Caſtr. Socin. uterq. Aret. Iaſ. hic.* Quod igitur Alciatus *ib. num. 46.* Ripa *num. 70.* contra diſputant, eò quòd dos eſſe non dicatur, ubi matrimonium non ſit, *l. 3. ſup. de Iure Dot. l. ult. C. de Donat. Ante Nup. l. 1. §. pen. inf. pro Dote.* quodque dominium rei dotalis morte mariti redeat ad uxorem, *l. in rebus. C. de Iure Dot.* id enim omne ita eſt quantum ad poſſeſſionem & jus ei cohærens attinet, ut uſucapionem, *d. l. 1. §. pen. Pro Dote.* & ſi quid ad commodum rei dotalis conſervandæ ſpectet, *ut in d. l. ult. C. de Don. Ante Nup.* non etiam quantum ad jus ipſum & privilegia doti
4 conſervandæ parata. Quid ergo ſi jam † ipſo actu ad mulierem redierit, an tantundem dicamus? pleriſque id viſum non eſt, *Caſtr. hic in princ. Iaſ. n. 10. Socin. Iun. num. 62.* cum & patrimonij fiat ejus ad quem ea jure rediit, & ceſſet adeo de dote actio, *l. ult. C. Com. Utr. Iud. arg. l. fundus. §. toties. de Fun. Dot.* Corraſius tamen diverſum diſputat, & dotem dici etiam tum rectè, *in l. qui liberos. n. 44. de Ritu Nupt. convenit Io. Campeg. tr. de Dote. q. 3.* Ita & dos recuperata dos nuncupatur, *l. ſi ſocius. pro filia. pro Soc. l. ſi cum dotem. §. 1. inf. h. t.* & vidua adeo cenſetur ejuſdem matrimonij manere, *Nov. de Nupt. §. Soluto igitur. l. ult. C. de Bon. Mater.* Sed hoc omne ità reſpectu qualitatis præteritæ, cum prior ſententia obtineat actus ac juris præſentis reſpectu. Ut re ipsâ
5 de hac re nulla diſſenſio ſit. Unde quæſitum eſt, An † ſtatutum diſponens, mulierem de dote teſtari non poſſe, niſi pro certa parte, aut æqualiter inter liberos prioris & ſecundi matrimonij, etiam ad viduam pertineat, quod pleriſque viſum, *Bal. & Dec. in l. 1. C. unde Vir & Ux. Iaſ. Caſtr. hic. Commun. dicit Ripa hic.* Moventur locis quibus dos recuperata etiam hoc nomine venit, *de quibus in quæſt. præced.* Diverſum Ruino viſum eſt, idque argumentis iis quibus dos recuperata hoc nomine propriè non vocatur. Ego ſentio receptam ſententiam bonâ

ratione

ratione niti, quia ſcilicet authorum ſtatuti mens fuerit cohibere affectum & impetum muliebrem, quibus puta plerumque vel odio vel amore in hujus vel illius matrimonij liberos profuſæ forent. Præterea quia ſtatutum hoc non mulieris cauſâ, ſed liberorum ſit factum. Vt nullâ ratione in odium ipſorum retorqueri queat, quod favore eorum ſit introductum, *l. nulla. de LL.*

Ad l. 1.

PVblicè intereſt † mulieribus dotes ſalvas eſſe, unde earum cauſa ſemper & ubique præcipua eſt, *ut hic & l.2.ſup. de Iure Dot.* Quâ occaſione privilegia dotium hoc loco ab Accurſio & aliis pleriſque tractanrur latè. Pleraque verò eorum à generali regula dependent, quâ dicimus: In ambiguis pro dotibus reſpondendum, *l. in ambiguis. 70. ſup. eod.* Sed quia perpauca † eorum laborant difficultate, illa ſaltem quæ diſputari poſſent tractamus ſuo loco, ubi vi. noſtra, *ad l. in rebus. C. de Iure Dot. & l. aſſiduis. C. Qui Pot. In Pign. l. res quæ. C. Comm. de Leg. & Fideicom.* An verò dotium cauſæ tractari quoque diebus feriatis queant, tractamus ſupra, *ad l. 1. num. 12. de Fer.*

Ad l. 2.

1. *Matrimonio ſoluto cui dos ſolvenda, & quomodo, num. 2. & 3.*
4. *Cui ſponſus dotem promittere cogatur.*
5. *Quomodo mulier dote cadat.*
6. *Dos Profectitia patris & filiæ pariter eſt, ſimulque pro ea agunt, & num. 7.*
8. *An idem ſit in dote Adventitia.*
9. *Quibus actio de dote reſtituenda competat, filiâ exiſtente ſui juris, & num. 10. & 11.*
12. *Cui actio competat ad dotem profectitiam filia in matrimonio defuncta, & 14.*
13. *Divortio facto ad quem dos redeat.*
15. *Conciliatur l. 4. C. eod.*
16. *Adventitia dos muliere in matrimonio defuncta, cui cedat, & 17.*
18. *Matre liberis relictis defunctâ cui dos cedat.*

Soluto

1 SOluto matrimonio ſolvi † dos mulieri debet, *ut hic*. Solutio autem
2 dotis olim quidem annuâ, bimâ, trimâ † die fiebat, id hodie muta-
tum eſt, ita ut immobilia ſtatim, mobilia verò intra annum ſolvantur,
3 *l.un. §. exactio. C. de Rei Ux. Act.* Sed quod dicimus † dotem mulieri
ſolvendam, cum modò accipiendum eſt, niſi puta quid aliud conve-
nerit, *l. cum dot. 7. ſup. de Pact. Dot. & l.un. §. accidit. C. de Rei Ux. Act.*
4 *Novell. 123. c. ſi verò conſtante. 40.* Promittere tamen ab initio † alij-
quàm mulieri ſponſus non tenetur. Quod quidem ita ſi mulier ſui
5 juris ſit, *ut hic*. Denique & ſi quâ † graviori culpâ mulieris ſolvatur
matrimonium, mulier dote mulctatur, *l. Lucius. 38. inf. eod.* Vide ta-
men noſtra ibidem.

6 §. 1. Quod ſi in patris.] Si mulier † filiafamilias ſit, & dos à patre
profecta, utriuſque ipſius dos eſt, *ut hic & l. 1. inf.* Sed ut univerſum
reſtituendæ dotis jus exactè tradamus, conſiderandum eſt, An matri-
monium divortio ſolvatur, an morte mariti, an verò morte uxoris.
Duobus prioribus caſibus diſtinguimus, filiafamilias ſit quæ dotem
7 repetat an minùs. Si filiafamilias ſit, pro dote † profectitia aget pater
filiæ perſonâ adjunctâ, hoc eſt, volente eâ & conſentiente. Idque
inter omnes conſtat, *ut hic & l. prox. inf. l. pater filiam D. Ad L. Falc.*
8 Num verò id etiam in adventitia † fit, quæritur, ſed aliquibus placuit
eam repeti à filia ſola, *poſt Bart. Iaſ. & Bal. Coſtal. hic.* Moventur quòd
id hoc loco de profectitia nominatim cautum eſt, unde in adventitia
videtur diverſum, *arg. l. prætor ait de Iudic.* Accedit l. Gajus Sejus. 45.
inf. eod. ubi ſimpliciùs dicitur filiamfamilias adventitiæ dotis nomine
utilem actionem habere. Alij tamen patrem ei adjunctum requirunt,
Alex. & Ludovic. aut ſaltem conſentientem *gl. hic. Cujac tr. 8. ad Afr.*
in l. Titia. 34. inf. h. t. Quod quidem poſterius ex authoritate Ulpiani
magis dicimus, *Ulp. tit. 6. de Dotib. §. 6. in fi.* Ut hodie in omnibus ad-
ventitiis communes patris & liberorum actiones ſunt, *l. ult. princ. verſ.*
9 *& filius. C. de Bon. Quæ Lib.* Diverſum eſt † in filia ſui juris, nec dotis
nomine patri aliter actio eſt, quàm ſi probet ſe eam in poteſtate habere
ipſamque agenti ſibi conſentire, *tex. in d. l. 34.* Cui conſequens eſt,
ſi alterutrum ceſſet, ei jus agendi non eſſe. Irnerius tamen vetus in-
terpres huic quoque conſenſum patris neceſſarium putavit, *per hunc
tex.* Sed cum ex eo potiùs contrarium arguatur, *arg. d. l. prætor ait. de
Iudic.* opinio ejus nec Doctoribus recepta eſt, & uſu fori omnino re-
pudiata, *gl. poſt vet. interpr. Ioan. hic. quos ſequunt. Bart. Caſtr. Alex. Aret.*
10 *Iaſ. & reliqui.* Unde & cum moribus † noſtris elocatio liberorum ferè
Conſuetudo hodierna. pro emancipatione ſit, *vi. noſtra in l. 3 ſup. de His Qui Sui Vel Al. Iuris
Sunt*, filia quæ ſemel nupta fuit, tanquam emancipata, etiam ſine con-
ſenſu patris dotem proſequitur rectè. Quod tamen cum modò acci-
piendum, niſi dos à patre data ſit, eoque ſibi & filiæ pariter vel ſoli
etiam reddi ſit ſtipulatus, vel pactus, *vi. noſtra ſupra ad princ. hujus l.*
11 Denique filiæ emancipatæ † adeo dotis exactio propria eſt, ut etiam in
ipſius

Digitized by Google

ipſius parentis heredes, adeoque parentem ipſum hoc nomine agere
poſſit, *l. ſi ſocer. 44. inf. eod. l. in inſulam 42. princ. inf. eod. l. un. §. videamus,*
11. C. de Rei Ux. Act. Neque verò † mutat l. filiæ. *59.* inf. eod. quia ea 12
ad dotem profectitiam pertinet (nam & quæ filiæ emancipatæ dos à
patre data eſt, profectitia cenſetur *l. 5. §. ſi pater. 11. de Iure Dot. ſuprà.*)
quæ filiâ emancipatâ ſine liberis in matrimonio defunctâ ad patrem
redit. Hic enim eſt caſus ille ſingularis cujus meminit Paulus, *in l.*
cum pater. 71. de Evict. ut rectè Cujacius notat *tract. 8 ad Afr. in d. l. 34.*
& Faber ſequitur, *lib. 1. Conject. c. 16.* Cùm interim filiâ ſuperſtite, non
aliter patri actio ſit, quàm in quem caſum eam reſtitui ſibi ſtipulatus
ſit expreſsè, aliàs enim mulieri ipſi actio eſt, *l. ſi cum dotem. 22. inf. eod.*
Idcirco ſpecies d. l. *59.* hæc eſt, maritum miſiſſe repudium mulieri
ægræ, ne ſi ex ægritudine deceſſiſſet dos ad patrem rediret. Divortio 13
enim † facto non exiſteret caſus ille mortuæ in matrimonio filiæ; eoq;
tum dos deveniret ad heredes mulieris. Quando igitur in fraudem
juris repudium iſtud fieret benignè dicitur, uxore paulò poſt defun-
ctâ, marito ſaltem utilem actionem dari, *d. l. 59.* Idque eo quod † do- 14
tis profectitiæ proprium ſit, ut muliere in matrimonio defuncta (quod
ibi quoque accidiſſet, niſi fraudandi juris cauſa maritus repudium mi-
ſiſſet) ad parentem revertatur, *l. ſi filia. 5. De Divort. l. ſi ab hoſtibus. 10.*
inf. h. t. Nec mutat † l. *4.* C eod. quæ ſingulatim in hoc argumento 15
meminit filiæfamilias : id enim eò, quòd hæc ſit reſcripta ad ſpeciem
facti de filiafamilias propoſitam; ut ceſſet hic regula, quâ dicimus in-
cluſio unius eſt excluſio alterius, *de qua DD. in l. prætor ait. de Iudic.*
Niſi tamen pacto aliter † ſit proviſum, *l. ſi pater. 12. de Pact. Dot.* aut
maritus ſolvendo non ſit, *l. maritum, 12. inf. eod.* aut denique res dota-
lis ſine culpa mariti, vel poſt moram mulieris perierit, *l. 9. l. 27. l. 29.*
inf. eod. Quod ſi Adventitia † dos ſit, defunctâ in matrimonio muliere, 16
eadem cedit lucro mariti, *Ulp. in fragm. tit. 6. eoq. pertinet l. mulier. 20. de*
Cond. Inſt. l. ſed etſi. 23. de Evict. Eò pertinet etiam l. dotale. † *15.* ſuprà 17
de Fundo Dot. ad cujus explicationem malè Græci requirunt, pa-
ctum fuiſſe, ut dos apud maritum remaneret, ut rectè Cujacius no-
tavit, *lib. 9. Obſ. c. 4. quem vide.* Si tamen hic quoque aliter cautum ſit,
quod convenit ſervandum eſt, *l. un. §. accedit. C. de Rei Ux. Act.* Sed 18
quæſitum eſt, An liberis ſuperſtitibus † muliere in matrimonio defun-
cta, dos maneat apud maritum liberorum patrem, quod magis eſt, *l.*
ſi filia. 20. §. hoc autem. ſup. Fam. Erciſ. Nec mutat l. ſi dotale. *48.* inf.
quia ea ita commodè accipitur, ſi id pactum ſit in caſum divortij. Li-
cet aliàs quoque iſta & quæ ſunt ejus argumenti leges aliæ, commodè
intelligi poſſint, vid. noſtra de hac quæſtione latiùs ſuprà, *in l. is qui*
56. §. 1. de Iure Dot. Vbi & unà tradimus quid juris ſit muliere di-
vertente exiſtentibus liberis.

Digitized by Google

Ad l. de Diviſione. 5. & 6.

1. *Soluto matrimonio quæ fructuum lucrandorum ratio ſit anni poſtremi.*

2. *Quid juris ſi maritus dotem non protinus à contractis nuptiis ſit nactus.*

3. *Actio quæ marito competit ad dotem præſtandam, an bonæ fidei ſit.*

1 CVm fructus rei dotalis † mariti pro oneribus matrimonij ſint, quæſitum eſt, matrimonio ſoluto quæ fructuum diviſio pro anno noviſſimo ineunda ſit. Qua in re primò ſequimur quod actum ſit, *l.pen.ſup. de Pact. Dot.* De quo ſi nil conſtet, dividendi ſunt pro parte anni quâ matrimonium duravit, computatione inita ex die traditi fundi, uſque in diem matrimonij ſoluti. Non ut à die nuptiarum initium anni ſtatuamus, aut dotis conſtitutæ, ſed eo demum quo res dotalis facta eſt, id verò eſt à tempore traditæ poſſeſſionis, *ut hic.* Modò tradita nuptiis jam contractis ſit, ut maritus onera matrimonij ceperit ſuſtinere: *l. in inſulam.§.uſuras inf.eod.& ſup.de Iur.Dot. l.cum poſt.§. domum.* alias enim fructus antè percepti, imputantur doti, *ut hic in l.*
2 *6.l.videamus.38.§. 1. de Vſur.* Quod ſi maritus † rem non protinus ſit nactus, ſibi imputabit quòd eam non exegerit antè, *per d.l.6. item Bal. & ſcribentes hic.* Sed hoc pleriſque ita acceptum eſt, niſi ante ſit com-
3 miſſa mora. Nam quia ex ſtipulatu actio † bonæ fidei eſt, *l. un. §. ſed etſi non ignoramus. C. de Rei Vx. Act.* etiam ante lapſum biennij vel litem conteſtatam ex ea uſuras & fructus deberi haud abs re dicitur, *l. mora.32.§.in bonæ. de Vſur.* Et id plerique probarunt, *gl. & DD. hic.* Ceterùm quod dicimus ex ſtipulatu actionem etiam marito ad dotem conſequendam bonæ fidei eſſe, id quidem pleriſque probatum eſt, *gl. Bart. Bal.Caſt. Immol. Iaſ. Aret. per d. §. ſed etſi non ignoramus, ſequitur poſt Din. & Cin. Coſt. hic.* verùm Cujacius negat, *Conſult. 6.* quem & Mercator ſequitur, *lib. 3. Animad.ad Rob. c.3.* Nullum interea opinionis ſuæ argumentum habet, niſi quod pleraque tradita in l un. C. de Rei Vx. Act. ad actionem de dote repetenda, in favorem mulieris ſunt introducta. Haud tamen ex eo efficitur marito quoque actionem hanc ad dotem præſtandam bonæ fidei non eſſe. Arguitur enim inde potius contrarium, cum jure cautum ſit, ex pacto ſeu lege contractus bonæ fidei actionem eandem eſſe, quæ ſit ex principali contractu, *l.juriſgentium §. quinimo. de Pact.* Accedit verò ampliùs hoc caſu, favor matrimonij præſentis, qui & moram ex re hoc eſt ſine interpellatione introduxit ſi ceſſetur ultra biennium, *l.ult. §. præterea. C. de Iure Dot.*

tamet ſi

Digitized by Google

tametſi & ante lapſum biennij dos rectè peti, & debitor idcirco poſſit in mora conſtitui, *d.l.ult.in fi. & ibid.Bal.& Iaſ.C.de Iure Dot.* Vnde & idem Cujacius aliter docuit, *in l. ſi mulier.21. §. ſi dos. Quod Met. Cauſa. ubi & vi. noſtra. & DD. communiter.* Num verò committatur ob hanc cauſam ante biennium mora ex re ſuprà explicamus, *in l.mora. 32. num. 29. de Vſur.*

Ad l. fructus. 7.
§. Papinianus alias l. divortio.

1. *Argumentum hujus textus ingenuum de diviſione fructuum inter maritum & uxorem, pro anno ultimo matrimonij ſoluti.*
2. *Explicantur ultima verba hujus §.*
3. *Varietas DD. in explicando hoc textu.*
4. *Quæ res in fructu ſint, quæque arbores jure fructuum amputari queant.*
5. *Explicatur §. ex contrario. inf. in ead. hac l.*

HIc textus commentantium varietate difficilior factus, rectè examinatus minùs obſcurus erit. Argumentum igitur ejus eſt: Soluto matrimonio † maritum lucrari obventiones dotis, idque pro parte anni eâ qua matrimonium duravit. Qui annus computatur à die illo quo fundus matrimonio doti fuit conſtitutus. Non quidem ex fructibus ſolis, non etiam ex penſionibus ſolis (ſi fortè pro aliquâ anni parte fundus dotalis locatus eſſet penſionibus indè acceptis, & pro parte alia percepti fructus ſint) ſed utriſque confuſis. Verbi gr. Cum nuptiæ contractæ principio Octobris eſſent (quo tempore fundum & una traditione dotalem factum intelligendum eſt, *ex l. 5. & 6. ſup. eod.* eodem menſe fructus percepit maritus. Principio dein Novembris fundum locavit in annum, penſione puta pecuniæ certâ. Poſtea, in fine ſcilicet Ianuarii, divortium intervenit. Et reſpondet Papinianus, obventiones anni ejus quo matrimonium ſolutum eſt, ita dividendas, ut maritus quidem tertiam retineat partem pro quotâ anni quâ matrimonium duravit, duæ verò reliquæ tertiæ cedant lucro uxoris, quòd pro partibus his jam matrimonium fuerit ſolutum. Obventiones proinde anni poſtremi dividuntur omnes, in quarum diviſione & fructus in Octobre percepti, & penſiones jam pro præteritis menſibus tribus ſolutæ, puta Novembri, Decembri, Ianuario, & adhuc reſtantes, ex inſtanti ſaltem anno locationis, in unam computantur ſummam, ut tertiam ejus pecuniæ partem retineat maritus. Quia videlicet & fru- 1

ctus illi obventiones unius menſis Octobris ſunt, & reliquorum undecim menſium penſiones, ſunt reditus ſeu obventiones temporis illius. Vt ita confuſa hæc univerſum conſtituant reditum pro anno in quo matrimonium eſt ſolutum. Tertiam itaque partem iſtam retinebit maritus ex fructibus omnibus ac penſionibus trium menſium, à ſe jam ipſo actu receptis & in unam ſummam confuſis. Atque ita accipiendum quod ſubobſcurè Papinianus in fine hujus §. ait, *Vindemia*
2 *fructus † & quarta portio mercedis instantis anni confundi debebunt.* Quæ videlicet utraque jam maritus perceperat, ut voces retinere & relinquere, in præſenti reſponſo uſurpatæ aliquoties, indicant palam. Ponamus fructus fundi æſtimatos *12.* nummis; penſiones inſtantis anni *24.* efficient hi numeri *36.* Atque his demendi ſunt duo, idque eò, quòd in anno matrimonij ſoluti tantum. *11.* menſes cedere queunt penſionum conventarum; cùm elapſus ante locationis initium menſis October eſſet; unde duodecimus menſis penſionis manet extra annum matrimonij ſoluti. Reliqua igitur dividenda ſunt. *34.* Ex quibus maritus partem tertiam feret pro menſibus quatuor, quæ facit numerum *11⅓.* mulier igitur recipiet vel retinebit *22⅔.* Illam verò ſuam pecuniam maritus habebit ex ſumma fructuum à ſe jam perceptorum.
3 Idque eſt argumentum ingenuum hujus textus. Conſtat quidem † mihi pleroſque aliter ſentire & inter ceteros Accurſium & DD. hic. *Duar. in Com. h. l. & lib. 1. diſp. c. ult. Guibert. in tr. de dote c. 6. num. 20. Connan. lib. 8. c. 10. Alciat. 3. Parerg. c. 1. Corraſ. 5. Miſcel. 7. Anton. Fab. lib. 1. Conject. c. 13.* Quorum non pauci haud obſcurè Papinianum inſimularunt abſurditatis. Sed pleriſque verborum & orationis obſcuritas impoſuit, nonnulli tamen re altiùs examinatâ effectu ipſo conveniunt. Reliquos interim confutare mihi propoſitum non eſt. Cum quia id extra inſtitutam brevitatem foret, tum quia ſententia ipſamet hæc noſtra, ut confido, cum judicio & attentione lecta, pleriſque ſaltem placitura eſt. Deprehenſam tamen eam propè jam antè comperio à Iulio Pacio, *quem vi. in lib. ſingulari de Fructib. Int. Div.*
4 *Inter Mar. & Vx. ad hanc l. ex profeſſo conſcripto.* Quæ verò res in fructu ſint, quæque † arbores fructuum jure amputari queant, quod multi quoque hic tractarunt, *Alex. & alij* id nos alibi peregimus, *vide noſtra late, in l. 7. l. 10. l. 11. & 12. de uſufr.* Quid autem juris ſit de emphyteuta, vaſallo, clerico in amputandis arboribus & tranſmittendis fructibus ad heredes, explicamus ſupra, *in l. defuncta. & l. arbores. eod. tit.*

§. E contrario.

5 E diverſo fingamus † mulierem vindemias in Octobri percepiſſe, & ſtatim fundum ab ea datum in dotem; deinceps in Martio locatum & in Aprili divortium factum, non pro menſe uno maritus lucrabitur fructus, ſed fructus reliqui anni quo matrimonium ſolutum eſt, computandi

putandi perinde veniunt ut in ſpecie ſuperiori. Sed quia in quinque menſibus elapſis fructus nulli percepti ſunt, pro menſibus locationis 1
reliquis, id eſt, ſeptem poſt matrimonium ſolutum & uno qui effluxit matrimonio conſtante, penſiones computandæ ſunt, quę fient ex quantitate anni univerſi, computata ad *24.* numero ſedecim. Quæ ſedecim quia obventionem conſtituunt anni ejus quo matrimonium ſolutum eſt, dividi oportet, ut nimirum pro parte ea qua matrimonium ſtetit, mercedem lucretur maritus (quam actione locati ſervare poteſt) id eſt ex ſedecim jam poſitis, ſex & duas tertias unius, ut relinquantur mulieri novem & tertia una unciæ unius. Aut ſi *16.* ea redigamus ad uncias duodecim, ut quincuncem retineat maritus, ſeptunx relinquatur uxori. Quæ ipſa quoque ſententia §. hujus. ex ſuperiori interpretatione perſpicua manet; & retinenda eſt, aliorum ambagibus prætermiſſis.

§ Item ſi meſſes. 3. & §. 4.

Perſpicui ſunt ex interpretatione paragraphorum præcedentium.

§. Ob donationes.

1. *Argumentum textus.*
2. *Solvuntur oppoſita. & n. 3. & 4.*

OB donationes † & res amotas, ex fructibus perceptis matrimonio ſoluto, compenſatio eſt, *per hunc tex. & l. 15. §. 1. inf. eod. l. 1. C. Rer. Amot.* Nec mutat † l. un. § taceat. C. de Rei Ux. Act. quia ea vetat retentionem ſimplicem non etiam compenſationem directam, ut ex eodem textu apparet, quo impenſis dos minui refertur neceſſariò, quod utique in meram compenſationem cadit. Alia enim eſt retentio quæ compenſationem inducit & perpetua eſt, alia quæ fit quaſi pignoris jure. *l. 4. Qui Pot. in Pig. Hab. Bart. Caſtr. hic.* Nec rectè Duarenus † huic ſolutioni opponit, quòd compenſatio quandoque retentio dicitur, *arg. l. 4. & l. ob negotium. 20. de Compenſ.* licet enim compenſatio dicatur retentio & ſit adeo, non tamen protinus omnis retentio compenſatio eſt, quod retentio ferè generis loco, compenſatio ſpeciei ſit. Sed neq; illud obſtat †, quod dicimus compenſationem corporis cum corpore non eſſe, nec corporis etiam cum quantitate, *l. ſi convenerit. 18. de Pig. Act. l ſi non ſortem. 29. §. ſi centum. de Cond. Ind. l. 5. de Impenſ. in Res Dot. Fact.* nam quod juris auctor perhibet compenſationem fieri poſſe, *ut hic.* arguit, hoc eo demum caſu ita eſſe, quo utrimque debentur res quæ compenſationem admittunt. Quod verò nominatim hic refertur de fructibus ſoluto matrimonio perceptis, id eò fit quod reliqui cedant pro oneribus matrimonii commodo mariti.

(Margin numbers beside the paragraph: 1 at "OB donationes", 2 at "Nec mutat", 3 at "Nec rectè Duarenus", 4 at "Sed neq; illud obſtat".)

§. Item ſi meſſes.

Allegatur in noſtris infrà ad §. quod in anno.

Digitized by Google

Ad §. quod in anno.

1 QVod ſi fundus † ejuſmodi ſit ut bis in anno ex eo fructus capiantur (ut accidit interdum in locis irriguis) idem quod in anno erit. Puta ut ſemeſtres fructus dividantur non etiam anni totius. Sed hoc
2 ita temperatum eſt, ſi † fructus utrique ejuſdem ſint generis, ut ſi bis legantur uvæ, biſve meſſis fiat. Nam ſi diverſi generis bis in anno proveniant, annum integrum computamus. *§. item ſi meſſes. ſup. in ead. hac*
3 *l. & l. prox. §. 1. inf. h. t.* Vnde quæſitum eſt, ſi primo † ſemeſtri colligantur fructus meliores, altero viliores, quid dicendum, Bartolus, Caſtrenſis, totum annum conſiderari, Accurſius & alij contrà, *Ang.*
4 *& Zaſ. poſt gl. hic.* quorum ſententia † evidenti definitione hujus textus conſtat, qui ea in re non diſtinguit, ut nec diſtinguendum nobis ſit.

Ad §. Non ſolum.

1 HIc locus arguit †, idem eſſe in obventionibus mobilium, quod in immobilium, *cui convenit l. un §. exactio. C. de Rei Vx. Act.*
2 Opponit Bartolus † quòd res mobiles non ſtatim reſtituantur ut immobiles, ſed reſtitui etiam intra annum poſſint, *ut in d. §. exactio.* & reputat id difficile contrarium. Nimis ridiculè ſanè, cum in d. §. exactio. illud quidem ita ſtatuatur, diſertis interim verbis ſubjungatur, idem eſſe in obventionibus mobilium quod in immobilium.

Ad §. ſi vir in fundo. 13.

1 SI vir in fundo dotali lapidicinas † invenerit, fundumque hoc modo reddiderit fructuoſiorem, marmor exemptum quidem mariti eſt,
2 ſed impēſa non eſt ei præſtanda *ut hic.* Nec † mutat l ult. ſupra. de Fun. Dot. ubi definitur, maritum etiam utiles impenſas recipere, quia id accipi oportet, ſi marmor exemerit meliorandi fundi cauſâ, non etiam ſi id exemerit ſibi, ut in hoc textu, quo agitur de lapidicinis marmoreis inventis, quâ ratione nimirum fundus fortuito melior factus cen-
3 ſendus eſt. Denique & obſervandum, † marmor à marito exemptum ipſius mariti eſſe indiſtinctè, idque ſive renaſcatur, cùm in fructu ſit, ſive etiam non renaſcatur, *per hunc tex.* Quod poſterius ita temperandum, niſi lapis voluntate mulieris ſit exemptus, tunc enim adeo eſſe mulieris cenſetur, ut pecunia ex venditione lapidum redacta, fiat ipſa quoque dotis, *l. ſi ex lapidicinis. 32. ſup. d. Iur. Dot.*

§. final. verſ. ſed hæ:

IMpenſæ quas maritus adhibuit retinens fructus totius anni, non repetuntur. Ratio eſt, quia fructus ita lucratur maritus, ut ex iis priùs ſatisfaciat impenſis, *tex hic.* Planè ſi quis alius impenderit cujus lucro fructus non cedunt, verbi gratia creditor detinens bona judicis authoritate, repetit impenſas totas, *l. prætor. 9. §. his verbis. de Reb. Auth. Iud. Poſſ. gl. Bart. Caſt.*

l ſi fundus. 8.

§. 1. Relatus eſt ſupra in noſtris ad l. prox. §. quod in anno.

Ad l.

Ad l. ſi mora. 9.

QVod hic perhibetur in cuſtodia rei dotalis maritum teneri tantùm ad dolum, id etiam ad latam culpam pertinet, quæ in rerum periculis dolo comparatur, *l. quod Nerva. 32. Depoſ. l. 1. §. lata. Si Menſ. Falſ. Mod. Dix.* Atque id Duarenus probavit, *poſt gl. Bart. & Iaſ.* Sed hoc ita accipiendum, ſi mulier fuerit in mora, aliàs enim tenetur etiam ex culpa levi, *l. ſi conſtante. 24. §. ſi maritus. & l. 25. §. 1. inf. eod.* quia puta utriuſque cauſa vertitur, idque ex perpetua regula negotiorum quæ utriuſque gratiâ ineuntur, *l. ſi ut certò. §. 1. Commod. l. 23. de Reg. Iur.*

Ad l. ſi ab hoſtibus. 10.

Principium relatum eſt in noſtris ſupra *ad l. 2. eod.* 1

§. 1.] Ineptum videri † queat quod hic Pomponius perhibet, maritum qui uxorem ſuam occiderit ob facinus dotem non lucrari. Intelligendum proinde id eſt, caſu quo maritus dotem quoquo modo lucratus fuiſſet. Idque etiam ita eſſe interveniente juſto dolore, verbi gratiâ, cede ob adulterium commiſſâ. Cùm vir hoc caſu ſupplicio contentus eſſe debeat, quod authoritate ſibi ſuâ ſumpſit, & quidem lege vetante, *l. 1. § fin. Ad L. Corn. de Sic.* nam & præter hoc meretur
pœnam, licet pœnâ Legis Corneliæ mitiorem, *l. ſi adulterium. 38. §.* 2
imperator. 8. de Adulter. Quid ergo ſi conſuetudine † vel ſtatuto permiſſum marito ſit adulterum occidere impunè, ut in Germania & Italia receptum Duarenus perhibet? Zaſius quidem cum lucro dotis privandum putat, *per hunc tex.* Sed hoc alij improbãt *Duar. & Gotofr. hic.* cum id quod jure permittente fit pœnam non mereatur, *l. Gracchus. 4. C. Ad*
L. Jul. de Adult. Et verò quia dotis privatio hac ratione in pœnam 3
caderet, hæc ſententia magis obtinuit. Nec mutat hic † textus, quia is procedit reſpectu Iuris Romani, quo uxorem adulteram interimere
non licebat, *d. l. 1. §. fin. Ad L. Corn. de Sicar.* Denique & occidiſſe 4
cenſetur † qui vulneraverit ut mors inſequatur, item ſi ægram non curaverit, cùm facilè medicum habere potuerit, & ſpes curandi certa
fuerit, *arg. l. 31. §. 11. & 12. ſup. de Ædil. Ed. junc. l. 3. de His Quib. Vt* 5
Indig. Denique & idem quod in dote † dicimus, & in donatione propter nuptias obtinet, ſi uxor virum maleficiis peremerit, *arg. hujus tex.* prætextu tamen accuſationis ſolius id permittendum non eſt, eò quòd ſeparata maleficii & donationis ſit cauſa, *l. ſi maritus. C. de Don. inter Vir. & Vx. gl. hic.*

Ad l. maritum. 12. l. 13. 14. 15. 16. 17.

MAritus de dote reſtituenda conventus non ultra damnatur quàm facere poſſit, *ut hic.* Qua de re vide noſtra plenè ſuprà *in l. pen. de Iure Dot. & l. non tantum. de Sent. & Re Iud.* infrà.

Ad l.

Ad l. ſi mulier. 19.

1. Divortio facto & judicio dotis conſtituto quid juris, ſi conjuges in matrimonium redierint, & 2. 3.

4. Quid ſi mulier interim alteri nubat, & dein redeat in matrimonium prius, & 4. & 5.

6. Quid juris ſit ſi extraneus dotem dederit, & matrimonio ſoluto dein reditum ſit, & 7. & 8.

9. Quid juris ſi mulier patrem habeat qui renovationi dotis non conſetit, & num. 10.

1 DIvortio facto & judicio dotis † conſtituto, ſi coujuges in matrimonium reverterint. exſpirat judicium & omnia manent in priſtino ſtatu, *per hunc tex.* niſi tamen aliud actum ſit, *l. dotem. 30. ſup. de*
2 *Iur. Dot.* Multoque magis id ita erit, ſi † actione ex ſtipulatu necdum inſtitutâ, mulier fuerit reverſa, *l. ſi mulier. 13 ſup. de Iur. Dot.* aut inſtrumenta dotalia necdum ſint repetita, *l. Divus. 40. ſup. de Iur. Dot.*
3 Denique & benignius eſt, ſi dote necdum † reſtitutâ redierit uxor, dotem ut matrimonium quoque eandem cenſeri, niſi puta multo temporis interpoſito, vel ipſa alij nupſerit, vel ille aliam duxerit, *l plerique.*
4 *13. ſup de Ritu Nupt.* Quamquam ſi † dos ex re uxoris profecta ſit, etiamſi ipſa alij nupſerit, dein redierit ad matrimonium prius, cenſeatur renovata, *l. poſt divortium 64. ſupra de Iure Dot.* Multò magis
5 igitur quod apud † maritum eundem reſtat ex dote priore, rurſus in dotem cenſetur converſum, *l. pen. §. uxor. inf. h. t.* Denique id quod
6 diximus, in extraneo † qui dotem ſtipulatus erat, vix ita eſt: quia matrimonio ſoluto ſtipulatio committitur confeſtim. Itaque hoc caſu conſenſu ſtipulatoris in dotis renovationem opus eſt, *l. ſtipulatio. 63. de Jure Dot.* qui ſi omittatur, judicium de dote reſtituenda ceptum
7 non ſolvitur, *l. in inſulam. 42. §. fin. inf. eod.* Hoc omne † ita, niſi diſceſſio magis calore iracundiæ, quàm perpetuæ ſeparationis cauſâ ſit
8 facta, *l. 3. ſup. de Divor.* Planè ſi is qui dotem ſtipulatus conſenſerit matrimonio † renovando, unà etiam renovationi dotis creditur conſenſiſſe, *l. cum maritus. 29. §. 1. de Pact. Dot.* quam rectè ita Accurſius explicuit. A qua ſententia licet Coſtalius diſcedat, *in d. l. 29. §. 1.* quia tamen conſenſus in matrimonium à tertio adhibitus nullius effectus futurus ſit, niſi ad renovationem dotis referatur: probabilius eſt conſenſu matrimonij conſenſum etiam unà in dotem eſſe, *arg. l. 1. § fin. D. Quod Quiſq. jur.* niſi tamen & hic contrarium actum expreſſè ſit, *d. l. 30. ſup. de Jure Dot.* Quod ſi mulier patrem habeat qui matrimonio reno-

renovando † non conſenſiſſet, dotis exactio parenti ſalva manet, *l. ſi ut. 7. C. de Nupt.* ubi tamen pro verbis *non petente filia*, legendum eſt, non pœnitente, ut rectè Talalæus vertit *lib. 28. Baſilic.* hoc eſt non renitente aut reluctante. Ratio eſt, quia ex ſtipulatu actionem pater ſine filia non exercet, & defuncto ipſo filia eam habet ſola, *l. un. §. & hoc ex. C. de Rei Ux. Act. vi. noſtra in l. 2. §. 1. eod.* Nec reddi ei dos invitâ filiâ poteſt, *l. poſt nuptias. 28. ſup. de Iure Dot.* Sed id quoque Iure Canonico, † quo conſenſus parentum vulgò in nuptiis contrahendis, minùs neceſſarius eſt, exiſtimant largius accipi, & per conſequens, parenti ne hoc quidem caſu actionem eſſe, niſi filia ei adſiſtat palam, *Additio gl. in d. l. 7.* Quod & admittendum eſt, niſi pater juſtam reluctandi habeat cauſam, *arg. l. ſi cum dotem. 22. §. nec non. 6. inf. eod. per ea quæ latè tradimus ſuprà. in l. 2. de Nupt.* 9 10 *Ius Canon. an hic diverſum.*

Ad l. ſi cum dotem. 22.

Principium hujus l. explicatum eſt in noſtris ſuprà *ad l. 2. §. 1. eod.*

§. Nec non. *6.*] Pertinet ad ea quæ nos in l. *19.* num. ult. ſup. eod.

§. Sin autem. *8.*] Relatus eſt in noſtris infrà, *ad l. ſi conſtante. 24. h. t.*

§. fin.] An res à tertio meis nummis comparata fiat mea, pluribus ſuprà tractatum eſt in noſtris *ad l. res quæ. 54. de Iure Dot.*

Ad l. ſi conſtante. 24.

1. Quando actio ex ſtipulatu obtineat.

2. Diverſum eſſe ſi maritus conſtante matrimonio ad inopiam vergat.

3. Si mulier eo caſu furioſa fiat, quid juris.

4. An ſi mulier ſciens viro obærato nubat agi, ut in caſu præcedenti poſſit, & num. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

11. Quantum authoritatis ſentẽtiis Doctorum tribuendum.

12. Quod de marito dictum eſt, etiam ad ſocerum fortunis labentem pertinere.

13. An maritus ex poſt facto ad meliorem fortunam reverſus recipiat dotis adminiſtrationem, & num. 14.

EX ſtipulatu actio † regulariter matrimonio demum ſoluto eſt, *l. 2. & tot. h. t.* quia dos ad ſuſtinendum onera matrimonij eſt, *l. pro oneribus. 20. C. de Iu. Dot. l. ſi is 56. §. 1. ſup. eod.* Sed illud temperationem † recipit, niſi maritus conſtante matrimonio ad inopiam vergat, *per hunc tex.* Non tamen eo caſu mulier dotem habebit, ut eam alie- 1 2

Digitized by Google

net pro arbitrio, verùm ut ſe familiamque ex ea alat, *l. ubi adhuc. 29.*
3 *C. de Iure Dot.* Quod ſi uxor furioſa † ſit & maritus bona dilapidet, dos ſequeſtro aut curatori in eundem finem committetur. Idque inſtante curatore, ſi quem præter maritum habeat, aut amicis perficiendum eſt, *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem. 8. ſup. eod. c. nullus judicum. §. quod*
4 *ſi fecerit. & ibi gl. in verb. ſequeſtratus. ext. de foro comp.* Sed an mulier † nubens viro obærato ſciens, hoc beneficium habeat, quæritur, Baldus & Iaſon diſputandi cauſa negare videntur, *Iaſ. hic. num. 172.*
5 *Bal. in d. l. ubi adhuc. col. 5. C. de Jur. Dot.* Bartolus tamen † diverſum docuit & magis eſt, *per tex. in d. l. ubi adhuc. qui agit indiſtinctè. Bart. in l. is à quo. §. fin. num. 2. ut in Poſſ. Leg.* Movet, quòd is caſus nullâ lege exceptus eſt, ut ex vanâ argutatione dici nequeat aliud. Secundò †
6 quod quidem prodigus aut obæratus fuiſſe potuit, ut vitium iſtud ex poſt facto ceperit incrementum. Obtinet enim actio hæc tum demum cùm dubium eſt, an dos ex bonis mariti queat ſervari. *per hunc tex.*
7 Tertiò quod † non ſolius mulieris cauſa in hac re vertatur, ſed familię univerſæ, adeoque reipublicæ ipſius interſit, dotem ei conſervari, *l. 2.*
8 *ſupra de Iur. Dot. l. 1. ſup. h. t.* Quartò quod mulier † ne quidem ante nuptias pacto expreſſo doti facilè præjudicat. *l. Attilicinus. ſup. de Pact. Dot.* & multò minus igitur ex ſcientiâ ſolâ ſine ullius pacti adjunctio-
9 ne. Quintò quod † in dubio ſemper pro dotibus reſpondendum ſit, *l. in ambiguis. 70. ſup. de Iu. Dot.* Vnde tandem & in propoſito idem erit. Nec ad rē facit, quod illi contrà movent, neminem videri eum fraudare qui conſentiat aut ſciat, *l. nemo. 145. de Reg. Iu.* quia id quidem ita eſt in caſibus expreſſis, verbi gr. ſcientes conſentientes creditores non videri fraudatos contra edictum, Quæ In Fr. Cred. *l. qui autem. §. præterea illud. ff. Quæ In Fr. Cred.* item non videri dolo inductum qui ſcivit, *per vulg.* Neque igitur regulæ locus erit in iis quæ publicum favorem adjunctum habent, ut in propoſito. Idemque reſpondendum eſt ad l. is à quo. 3. §. fin. *verb. ipſam enim ſua facilitati expenſam ferre debere.* Vt in
10 Poſſ. Leg. Et hæc † ſententia indiſtinctè moribus obtinet. Ratioq; ejus rei viva eſt, quod in dubio ad principia redeundum ſit. Docto-
11 rum argutiæ profectò apud bonos † juriſconſultos haud hoc momenti habebunt ut reſponſis imperent. Sit eis in ſcholis ſua authoritas cauſâ eruendæ veritatis, juris interea ſtudioſis ego inculcabo, in definiendis quæſtionibus controverſis nihil æſtimanda Doctorum reticula
12 contra ipſam legum majeſtatem eſſe. Quod verò dicimus †, maritum ad inopiam vergentem hac actione conveniri poſſe, magis eſt & ad ſocerum pertinere, ſi puta is quoque ad inopiam vergat; item non uxorem tantùm, ſed patrem quoque ejus agere hoc modo poſſe & amicos. *d. l. 22. §. ſin autem. ſup. eod. gl. magna hic in verb. mariti. & in l. ubi adhuc. C. eod.* Id tamen omne ita temperandum, ut dos nihilominus ſerviat
13 filiæ, alendæ familiæ cauſâ. *per hunc tex.* Sed dubitatum eſt, An maritus † ex poſt facto ad meliorem fortunam reverſus, adminiſtrationem recipiat,

Digitized by Google

recipiat, Accurſius Hugolinum ſecutus non putat, *gl. pen. in d. l. ubi adhuc. 29. C. de Iu. Dot.* Alii contra adminiſtrationem ei reſtitui; *Gail. 2. Obſ. 85.* movet eum quod dicimus, ſublatâ cauſâ tolli effectum. *l. 1. §. fi. de Donat.* Idque eo magis in propoſito ita videatur, quia exactio dotis quæ matrimonio conſtante fit, irregularis eſt, ideoque jus mariti faciliùs redit ad principem ſui naturam, *arg. l. ſi unus. 27. §. pactus ne peteret. verſ. quod & in ſpecie dotis. de Pact.* Quod quidem † magis eſt 14 ſi & unà ceſſet vitium prodigalitatis. Nam & prodigus cui bonis interdictum eſt, prodigalitate ceſſante recipit eorundem adminiſtrationem, *l. 1. de Cur. Fur. Dan. fac. l. fin. princ. C. de Sent. Paſſ.* Si vitium illud non ceſſet, Accurſii ſententia magis obtinet; quia puta juſta ablatæ dotis cauſa etiamnum durat, *per hunc tex.*

§. Quoties. 2.

Allegatur in noſtris ſupra *in l. cum dotis. 55. de Iure Dot.*

§. Si maritus.

Allegatur in noſtris ſupra *ad l. 2. de His Qui Sui vel Al. Jur. Sunt.*

Ad l. ſi filiofamilias. 25.

§. Final. SI vir fundum locaverit † in quinquennium & primo anno 1 elapſo matrimonium ſolvatur, fundus mulieri non aliter reſtituendus eſt, quàm caverit, ſe præſtituram, ſi in ampliùs quàm locationem unius anni maritus damnetur. Vndè & maritus mulieri viciſſim cavere tenetur, de eo quod præter primum annum ipſe ex locatione fuerit conſecutus. *ut hic.* Inde quæritur, An locationi à marito factæ † ſtare teneatur uxor matrimonio ſoluto. Quod vix videtur, 2 cùm mulier ſuccedat titulo ſpeciali, eoque contractu à præceſſore inito non teneatur; *l. qui fundum. 32. ſup. locati. cum ſim. Quo inclinant Doctores plerique, Bart. Caſtr. & alij hic.* Sed hoc alii ita temperant, ut effectum quidem locatio habeat ad tempus brevius, non verò ad tempus longius, *arg. hujus tex. Duar. hic. quod & olim Alexandro placuit, & poſt Covarru. lib. 2. Var. Reſol. c. 15. num. 5.* Probabile proinde eſt, rem totam hanc in facto conſtare, *arg. hujus tex. junc. l. 9. C. Locati.* ut ſi mulier locationi conſenſerit, vel annus fortè unus aut tempus paulò amplius reſtet, illa ſolutione matrimonii non rumpatur. Quanquam ſi fundus, priuſquam in dotem daretur, locatus eſſet; magis dicamus, maritum ex contractu eo non teneri, cum ſucceſſor ſpecialis ſit, *d. l. 9. Rom. hic. num. 27. Alex. num. 37.* Sed hoc quoque ex diſtinctione præmiſſâ temperandum magis dicimus. Pendet etiam hæc res ſæpe ex moribus locorum. vi. noſtra ſupra, *in l. ſi fundum. 32. ff. Locati.* *Conſuet. in hac re.*

l. 26.

Pertinet ad ea quæ nos ſupra, *in l. 2. §. 1. eod. & in l. 9. ſup. eod.*

Ad l. quoties. 29.

Vide noſtra latè ſupra in l. 2. §. 1. in princ. eod.

V 2

Digitized by Google

l. ſi prior. 32.

Pertinet ad ea quæ nos in l. prox. inf. ubi allegatur.

Ad l. quæ dotis. 33.

1 MVlier nubens marito † dotem promiſit, adhibito tertio qui partem dotis ſtipularetur matrimonio ſoluto. Vxor decedit dote necdum ſolutâ, & marito herede relicto, qui & adiit hereditatem eamque damnoſam. Quæritur an ſtipulator in eum agere poſſit, reſpondetur poſſe. Sed dos ſoluta non fuit: at verò quia aditione hereditatis confuſa actio mariti cum eadem eſt, ſequitur eâ ſublatâ nihil reſtare quo actio ex ſtipulatu ſubmoveatur. Cùm omnis hereditas
2 ſolvendo videatur quam heres adiit, *l. libertus. de Bon. Lib.* Vtrum autem in ſolidum teneatur, an quatenus † facere poſſit? poſterius Accurſio viſum eſt, *gl. ult. hic. per l. prox. ſup. h. t. & l. ſi maritus. inf. eod.* Cujacius contra, quia hic ſtipulator marito ſit extraneus, & dotem ſtipulatus ſit ſuo nomine. Sed verior Accurſij ſententia eſt, in ſtipulatore donatorio, ſi enim nec marito ſecundo agenti ad dotis conſervationem ultra quàm facere primus poſſit, in eundem actio ſit, *d. l. prox. ſuprà.* in eo qui ex ſimplici donatione agit, idem multò magis erit. Cujacij ſententia igitur obtinet in ſtipulatore & creditore ex alia cauſa. Denique & non obſtante ſtipulatione dotale inſtrumentum mulier mutare poteſt, *l. mulier. 72. §. fin. ſup. de* Iure *Dot.* ſed hoc ita, ſi vel
3 ut † mandatarius, vel ob donationem cauſâ mortis ſtipulatus ſit. Vnde & fideicommiſſum ab eo relinqui & donatio ex pœnitentia poteſt revocari, *l. Seia. 11. de Dote Pral. l. 2. C. de Iure Dot. l. cum quis. 37. §. nuptura. de Leg. 3.* Porrò mortis cauſâ ſtipulatio præſumitur, ſi liberalitatis cauſa vertatur, niſi aliud actum ſit, *d. l. Seia.*

Ad l. Titia. 34.

VIde noſtra latè ſuprà, An & quatenus pater vel ſolus vel adjuncta filiâ ex ſtipulatu agat. *in l. 2. §. 1. eod.*

Ad l. Lucius. 38.

1. De juſtis divortij cauſis.

2. Divortio facto ubi & cujus ſumptib. alendi liberi ſint.

3. Divortio facto cujus lucro dos & donatio propter nuptias ſit, & quomodo & num. 4. & 5.

6. An filia quæ divortio cauſam dedit, per hoc quoque patri auferat jus ſuum.

7. An oſculum alteri datum cauſa divortij juſta ſit.

8. An

Digitized by Google

8. *An ob ſtuprum poſt mortem mariti commiſſum mulier dote cadat, & num. 9.*

10. *An heredes mariti viduæ ob adulterium marito vivo commiſſum, auferre ei dotem poſſint, & 11. & 12.*

QVod hic † dicitur, culpam mulieris mulctandam quæ ipſa cauſam divortio dedit, monet ut obiter attingamus juſtas divortij cauſas, ob quas ſcilicet divertens mulier, dote non mulctetur. Et hæ quidem olim arbitrariæ fuere, poſtea in certum jus redactæ, *per tex. in l. conſenſu. §. virum. de Repud.* dein denuo coarctatæ, *Nov. 117. c. 8.* Sed quia Iure Canonico matrimonium repudio non ſolvitur, niſi ſeparatione tori, *vi. noſtra ſuprà ad l. 1. de Divor. & Rep.* jure ſaltem iſto probabiliter omnes videantur rejectæ, *gl. magna in l. conſenſu. §. virum. C. de Repud.* eò quòd divortium non fiat propriè niſi intentione ſeparationis perpetuæ, *l. 3. ſup. de Divort.* Separatione tamen † facta liberi apud eum eamve manebunt, qui non dederit divortio cauſam, expenſas verò alimentorum ſuppeditabit pater, ſive apud matrem nutriantur, ſive apud ipſum, *Novell. 117. c. 7. & auth. ſi pater. C. Divor. Facto Apud Quem Lib. Mor.* Quantum verò ad dotem vel donationem † propter nuptias attinet, ita ſtatuendum eſt, ut ſi mulier temere cauſam dederit divortio facto, dotem & donationem propter nuptias perdat, *d. l. 8. §. hæc niſi. C. de Repud.* ſi verò maritus: dotem reſtituat & donationem ante nuptias amittat, *d. l. 8. §. virum. verſ. ſin autem.* Si liberi exiſtant, quicquid alterius culpâ lucrabitur alter, iiſdem conſervatur poſt mortem accipientis. Vt tamen is id ipſum vel † uni ex liberis donare poſſit, *d. l. 8. §. penult.* Denique ſi liberi † ipſi heredes non ſint, lucrum hoc eis integrum præſtandum ab heredibus ſine diminutione eſt, *d. l. 8. §. pen.* Num verò electio unius ex liberis, lucrum iſtud habituri, jure Novellarum ſublatum ſit, *per Nov. 2. c. 1. Nov. 22. c. 25.* Azo & Hugolinus non putant, ſed pertinere eas tantum ad abrogationem l. generaliter. C. de Sec. Nupt. Quòd ſcilicet iſtæ Novellæ ſint de caſu mortis vel quaſi, ut monachiſmo vel ſervitute, idquo & Cujacio videtur, *in d. Nov. 2. c. 1.* & magis eſt. Differentiæ ratio eſt, quia Novella utraque iſta ad ſecundas nuptias pertinet, ſed d. l. 8. ad premium ſine culpa ſua repudiati. Illud quæſitum eſt, An etiam filiafamilias, cauſâ divortio † dato, patri actionem adimat ſibi cum ipſo communem, quod non probamus, *arg. Auth. contra. C. de Repud. Nov. 22. c. 29. & arg. l. aſſiduis. C. Qui Pot. In Pig. Hab.* Præjudicat tamen filia interim ſibi, *c. plerumque. de don. inter Vir. & Ux. Coſt. hic.* Denique illud prætereundum non eſt, quod † nonnulli perhibent, ad cauſam amittendæ dotis etiam referri oſculum alteri datum, *DD. quos allegat Clar. in §. adulterium. num. 16.* Sed hoc ut nuſquam relatum eſt, ita

Margin: 1 *Ius Canon. diverſum.* 2 3 4 5 6 7

Digitized by Google

uſu compluribus in locis adverſum rationi eſt. Quemadmodum & illud, quod alij autumant † ob ſtuprum poſt mortem mariti commiſ-
8 ſum, viduæ dotem auferri, *Caſtr. in l. ſororem. per gl. ib. C. de ius Quib. Vt Indig. Felin. in c. paſtoralis. col. 3. verſ. mulier. extra de judic. comm. dic. Boer. deciſ. 338.* jure probatum non eſt. Quamobrem contrarium uſu & in praxi obtinuit, *Boer. d. loc. num. penult. Chaſſan. in Conſuet. Burgum. rub. 4. §. 6. num. 4. Aimo Cravet. conſil. 805.* ratioque ejus rei viva eſt, quod licet mulier ſtupro obnoxia malè fecerit, quia tamen pœna hæc in eum ſtatuta non eſt, nequeat aliunde in eum adeiſci, *arg.*
9 *l. & ſi quis. §. Divus. de Relig.* Adde quòd nominatim in † hac ſpecie definitum ſit, mulierem privari donatione antenuptiali ex bonis mariti percipiendâ, *Nov. 39. c. ult.* unde id ad dotem referri non poteſt, *arg. l. cum prætor. de Iudic. junc. c. odia. de reg. jur. in 6.* Et hæc ſententia benignior eſt, eoque tenenda, *c. in pœnis. 49. de reg. jur. in 6.* Nec mutat igitur quod dicimus, etiam defuncto fieri injuriam poſſe, *per not. Bart. in l. ult. C. de Adult. fac. tex. in l. ſi quis inſulam. de Cadav. Pun.* neque enim protinus ex eo fit, ut viduam ſtupratam pœnæ eæ quæ adulteram ſequantur, *l. ſi uxor. 13. §. 2. verb. ſi vidua eſſet, impunè in eam ſtuprum committeretur. Ad L. Iul. de Adult.* Nec admittenda proinde Alciati gloſſa eſt, qui Caſtrenſis ſententiam ita probat, ſi vidua intra annum peccet, *Alc. reg. 2. præſ. 9. num. 5.* quia eo ipſo caſu loquitur Novella paulò antè allegata, privans tamen tantùm eam donatione antenuptiali. Vt meritò hæc ſententia indiſtinctè moribus obtineat, *Boer. d. l. Pinel. in l. 4. C. de Bon. Matera. Molin. in Conſuet. Par. §. 30. num. 142. Gomeſ. in l. 8. Taurini num. 70. ad fin.*
10 Illud etiam quæſitum † eſt, An heredes mariti viduæ ob adulterium vivo marito commiſſum dotem auferre queant. Sed in hac re obſervandum, mulierem haud aliter ob adulterium dote privari, quàm ſi ante mortem ſolutum matrimonium divortio ſit, & repudium re ipſâ miſſum. *per tex. in l. ult. C. de Adult.* Contrarium proinde eſt, matrimonio morte dirempto; quòd puta maritus & hoc caſu delictum cenſeatur remiſiſſe, *gl. in d. l. ult. verb. præſtare. Ioan. Fab. ib.* Vnde & è diverſo conſequitur, nec heredes ejus ob adulterium à muliere vivâ commiſſum, dotem lucrari, niſi matrimonium ſolutum divortio ſit. *arg. l. 1. & l. ult. C. de Revoc. Don. Spec. de dote poſt div. reſt. §. 1. verſ. quid ſi mulier agit. Ioan Andr. & Panor. in d. c. plerumque.* Et hanc ſententiam communem ac veram Boerius ſtatuit, *d. deciſ. 338. num. 7.* Ratioque
11 altera † eſt, quod retinens matrimonio uxorem adulteram, lenocinium committit, *l. 2. C. de Adult.* ut mutua hoc caſu delictorum compenſatio ſit, *per tex. in l. prox. inf. h. t.* Nam & ſi reducti quaſi matrimonio ſecundo ſit, itaque reconciliata, abolita per hoc intelliguntur delicta, *l. ſi uxor. 13. §. pen. de Adult. c. quemadmodum. ex. de Iurejur. c. ſi illic. 23.*
12 *q. 4.* Denique & ſententiam illam temperant, niſi maritus † vel brevitate temporis vel culpâ mulieris fuerit impeditus repudium mittere. *Ioan.*

Digitized by Google

re. *Joan. Andr. in add. ad Specul. tit. de Feud. §. fin. Cin. in d. l. 1. C. de revoc. donat. Boer. d. lo. num. 8.* quod magis eſt, *arg. d l. ult. C. de Adult. in fi. verb. niſi per culpam mulieris.* Quid verò juris ſit, ſi maritus uxorem in adulterio deprehenſam occiderit, ſupra tractamus, *in l. ſi ab hoſtibus. 10. §. 1. eod. tit.* ubi vide.

Ad l. poſt. dotem. 40. & l. 41.

APud quem maneat dos defunctâ vel ſuperſtite uxore, late tractamus ſupra *in l. 56. §. 1. de Iure Dot. & l. 2. ſup. h. t.*

Ad l. inſulam. 42.

§. uſuras.] AD uſuras dotis quod attinet vi. l. un. §. exactio, & quæ ibi tractantur. C. de Rei Vx. Act.

l. ſi ſocer. 44.

PRincip. allegatur, in noſtris ſupra *ad l. 2. §. 1. num. 11. eod.* ubi tractamus plenè cui dotis exactio competat matrimonio ſoluto. Argumentum verò hujus textus eſt: Socerum dotis debitorem ex diſpoſitione generi heredem factum, à filia emancipata conveniri poſſe, itemque mortuo patre, heredes ipſius conveniri ab eadem poſſe non emancipatâ. Dubium movebat, quòd exſtincta eſſe obligatio hereditatis aditione videbatur. Sed hoc præjudicare filiæ tanquam tertiæ non poteſt. *ut hic.* Filiæ quidem ſuæ in patrem vivum actio non eſt, præterquam ex caſtrenſi peculio, *l. 4. de Iudic.* mortuo tamen eo, ut ſit, cauſâ dotis efficitur, quæ ferè publica eſt. *l. un. §. videamus. C. de Rei Vx. Act.*

§. Lucius.

1. Quomodo proſpectum mulieri à patre exheredatæ ſit, ut dotem conſervet.

2. Marito defuncto utrum mulieri in heredes mariti an verò patris, actio ſit.

3. Quid ſit eodem caſu, ſi maritus confeſſus ſit ſe dotem accepiſſe, & poſtea maritus patri promiſerit de eâ præſtanda.

PAter genero centum † doti promiſit, dein convenit ne vivo patre 1
dos exigeretur. Divortio facto culpâ mariti, pater filiam exheredavit, quæritur an maritus, qui reddere dotem mulieri tenetur, heredes ſoceri ad eam ſolvendam convenire poſſit: reſpondetur poſſe, ipſumq; maritum teneri mulieri aut exactam dotem, aut actiones ad eam exigendam præſtare. Idemque obtinet, pro partibus heredum ceterorum, filia ipſa pro parte herede inſtituta. *ut hic.* Mulieri enim ipſi, in he-
redes † ex ſtipulatu actio non eſt, *l. 5. C. de Dot. Prom.* Quid ergo ma- 2
rito defuncto, an non in heredes † patris filiæ exheredatæ actio ſit, vi- 3
deamus,

deamus, & hoc Guidoni Papæ viſum eſt, *q.375. & in conſ.6.non procul. à fi. & Boer.deciſ.328. num. 2.* Sed id nuſquam relatum eſt, nam quod attinet ad l.un.§.videamus. C. de Rei Vx. Act. quam illi in opinionis ſuæ argumentum aſſumunt, ea nihil aliud definitur, quàm filiam ſive inſtitutam ſive exheredatam, nihilominus ex ſtipulatu actione illam præcipuam habere, id enim eo tantùm pertinet, ne mulier, vel maritus, ejus nomine in ſingulos heredes agere cogantur pro parte. Id vero non excludit diſpoſitionem juris quâ id medio marito expediendum eſt. Idque rectè Baldus notat, & alij ſequuntur *Bal.in d.l.5.verſ. ſed pone. C. de Dot. Prom. Corneus conſ 1. col.pen.lib.2. Fach.lib.8.c.73.*

4 *Contr.* Sed quid ſi maritus confeſſus ſit ſe dotem + accepiſſe, eamq; mulieri reſtituere ſuſceperit, & poſtea eam ſocero promiſerit, nec acceperit tamen dotem re ipſâ, an marito defuncto, heredes ejus cedendo actionem, liberentur, quæritur idque pleriſque videtur, *arg. l. ſemper in ſtipulationibus. de Reg. Iur. Bart. in l. pen. §. ſi vir. inf. eod. Caſtr. & Alex. ib. Afflic. dec. 323. num. 1. Neviſan. lib. 2. Silvæ Nupt. num.73. qui perhibet ita judicatum Mediolani eſſe. Menoch. lib.3. Præſump.12. num. 90.* Sed hoc Baldus & alij non putant, *Bal. & Ang. in d.l.pen. §. ſi vir.inf eod.* Moventur quod dos non confeſſione ſed numeratione demum quæratur, *l. 1. C. de Dote Caut.Non Num.* Dein, quod is qui ideo tenetur, quia actionem habet, ceſſione ejus liberetur, *l. quod debetur. de Pecul.* Vnde & in propoſito dicendum idem videtur, *l. 5. C. de Dot.Prom.* Tertiò quia novatio non contrahatur, niſi id agatur expreſſè, *l. ult. C. de Novat.* Ego reſpondi rem in facto conſtare, ita ut utraque ſententia vera ſit, ſed diverſo reſpectu, prior quidem ſi hoc actum diſertè ſit, ut maritus ipſe in omnem eventum mulieri ad reſtitutionem teneatur; *per hunc tex. junc. d. l. ſemper in ſtipulationibus. de Reg. Iur.* poſterior vero ſi non palam pateat, hoc actum eſſe, *d. l. 1. C. de Dote Caut. arg. d. l. ult. C. de Novat.* Quod ſi vir ſocero injuſſu mulieris dotem accepto tuliſſet, etiamſi id propter egeſtatem ejus factum eſſet, nihilominus ipſe mulieri tenetur, *l. pen. §. ſi vir. inf. eod.*

Ad l. ſi filiofamilias. 51. & l. 54.

DE computatione ejus quatenus quis facere poteſt, vide nonnulla ſuprà *in l. pen. de Iure Dot.* & rurſus infrà, *ad l. inter eos. §. fin. de Re Iud.*

Ad l. ſi quis ſtipuletur. 56.

STipulatio ſi quo caſu Titia nupta eſſe deſierit, generalis eſt, & quęcunque caſum continet matrimonij ſoluti; ſive quæ ab hoſtibus capta, ſive alio modo in ſervitutem ſit redacta, *per hunc tex. junge l. 10. princ. ſup. eod.* Quod vero id & ad deportatum refertur, *ut hic.* moderationem recipit, ſi perſeverent in eodem affectu, *l. 1. C. de Repud. l. res uxoris. C. de Don. inter Vir. & Vx.* Sola igitur deportatio matrim. non ſolvit, *l. ſed ſi mors, ſuprà de Don. inter Vir. & Vx.* Ratio eſt,

quia

Digitized by Google

quia ſponſalia ſaltem (quæ ſunt conventio matrimonij ineundi) juris gentium ſunt, *l. 4. ſup. de Sponſal. vi. noſtra ad l. 1. & 2. eodem iſto tit.* Ac tametſi dicamus deportatione quoque ſolvi cognationes & affinitates, *l. non facile. 5. §. fin. de Gr. & Aff. l. pen. §. fin. de Extraord. Cogn.* id tamen de jure civili accipiendum eſt, cum interim jure gentium ſubſiſtant, ut matrimonium, *l. adoptivus. 14. §. ſerviles. ſup. de Ritu Nup. Nov. 22. & ibi Cujac. Bronch. Cent. 3. Enant. c. 6.*

Ad l. filiæ. 59.

DE dote reſtituendâ, filiâ emancipatâ in matrimonio defunctâ, & occaſione ægritudinis repudiata, vide noſtra ſuprà *ad l. 2. §. 1. num. 12. & 13.* ubi hæc plenè explicatur.

Ad l. in his rebus. penult.

§. Si vir ſocero.] AN vir acceptilatione ſocero facta, item confeſſione factâ de dote recepta, mulieri prejudicet an minùs (quod ex DD. nonnulli hic tractant) plenè peragimus ſuprà, *ad l. ſi ſocer. 44. §. Lucius. eod.* ubi & hæc allegatur in noſtris, *in fine commentarij.*

LIBER XXV.

De Impenſis in res dotales Factis.

TIT. I.

Ad l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

DE toto genere impenſarum tam utilium quam neceſſariarum & voluptariarum, itemque qui poſſeſſores quarum nomine actionem habeant vel minùs, vide noſtra ſuprà *ad l. ſumptus. 48. de Rei Vind. & ad l. 33. de Cond. Indeb.*

Ad l. quod dicitur. 5.

VIde quæ nos ſuprà ad l. fructus. 7. §. ob donationes. Sol. Matrim. ubi hæc unà allegatur & explicatur.

Ad l. veluti. 6. & l. 7.

SI in domo piſtrinum aut taberna facta ſit, utilis impenſa eſt, *ut hic. & l. impenſæ. 79. de Verb. Sign.* At cenſetur id inter neceſſarias impenſas, l. 1. §. inter. ſup. eod. ſed hoc ita ſi id factum neceſſario ſit, ut, *ibid. in tex.* Quod verò hic ampliùs dicitur impenſas in ſervos doctrinæ cauſâ repeti poſſe quia utiles ſint, ei obſtat l. ſi id quod. *28. §. 1.* de Don. inter Vir. & Vx. ſed ea ita obtinet ſi maritus ipſemet artificiis, quib⁹ eos ſuis impenſis imbuit, ſit uſus aut fretus. Quod ſi protinus ſolutum matrimonium ſit ut eis uti diutius nequierit, hę leges obtinent.

Digitized by Google

De Actione rerum Amotarum.

TIT. II.

Ad l. 1.

Conſuetudo hodierna de communione bonorum.

IN hac lege ratio eſt Conſuetudinis ejus quæ bonorum communionem inter maritum & uxorem introduxit. Dicitur enim hic, mulierem furtum in bonis mariti non committere, eò quod ſocietas vitæ eam quodammodo dominam faciat rerum mariti. Viget autem hæc conſuetudo in pleriſque locis Belgicæ, excepta provincia Friſiæ, ubi jus commune ſervatur. Sed Coloniæ Agrippinæ, ut in Belgica pleraque, communio bonorum obtinet. Quæ & judicaris Cameræ probatur, ut Gail & Minſinger annotant, in Obſervat.

Ad l. 3. §. 1.

SI ſervus mulieris furtum committat, furti etiam cum ipſa agitur rectè, *ut hic. & l. ſi quis uxori. 52. §. ſervi. de Furt. inf.* Hoc ita ſi animum furandi habuerit. Nam ſi dominæ paruerit, diverſum dicimus, & rerum amotarum actio erit, l. ſi mulier. *21. §. 1.* inf. eod.

Ad l. rerum. 25.

RErum amotarum actio divortio demum ſoluto eſt, *ut hic. & l. 2. C. eod.* Obſtat l. ult. §. fin. C. de Furt. ſed ejus ſpecies ſingularis eſt ad amovendam controverſiam veterum de re eadem. Quin & dici poteſt actionem rerum amotarum ibi non directam ſed utilem accipiendam, cum proprie eo nomine actio in factum prætoria ſit.

De Concubinis.

TIT. VII.

COncubinatus quando intelligatur in liberæ mulieris conſuetudine, quando minùs latè peregimus ſuprà, *ad l. in libera. 24. de Ritu Nup. ubi vide.*

Ad l. 1.

§. 1.] Explicandus eſt ex l. *3.* inf. eod.

§. pen.] Nemo poteſt in concubinatu filij vel nepotis eſſe, qui in patris vel avi fuerit, & contrà, quia ejuſmodi concubitus propè nefarius eſt, *ut hic.* Sed neque uxorem duci poſſe qui cum quoquam eorum in concubinatu fuerit, magis dicimus, *per l. 4. C. eod.* Illud quæ-

ritur,

Digitized by Google

ritur, in dubio num quis ex concubinatu natus, an ſpurius cenſeatur. Prius tamen magis dicimus, cum delictum præſumendum non ſit, *l. merito. 51. pro Soc.* ſiquidem ne filius quidem ſacerdotis in ſacerdotio natus præſumitur, *c. 2. de fil. preſb. c. veniens. de Accuſ. Bal. lib. 1. conſ. 448. num. 4. Covarr. in epit. de ſponſal. in 2. par. c. 8. §. 3.* Sed hoc Menochio & aliis nonnullis viſum non eſt, *Men. lib. 6. præſump. 54. n. 2.* idque eò quod ad juſtum concubinatum requirantur diverſa, *ut in l. 3. inf. eod.* At prior ſententia magis obtinet, quia benignior eſt, *arg. l. benignius. de LL. l. ſi præſes. 31. in fi. de Pœn.* Et hoc in Rota Romana deciſum eſt, *in deciſ. 808. in 1. parte. Fach. lib. 3. Contr. c. 43.*

l. 3.

Pertinet ad intellectum l. *1. §. 1.* ſup. eod.

§. 1.

CONcubinatus jure civili extra pœnam eſt, cum per leges ipſas aſſumpſerit nomen. *ut hic.* Conſtante tamen matrimonio cum altera in concubinatu vivere non licet, *l. un. C. de Concub.* Quod quidem Iure Canonico mutatum perhibent, ita ut eo jure nullâ ratione permiſſum ſit vivere in concubinatu. *tot. tit. ex. de cohab. cleric.* Et hoc in clericis indiſtinctè verum eo jure eſt, in ceteris fortaſſe non indiſtinctè. Sed Iure Divino, quo omnis conjunctio extra nuptias legitimas, pro ſcortatione eſt, prohibitus concubinatus omnibus eſt. Quod & in pleriſque benè conſtitutis civitatibus hodie receptum uſu eſt.

Ius Canon. an hic diverſum.

LIBER XXVI.

De Tutelis.

TIT. I.

Ad l. 1.

1. Definitio tutelæ, explicata, & quamdiu ea duret. n. 2.

3. Curator etiam lata ſignificatione venit nomine tutoris.

4. Invitis puberibus curatorem non dari, & quando diverſum ſit. num. 5.

6. Conſuetudo in hac re diverſa. & n. 7. & 8.

TVtela à tuendo 1 dicta, eſt jus ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ſe ipſum defendere nequit, jure civili

data ac permiſſa, *ut hic. & princ. Inſt. eod.* Harmonopulus tamen ac Theophilus δίκαιον, provoce vis, ſcripſere. Quod quidem mihi ad rem propius videtur. Vis enim alias ferè ad factum refertur, ut in interdictis *unde vi*, item *quod vi aut clam*; & quando dicimus vim vi repellere permiſſum. Poteſtatis tamen verbum, licet diverſæ ſignificationis ſit, plerumque ad jus refertur, *l. poteſtatis. 215. de Verb. Signif.* verba verò hæc, *in capite libero*, Bartolus ad tutorem refert, quòd ſervus tutelæ munus non gerat, *Bart. hic. num. 5. arg. princ. Inſt. Qui Dari Tut. Poſſ.* Accurſius ad pupillum, eò quod ſervus propriè non habeat tutorem, *gl. hic.* neuter ineptè. Sequitur in definitione, ad tuendum

2 eum qui per ætatem defendere ſe non poteſt. Durat enim † tutela ad annum ætatis decimum quartum. Dein vero puberibus dantur cu-

3 ratores, idque à magiſtratu, cum teſtamento non rectè dentur. Denique & tutoris † appellatione latè ſumptâ continetur curator. *arg. l.*

4 *pater. 101. §. 2. de Condit. & Demonſt.* Sed illud obſervandum † eſt, invitis adultis curatorem non dari, præterquam ad lites *§. 2. Inſt. de Curat.* in iis nimirum id ſpeciale eſt, cum non habeant ipſi perſonam ſtandi in judicio, *tot. tit. C. Quib. Leg. Perſ. ſtandi in Iud. Non Eſt. junc. l.*

5 *1. C. Qui Pet. Tut.* Quod ſi tamen curatorem petere † nolint, pupilli à magiſtratu ad partis poſtulationem eum petere cogendi ſunt, *l. 3. §. ſi*

6 *pupillus. inf. eod.* Ceterum hodie etiam invitis † adoleſcentibus in ad-

Conſuetudo hodierna. miniſtratione bonorum curatores conſtitui receptum eſt, *Conſt. Pol. Caroli Quinti §. 1. & 2. tit. 11.* Curatio verò, quam practici curate-

7 lam †, ex notiſſimâ conſuetudine ferè tutelæ cohæret; ita nimirum ut qui pupillo tutor datus eſt, continuetur ad tempus minorennium com-

8 pletum. Poſſunt tamen tutores, ſi id exigant, non obſtante hac con-

Conſuetudo diverſa. ſuetudine, pupillis adultis tutelæ renunciare, modò ſibi alium curatorem ſubſtitui poſtulent. *And. Gail. lib. 2. Obſ. 96. per tot.*

Ad l. qui habet. 3.

1 §. ſi pupillus.] CVratorem etiam † invito minori ac pupillo dari argumento hujus textus evincitur. Id verò quatenus

2 ita ſit ſupra explicuimus *ad l. 1. num. 4. & 8.* Malè verò † Fachinæus, *lib. 8. Controv. c. 60.* Accurſium, Bartolum & alios notat, quòd hoc loco diverſum docuerint in minore actore, neque enim id ex gloſſis eorum elici poteſt. Quemadmodum verò contra minorem agendum ſit, pluribus ſupra docemus, *in l. minor. 8. de Minor.*

Ad l. muto. 6.

1 §. Tutoris. 2.] TVtoris datio † neque imperii, neque juriſdictionis eſt: ſed ei ſoli competit, cui nominatim id Lege, Se-

2 natuſconſulto, vel Reſcripto, datum eſt, *ut hic.* Quod ergo alibi † relatum eſt, idem ad officium jus dicentis pertinere, *l. 6. §. fin. & l. ſeq. de Off. Proconſ. l. illud. 15. de Off. Præſ.* id eò fit, quod jus dicentis officium juriſdictione latius eſt. *arg. l. 1. de Juriſd.* Lex enim Attilia prætori,

Digitized by Google

tori, Lex Titia Præſidibus jus dandi tutores tribuit, *§. 1. Inſt. de Attil. Tut.* ut & legati ex oratione Divi Marci tutores dant, *l. 1. inf. de Tut. & Cur. Dat.* Illud obſtat, quod † relatum eſt, magiſtratus municipales juſſu præſidum tutores dare, *§. ſed hoc jure. Inſt. de Attil. Tut.* an non enim juſſus is delegationis inſtar eſt ut dicendum ſit, eam juriſdictionis eſſe, quia mandari poſſit? ſed juſſus ibi decretum eſt, ſeu monitio quâ injungitur magiſtratui municipali tutores dare. Tandem † tamen omnibus magiſtratibus municipalibus jus dandi tutores datum eſt, *l. 3. de Tut. & Cur. Dat.* quod rectè Cujacius accepit de jure hoc, lege ſingulari, ipſis collato; tametſi legis actionem hanc magiſtratus minores hi exercent plerumque juſſu, præcepto, monitu præſidis, *l. 5. de Confir. Tut. l. 1. §. magiſtratibus. de Magiſtr. Conv. l. 2. de Cur. Fur.* Iuſſus † verò hic neceſſitatem injungit, *l. 2. §. & quidem. Ad SC. Tertull. Cujac. lib. 15. Obſ. 19.* Planè moribus hujus ſeculi magiſtratus † municipales ſine admonitione ſuperiorum tutores conſtituunt, *Bart. in l. 1. num. 5. de Tut. & Curat. Dat. Ab his. Schneid. in §. nos autem. Inſt. de Attil. Tut.* Vnde & datio tutorum in iis qui Cameræ imperiali ſubjecti ſunt immediatè, ad conſilium ejuſdem Cameræ pertinet, *Gail. 1. Obſ. 1. num. 47.* 3 4 5 *Conſuetudo hodierna diverſa.* 6

Ad l. ſi filiusfamilias. 7.

FIliofamilias tutore † à prætore dato, ſi pater tutelam agnovit, in ſolidum; ſi non agnovit, tantùm de peculio tenetur, *ut hic.* Hoc ita in tutela dativa, † quia enim in ea pater cavere pro filio tenetur aut ipſe tutelam unà ſubire, *l. Spadonem. 15. § fin. de Excuſ. Tut.* conſenſus patris pro cautione habetur. Sed in teſtamentaria tutela † ſecus eſt, nam cum ea ipſi teſtatori probata ſit, non perinde ad cautionem tenetur; unde in ea non aliter convenitur quam de peculio, vel in rem verſo, vel ſi pro filio intercedat expreſsè, *l. Lucius. 21. de Adm. & Peric. Tut. rectè Pac. Cent. 5. Enant. c. 76. paulò tamen aliter Cujac. tr. 7. ad Afr. in l. mandaſti. 46. de Neg. Geſt.* 1 2 3

l. in eos. 9.

HIc textus parum difficultatis habet. Addi tamen ei poteſt, l. 1. §. ſolent. de Off. Præf. Vrb. *& ibi DD.*

Ad l. etiam. 10.

QVisque magiſtratus † ferè tutorem è ſuâ juriſdictione dat. *§. 4. Inſt. de Attil. Tut.* idque reſpectu habito vel loci in quo bona ſita ſunt, vel originis, *l. un. C. Vbi Pet. Tut.* vel domicilii, *l. 1. §. fin. de Cur. Dat. ab His.* Sed & non municeps municipi † dari tutor poteſt, *ut hic.* quod planum eſt ſi fiat à magiſtratu majore, ut proconſule, præſide & ſimilibus, modò eum dent qui ſubſit ipſius juriſdictioni, *l. 1. §. fin. de Tut. & Cur. Dat.* Magiſtratus tamen † municipalis haud alium dare tutorem poteſt, quam qui ex eodem municipio, vel agro ejuſdem municipii ſit, *l. 3. inf. eod. tit. de Cur. Dat.* Quod ſi ibi nemo idoneus 1 2 3

Digitized by Google

4 † haberi queat, ex vicinis municipiis vel agro proſpiciet, & nomen ejus præſidi tranſmittet. *l. Divi. 24. de Tut. & Cur. Dat.*

Ad l. quæſitum. 12.

Vide quæ pronimus infra *in l. ſi quis ſub conditione. : 1. de Teſt. Tut.*

Ad l. ſi quis tutor. 15.

1 TUtor † qui ad hoſtes ita abit ut ſervus non fiat, tutelam retinet, ut
2 ſi legatus eat, recipiatur, aut transfugiat. *ut hic.* Sed † transfuga ſaltem mediam capitis minutionem patitur, *l. amiſſione. §. 1. de Cap. Minut.* quæ tamen tutelas ſolvit. *§. ſed & capitis. Inſt. Quib. Mod. Tut. Fin.* Cujacio videtur, manere tutorem datum teſtamento etiam eum qui deſinit eſſe civis, ut & teſtamento alterius civitatis municeps dari poteſt, *l. etiam. ſupra h. t. Cujac. 4 Obſ. 9.* ſed ea profecto manca prorſus ſimilitudo eſt, cum longè diverſa ratio ſit municipii ſub imperio Romano poſiti à civitate prorſus hoſtili, aut peregrina. Rectius
3 ergo Accurſius, † receptum hic aut transfugam intelligi deficientem conſenſu ducis animo explorandi hoſtes. Ejuſque rei argumentum eſt, quod transfuga hic legato comparatur, qui civitatem retinet, cum verus transfuga civitatum perdat, *d. l. amiſſione. de Cap. Minut.*
4 Et eleganter proinde idem Accurſius, Hugonem ſecutus, † rationem huic legi à juris authore ſubjunctam, *quia ſervus non efficitur*, minùs ſufficientem eſſe, ſupplendumque, *nec civitatem perdit.* Illud exploratum eſt, dum tutor apud hoſtes eſt, interim ei alium tutorem ſurrogandum, *ut hic.*

De Teſtam. Tutela.

TIT. II.

Ad l. 1. §. fin. & l. 2.

Vide noſtra infrà ad l. 5. & 6.

Ad l. ſi quis filiabus. 5. & l. 6.

1 TUtores filiis dati † non & nepotibus dati videntur; liberis dati,
2 etiam nepotibus dati ſunt, *ut hic in l. 6. §. fin. Inſt. eod.* Alias tamen & appellatione filiorum † veniunt nepotes, *l. liberorum. 220 §. fin. de Verb. Signif.* Quod & in SC. Macedoniano uſum habet, *l. ſi filius.*
3 *C ad SC. Maced.* Sed in tutelis non eadem ſemper ratio eſt; cum † filio tutor detur indiſtinctè, nepoti non aliter quam ſi poſt mortem teſtantis non ſit recaſurus in patriam poteſtatem, *l. 1. §. fin. & l 2. ſup. eod.* Quamobrem ſi filij non ſint, ſed nepotes tantùm, appellatione filiorum quoque continentur nepotes, *per d. l. 220. §. 1. & fin.* Quemadmodum,

Digitized by Google

admodum, & ſi pater filios † inſtituerit heredes, præmortuis filiis, ne- 4
potes inſtituti cenſentur, *l. Lucius. 85. de Her. Inſt. fac. Alc. ad l. filij. 84. de Verb. Signf.* Denique ſi quis poſtumis † dederit tutores, tam 5
filiis poſtumis quàm ceteris liberis dediſſe cenſetur, *ut hic in fine l. 6.*
Item ſi de filiis in genere † dictum ſit, tam feminæ quàm mares conti- 6
nentur, quamvis alias nomine filiarum non contineantur mares, *l. ſi quis ita. 16. inf. eod. l. ſi ita de Leg. 3.*

l. 7.

Allegatur in noſtris infra *ad l. 2. de Excuſ. Tut.*

Ad l. ſi nemo. 9.

TEſtamentum ex quo non adita eſt hereditas, nihil operatur, ſed ſi ex pluribus inſtitutis unus adierit, tutelæ ſtatim valent, nec exſpectandum eſt ut adeant omnes, *tex hic.* Hereditate tamen nondum aditâ, magis eſt alium tutorem dandum, *l. prox. inf. in princ.* Quia pupillus ipſe ſine authoritate tutoris hereditatem adire non poteſt, *l. pupillum. 49. de Acq. Her. l. 5. C. de Iure Delib.* An verò hereditate ex teſtamento non aditâ debeantur legata ad pias cauſas, infra tractamus, *in l. qui filio. 38. §. 1. de Her. Inſt.*

Ad l. ſi hereditas. 10.

Princip. relatum eſt in noſtris ad l. præcedentem.

§. Servus.] Servus noſter teſtamento tutor datus, directam libertatem conſequitur, *l. & ſi non aſcripta. C. de Fideicomm. Lib.* alienus vero ſervus ſub hac demum conditione tutor datur, *Cum liber erit.* Pure tamen tutor datus ſi ſit, ineſt eadem conditio, *ut hic.* Quod ergo alibi relatum ſimplicius eſt, ſervum alienum purè inutiliter tutorem dari, *§. 1. Inſt. eod.* id ita eſt, ſi ſervo errore juris lapſus teſtator tutelam injuxerit tanquam ſervo, vel eum ſervum eſſe ignoret. Diverſum eſt ſi de voluntate non conſtet, vel ſaltem ambigatur, *d. l. & non aſcripta. C.* Ampliùs, ſi teſtator de tacita conditione manifeſtè non ſenſit, alieno quoque ſervo fideicommiſſaria libertas relicta cenſetur, ut ſcilicet redimatur ac manumittatur, *Bart. poſt Iacob. de Aren. hic,* idque ita cum favore pupilli, tum publicæ utilitatis cauſâ, niſi voluntas apertiſſimè refragetur, *ut hic in §. fin.*

Ad l. ſi quis conditione. 11.

1. Tutore ſub conditione vel ex die ſcripto, medio tempore alius conſtituitur.

2. Num tutor an curator ſit qui interim datur.

3. Num maritus uxorem tutelâ ſuæ prolis privare poſſit.

4. Num Princeps elector privare agnatum proximum adminiſtratione electoratus teſtamento queat.

Tutela

1 TUtela teſtamentaria † uſque adeo præjudicat legitimæ, ut & ſi quis ſub conditione vel ex die tutorem dederit: medio tempore alius conſtituendus ſit, idque etiamſi pupillus legitimum habeat, quia legitima tutela ceſſat quamdiu teſtamentaria ſperatur, *ut hic. & §. 1. Inſt. de Attil. Tut.* Idem eſt ſi is qui tutor foret abſens reipublicæ cauſâ ſit, vel ſi tutores dati quidam appellarint, quidam verò abſentes ſint,
2 *l. 2. de Tut. Dat. Ab his.* Quem † curatorem dicere liceat quamdiu ſpes eſt de reditu alterius, *§. item qui reipubl. Inſt. de Excuſ. Tut.* eò quod priores non deſinunt eſſe tutores, *l. in omnem. 15. cum l. ſeq. de Tut. Dat.* ſed tutorem eum dicimus reſpectu perſonæ & ætatis, *l. 3. §. ſi quis. 10. de Suſpect. Tut.* Adeo quidem ut & moriente tutore primo, tutor ſurrogatus perſeveret ad annos uſque pubertatis, *l. quæſitum. 12.*
3 *ſup. tit. 1.* An verò maritus † uxorem privare qualicunque legitimâ tutelâ ſuæ prolis poſſit, videamus, & hoc quidem Dino viſum eſt, *per l. ſcire oportet. 21. §. ſed etſi. de Tut. & Cur. Dat. ut allegatur à Bartolo in l. miles. §. ſexagima. num. 3. de Adult.* Id ita ſi alium tutorem ſcripſerit, *per hunc tex.* nam omiſſâ ſcriptione alterius, vel poſitâ quidem, ſed cancellatâ, mater tutelam ſuſcipiet. Non mutat d. l. ſcire oportet. §. ſed etſi. ubi relatum eſt eum tutorem non dandum, quem pater tutorem fore prohibuerit, quia id ad tutorem non legitimum pertinet, vel legitimum quidem ſed prohibitum ex probabili cauſa, *Bart. d. lo.*
4 *num. 3.* Sed quæſitum eſt, Cum agnatus † proximus ex Aurea Bulla Caroli Quarti, Principis Electoris impuberis, Principatus adminiſtrator eſſe jubeatur, num hoc jus ei teſtamento auferri queat? dubium movet hic textus & alij ejuſdem argumenti Sed hoc Goddæus non putat, *in l. 120 de Verb. Signif.* Gotofredus contra *in tract. ſingulari ea de re.* Cujus ſententia probabilior eſt, & juri convenit, *per hunc tex. cum ſimil.* Nec ad rem facit, quod Goddæus perhibet ſententiâ hac admiſſâ nihil novi cautum eâ conſtitutione fore: cum & alia eadem cauta ſint antè recepta.

Ad l. certarum. 12. l. 13. 14. 15.

QUia tutela non tam rebus quàm perſonis datur, tutor certarum rerum dari non poteſt. Si tamen facultates pupilli in diverſis regionibus ſitæ ſint, verbi gratiâ, quædam in Gallia quædam in Italiâ, datio tutelarum ejuſmodi utilis eſt, *ut hic. & §. certæ Inſt. eod.* Tutor enim ſe excuſare poteſt, ne ultra centeſimum lapidem adminiſtrare cogatur, niſi in eadem provincia pupilli patrimonium ſit. Si proinde bona alibi ſita ſint illorum locorum præſides dabunt tutores, *l. propter. 21. §. licet. 2. de Excuſ.* Tut.

Ad l. ſi quis ita. 16.

1 Hæc l. allegatur in noſtris ſupra *ad l. 5. & l. 6. eod. h. t.*

§. Si quis cum ignoraret.] Expeditum † eſt, ſi quis tutorem dederit filiis, quorum aliquem deceſſiſſe putarit, ei quem mortuum exiſtimabar,

bat, tutorem non dediſſe, *ut hic.* Ne actus operetur ultra agentium voluntatem, *contra l. non omnis. de Reb. Cred.* Vnde quæſitum eſt, utrum inſtitutio filiorum extendatur ad eos quos teſtator jam exiſtimabat defunctos. Et nonnullis viſum eſt, re ipſa omiſſum non eſſe pro inſtituto, *arg. hujus tex. & l. quo loco. de Her. Inſt. relatis à Mantica lib. 3. Conject. Vol. Vlt. tit. 2. & Menoch. lib. 4. Præſump. 26. num. 19. & 23.* Sed aliis diverſum placuit, erroremque patris in propoſito excuſandum, quia filium non præteriiſſet, ſi eum ſupereſſe ſciviſſet. Idque & magis videtur, cum error parentis conjecturâ paternæ pietatis ſit emendandus, *tex. in l. 3. C. de Inoff. Teſtam.* Quod quidem conſervando teſtamento benignius eſt, & voto patris legitimo conſentaneum, *arg. l. cum ratio. in fin. Si Tab. Teſt. Non Extab.* Nec movet hic textus, quia is ad tutelam pertinet, de qua aliquibus liberis provideri poteſt, & aliquibus non provideri. Cum in heredum inſtitutione diverſum ſit, eò quod ex parte teſtatus & ex parte inteſtatus decedere nemo poſſit. Minùs verò ad rem facit quod dicimus voluntatem defuncti accipiendam juxta ejuſdem opinionem: quia ea regula ex ratione præmiſſâ in propoſito exceptionem patitur. Sed neque illud mutat, quod heredes palam pronunciandi ſunt, *l. heredes palam. de Teſtam. l. jubemus. C. eod.* quia idem hac in ſpecie benigna interpretatione cenſetur factum, & verba teſtatoris extenduntur contemplatione paterni affectus, *ut & in d. l. 3. C. de Inoff. Teſt. Fach. lib. 4. Controverſ. c. 77.*

De Confirmando Tutore.

TIT. III.

Ad l. 1. §. fin.

HIc §. refertur in noſtris ſuprà *ad l. 1. de Tutel.* Quæ qui volet huc referat.

Ad l. Tutores. 5. & l. 6.

HÆc l. refertur ſuprà *in iis quæ nos ad l. muto. 6. §. tutoris. 2. de Tutel.* Et rurſus infrà *in rubr. de Fidejuſſ. & Nominat.*

De Legitimis Tutoribus.

TIT. IV.

Ad l. 1.

1. *Legitima tutela quæ, quando obtineat, & n. 2. 3. & 4.*

Digitized by Google

5. Matris & aviæ rationem in tutela præ ceteris agnatis & cognatis haberi, & quare num. 6.

7. Num mater & avia præferantur avo paterno.

8. Ad quam renunciationem mulier teneatur tutelæ munus ſuſcipiens, & num. 9. ac 10.

11. Num mater ſecundis nuptiis tutelâ privata, denuo vidua eam recipiat.

1 LEgitima tutela ‡ dicta eſt quòd lege deferatur. Ea originem ex
L. XII. Tab. habet, & agnatis, conſanguineis, patronis defertur,
id eſt, his qui ad legitimam hereditatem admitti poſſunt. Quo ij qui
ſperant ſucceſſionis emolumentum, & onus ſubeant conſervandorum
2 bonorum, *ut hic & Inſt. eod.* Sed hæc tutela ‡ tum demum obtinet cum
teſtamentaria deficit; adeo quidem ut non admittatur legitim⁹ quamdiu
ex teſtamento futurus tutor ſperatur, *l. ſi quis ſub conditione. 11.
ſup. de Teſt. Tut. ubi vide noſtra fuſe.* Verùm quia cognati novo jure
promiſcuè ſuccedunt cum agnatis, *Novell. 118.* ideo etiam, niſi ætas
vel ſexus obſit, promiſcuè ad tutelam vocantur, *not. Cujac. ibidem. &
alij in Auth. ſicut heredes. C. eod.* Et hoc moribus obtinet. Iure tamen
Saxoniæ agnati in hac re ordine præferuntur cognatis, *Schneid. ad*
princ. Inſt. eod. num. 12. Planè & argumento legitimæ tutelæ ‡ rece-
3 ptum eſt tutelam impuberum vaſallorum iis deferri, qui eiſdem ratio-
ne ſucceſſionis feudalis ſunt proximiores, tametſi ſanguine non con-
juncti, *Schrader. tract. Feud. par. 10. c. 19. num. 49. & ſeqq.* Idemque
dicimus de domino, ſi ad eum feudum recidere oporteat, *Fab. ad tit.
Inſt. de Legit. Patron. Tut.* quod & ſtatuto Saxonum cavetur, *Leenrecht.
c. 26. §. der heer iſt ꝛc.* Verùm hæc omnia ‡ ita, ſi pleræque pupilli fa-
4 cultates in feudis conſiſtant alias non item *arg. hujus tex. & tit. Inſt. eod.
junc. c. acceſſorium. de reg. jur. in 6.* Ceterum in tutelæ delatione prior ‡
5 ratio matris & aviæ habetur quam agnatorum aut cognatorum; idque
Novellâ Iuſtiniani introductum eſt, *d. Novell. 118. c. 5.* Ei tamen qui
teſtamento paterno tutor datus eſt, mater & avia non præfertur, *Auth.
6 matri. C. Quan. Mul. Tut. Off. Fung.* Sed mater ac avia non tam ideo ad-
mittuntur ‡ quod liberis ſuccedant, quàm piiſſimi affectus contempla-
tione, *arg. l. 14. C. Qui Accuſ. Non Poſſ.* Et quidem hic adeo iſti tu-
telæ locum ſtatuit, ut ne judex quidem inſciâ matre tutorē dare poſſit,
Bart. in d. Auth. matri. Nam & ſi ipſa tutrix non ſit, tamen ad ſollici-
7 tudinem ejus pertinuit ut tutores peteret, *l. 1. Qui Pet. Tut.* An
autem mater & ‡ avia avo quoque paterno præferantur, videamus;
dubium movent verba Novellæ, *118. c. 5. verbis, omnibus à latere co-
gnatis*, quæ nimirum ad aſcendentes non pertinent. Nos id ex mo-

Conſuetudines hac in re.

Bonorum feudalium adminiſtratio penes quem ſit.

ribus

Digitized by Google

ribus explicamus, ut nimirum mater quidem avo præferatur, quia & huic præcedat ſucceſſione, *Bart. in d. Auth. matri. n. 6. Imbert. in Ench. Iur. Gall. cap. tutela moribus noſtris dativa an verè legitima ſit.* avia non item. Rectè tamen dicimus, matrem, quia tutelæ munus publicum eſt, ad tutelam cogi non poſſe, *d. c. 5. in Nov. 118. verb. permittimus.* Planè ſi eam ſuſcipiat, renunciare tenetur † beneficio SC. Velleiani, 8
ſecundis nuptiis, & omni auxilio, *tex. in d. Auth. matri. & Novell. 94. c. 2.* Vnde quæſitum eſt, An ſufficiat renunciatio generalis †, quod 9
Bartolus autumat, *Bart. in d. Auth. matri. num. 14.* alij contra, *Anton. Teſſan. in Comp. de Error. Notar. c. 113. Walt. 1. Miſcell. c. 22.* Ego *Conſuetudo*
exiſtimo Bartoli ſententiam pupillis benigniorem eſſe, & matrem tam *hodierna.*
generali renunciatione quàm ſpeciali, omni muliebri beneficio ſubmotam. Denique & plurium locorum moribus renunciationes † eæ 10
non uſurpantur, matres tamen tutrices ibidem ſine omni exceptione obligantur; & ſecundis nuptiis ipſo jure tutelas perdunt, deque aliis tutoribus provideri à magiſtratu conſuevit. Num verò mater ſecundis nuptiis tutelâ † privata, denuo vidua eam recipiat, alia quæſtio eſt, 11
in qua finienda Durandus diſtinguit, *Specul. tit. de Tutel. §. non videndum. verſ. quid ſi mater. ſeq. Angel. in d. Auth. ſacramentum. C. Quan. Mul. Tut. Fung.* Minſingerus ſimpliciùs, non recipere; niſi fortè tutelam depoſuerit quaſi ſecundas nuptias contractura, quæ tamen re ipſa non ſequantur, *Salicet. & Cin. in d. Auth. matri.* Quod ita ferè moribus obtinet, & decretis Cameræ probatur, *Minſ. Cent. 3. Obſ. 83.*

Ad l. legitimos. 5.

§. An ergo.] SI plures † legitimi tutores ſint, & ex cauſa fortè non omnes ſatiſdederint (ut evenire poteſt) uni provocare 1
ceteros ad cautionem permiſſum eſt, & id cum clauſula, ut ſi iſti renuant ſatiſdationem, ſibi adminiſtratio decernatur ſub cautione, Rem pupilli ſalvam fore, *ut hic in tex.* Ad cujus explicationem rectè Accurſius allegat, *l. ſi teſtamento. 17. & l. ſi nemo. de Teſtam. Tut.* Nam cùm *Conſuetudo*
hæ deſumptæ ſint ex eodem libro Vlpiani ad edictum, probabile eſt, *hodierna.*
eas paulùm præceſſiſſe, eoque ſenſu dicere hoc loco juris authorem, *ſecundùm clauſulam ſuperiorem.* Denique & appoſitè Bartolus hoc loco 2
notat, licet † legitima tutela deferatur ipſo jure, tamen eam à magiſtratu nihilominus oportere decerni. Quod & Moribus obtinet, & Conſtitutione Caroli Quinti proviſum eſt, *Auguſta Anno. 1548.*

Digitized by Google

De Tutoribus & Curatorib' datis ab his qui Ius dandi habent, & qui & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

TIT. V.

Ad l. 1.

QVod principio hujus legis relatum eſt, proconſulem, præſidem, & ceteros magiſtratus tutorem dare poſſe, quatenus accipiendum ſit ſuprà poſuimus, *ad l. muto. 6. §. tutoris. 2. de Tutel.* Illud generatim ex moribus monendum eſt, quod judex hodie tutorem ex officio dare poteſt, etiam nemine id petente. Idque uſque adeo ita eſt, ut etiam ad hoc teneatur & qui id omiſerit, cum deſolatio tutelæ ad notitiam ejus perveniſſet, poſtea conveniri queat ob damnum pupillis indè natum, *fac. Conſtit. Polit. Germ. Anno. 1448. & 1577. Rubr. 31. Schrader. trac. Feud par. 10. ſect. 20. num. 10.*

Conſuetudo diverſa.

§. finalis.] Explicatur ſuprà, *ad l. etiam. 10. de Tutel.*

Ad l. 2.

VIde quæ nos ſupta *in l. ſi ſub conditione. 11. de Teſtam. Tut.* ubi & unà explicamus num tutor temporarius propriè ſit tutor an verò curator.

Ad l. 3.

Vide quæ ponimus ſupra, *in l. etiam. 10. de Tutel.*

Ad l. in omnem. 15. & l. 16.

Hæ leges referuntur in iis quæ nos ſupra, *ad l. 11. de Teſtam. Tutel.*

Ad l. ſcire oportet. 21.

§. Sed & ſi quis à parentibus.] RElatus in iis eſt quæ nos ſupra *in l. ſi ſub conditione. 11. de Teſt. Tutel.*

Ad l. Divi. 24.

Vide quæ ponimus latè ſuprà, *in l. etiam. 10. de Tutel.*

Qui petant Tutores & Curatores.

TIT. VI.

Ad l. 1.

Vide quæ nos ſupra, *in l. 1. de Legit. Tut.*

Ad l. 2.

1 §. 1. QVod hic relatum eſt, † matrem ſucceſſione privari ſi omiſerit liberis petere tutores, id non ad ſolas matres pertinet, ſed agnatos

gnatos etiam, ac jure novo cognatos. Adeo quidem ut ſi intra annum à die defuncti parentis tutores non petierint, protinus ob eam rem ſucceſſione priventur, idque ſive ab inteſtato, ſive ex ſubſtitutione impuberi facta vocentur, *per tex. in l. ſciant. C. de Legit. Her.* Quod ergo hic dicitur, matri ſoli & libertis id neceſſarium eſſe, nec perinde ceteris: cum moderamine accipiendum eſt, ſi mater ſuperſit. Idem de avia dicimus quæ nepotibus tutores petere neglexit, *l. 2. §. quid ſi nepotes. Ad Tertull.* Cadit tamen tantùm † gradu proximior,& 2
ex ceſſatione ejus nihil damni redundat in reliquos, *arg. d. l. 2. §. fin. Ad SC. Tertull.* Vnde quæſitum eſt, Anne proximioribus non petentibus ſaltem † annus ceſſationis ceteris currere incipiat,quod Bartolus 3
autumat, *in l. nepotibus. C. h. t.* quia ſcilicet proximis non petentibus, ipſis quoque tutores petere liberum eſt, *tex. in d.l. nepotibus.* Caſtrenſis contra, *& alij citati à Gabri. d. lo. Fach. lib. 8. c. 59.* Et horum ſententia benignior eſt, *per hunc tex.* Idque & argumento ejus evincitur, quod matri & proximioribus incumbit neceſſitas petere tutores, ceteris verò arbitrio relinquitur. Proinde d.l. nepotibus. confirmat potiùs ſententiam hanc quàm impugnat.

Ad l. ult. §. Hæc autem.

MAter quæ filio tutorem non petiit, eodem mortuo rectè fideicommiſſum petet quod maritus ipſi ita reliquit. *Si ſine liberis deceſſerit*; vel ita, *Si inteſtatus mortuus erit.* Id eò quod fideicommiſſum hoc ex teſtamento mariti, & ita ex alieno judicio deſcendit. Ex ſubſtitutione tamen pupillari eadem mater hereditatem non cernet, quia hanc ferè ex teſtamento filij caperet, cujus ſucceſſione ſe reddidit indignam, *l. 6. C. ad SC. Tertull.* Et hoc quoque ad proximos quoſque cognatos pertinet, *l. ſciant. 6. C. de Legit. Her.*

De Adminiſtratione & Periculo Tutorum.

Tit. vii.

Ad l. 1. §. 1.

REfer hunc locum ad ea quæ nos infra, *in l. qui teſtamento. 37. §. quinquagenta. de Excuſ. Tut.*

§. In cauſa.] Ad hunc §. vide quæ nos pluribus ſuprà, *in l. minor. num. 5. de Minorib.*

Ad l. 2.

AD principium hujus legis pertinent quæ nos pluribus ſuprà, *in l. procurator. 67. de Procur.*

§. 1.] Si ſatiſdederit tutor pro pupillo judicatum ſolvi, nomine † 1

actionis paternæ, poſtquam hęreditate abſtinuerit, non tenetur actione principali, & idcirco nec acceſſoriâ ex cautione, *ut hic.* Non mutat l.
2 tutores. *39. §.* adverſus. infra eod. ‡ quia ibi agitur de contractu cum ipſo tutore inito. ex eo enim tutor tenetur, etiamſi pecuniam in rem
3 pupilli verterit, *ut in d. §. adverſus.* Executio tamen ‡ eodem caſu, vel actio judicati in ipſum pupillum datur, *ut ſup. in princip. hujus l.* Tametſi & ab initio pupillus poſſit in eadem ſpecie conveniri, *arg. l. ei qui. §. fin. C. Quod Cum Eo qui in Al. Pot.*

Ad l. ità autem. 5. §. Iulianus. 7. aliàs l. quidam decedens.

TVtelæ actio parata eſt etiamſi pater teſtamento neceſſitatem reddendæ rationis remiſerit. Idque toties ita eſt quoties tutor non adminiſtravit bonâ fide; ne nimirum jus publicum evertatur diſpoſitione cujuſquam privati, *tex. hic. fac. l. ſi unus. 27. §. 2. de Pact.* Damnum tamen quod quis ex tutela ſenſerit, legatur aut fideicommittitur rectè, *ut hic.* Non mutat l. ſi quis. *9.* in fine. de Lib. Leg. quia ibi agitur de dolo præterito, *Fach. lib. 5. Controv. c. 51.* Planè quod in fine hujus §. relatum eſt, damnum quod quis ex adminiſtratione tutelæ ſenſit, legari poſſe, ſi de adminiſtratione futura accipiamus, ad damnum culpæ referendum eſt, non etiam ad acceptum dolo, *gl. hic.*

Ad l. hoc autem. 9.

TVtor ex quo cognovit tutelam ſibi delatam, periculum tutelæ ſubit, *l. 1. §. 1. l. prox. §. fin. ſuprà h. t.* Cognoviſſe verò id tutorem probandum pupillo eſt, *ut hic.* Si tamen ab onere probandi relevetur præſumptione aliquâ, tutor ignorantiam ſuam probabit, *l. pen. C. de Per. Tut.*

Ad l. Tutor qui repertorium. 7.

1. Inventarium conficere rerum pupilli, totius adminiſtrationis caput eſſe, & quid ſi id tutor omittat, num. 2.

3. Iuſta tamen excuſationis cauſæ eum excuſant, ut ſi vetitum ſit inventarium conficere.

4. Iudex interim non obſtante prohibitione illâ, cognoſcere poteſt an id ſit juſtum, & vice verſâ, num. 5.

6. Inventarij confectione remiſſa, an unà neceſſitas ſit remiſſa reddendarum rationum, & 7.

8. De Forma inventarij conficiendi.

9. Ad quid prætor teneatur præter inventarij confectionem.

10. Num curator ad lites etiam ad inventarij confectionem teneatur.

Tutor

TVtor quam primùm † adminiſtrationem ſuſcipit, inventarium conficiet, adeo ut nihil antè gerere queat, niſi forte quid accidat dilationem non exſpectans. Id enim mox efficere tenetur. Denique ſi aliter † fecerit, dolo malo feciſſe cenſetur, & accuſari poteſt tanquam ſuſpectus, niſi eum excuſet juſtiſsima cauſa, *ut hic. per tex. & DD. fac. l. 24. C. eod. l. ult. C. Arb. Tut.* Iuſtiſſima autem cauſa cenſetur, ſi tutor, morbo ſontico impeditus, eum non ſtatim conficere potuerit, *arg. l. quæſitum. 60. de Re Iud. Bart. hic. num. 17.* Item ſi remiſerit † teſtator inventarij confectionem non ſimpliciùs, ſed vetuerit illum conſcribi, *d. l. ult. §. fin. C. Arb. Tut.* Atque id eſt argumentum ejus textus. Quem tamen Doctores non tantùm de vetita inventarij confectione, ſed & ſimplici remiſſione accipiunt, *gl. in d. l. tutores. 24. Bart. hic. num. 17. & 18. Additio ib.* Idque & Iure Saxoniæ admiſſum eſt, *Dan. Moller. 1. Semeſt. c. 49. num. 2.* Planè licet † pater inventarij confectionem remiſerit, judicis tamen arbitrio continetur ut is diſcernat an cauſa eum movens juſtiſſima ſit vel minùs, *l. utilitatem. pen. ſup. de Confir. Tut. arg. l. 5. §. Iulianus. 7. alias. l. quidam decedens. ſuprà eod.* Vnde & ſi pupillo id expediat, magiſtratus quocunque etiam caſu tutorem cogere poteſt ad inventarij confectionem, *Comm. ducit Soar. in theſ. Sent. lit. I. num. 172. allegans. Covarr. lib. 2. Reſol. c. 14. num. 4. & DD. in l. ult. C. Arb. Tut.* Quemadmodum & vice verſâ judex † interdum juſtiſſima ex cauſa, neceſſitatem hanc remittere ſine ordinatione parentum poteſt; ſi fortè non conducat facultates pupilli manifeſtari, *arg. l. 2. §. ego etiam. 14. Ad SC. Tertull. Bart. hic. num. 19. arg. l. ult. C. de Alim. Pup. Præſtan.* Illud quæſitum † eſt, num remiſſâ inventarij confectione, & una remiſſa ſit neceſſitas reddendarum rationum, *vide variantes ſententias apud Moller. 1. Semeſt. c 39 num. 2.* qua de re ita definiendum eſt, ut remiſſio quidem effectum habeat in ſolennitatibus publicis, quoniam ſcilicet de his ratio remiſſæ neceſſitatis in hac re expreſſa eſt, *ut in d. l. ult. §. fin. C. Arb. Tut.* ſed quæ conſcriptione privatâ effici poſſunt, ut annotatio bonorum, itemque datorum & acceptorum obſervatio, nihilominus à tutoribus domi ſuæ annotanda ſit; quippe in quibus ratio remiſsionis permiſſæ penitus ceſſat. Nam ſi id non fiat, re ipſâ quoque futurus dolus & fraus remittetur, quod tamen fieri nec poteſt nec debet, *d. l. 5. §. Iulianus. ſuprà eod.* Proinde dicendum eſt, hoc quoque caſu privatam annotationem obſervandam † eſſe, ne, ſi olim à pupillo fraudis ſuſpicio moveatur, non habeat tutor quo ſe defendat. Defendet autem ſe repertorio & annotatione privatâ, quæ ſi non manifeſtis probationibus refutentur, juramento confirmari poterunt, *arg. l. 2. §. ſed ubi quarta. C. Quan. & quib. quar. Pars. lib. 10.* Atque ita Doctorum ſententiæ pulcrè conciliantur. Ceterùm de forma conficiendi † inventarij, *de qua DD. vulgò hic & in l. ult. §. 2. C. de Iure Delib.* ſummatim illud annotare volui, ſatis fore ſi in ea cujuſque regionis, aut civitatis conſuetudo attendatur, *Roll. à Valle in trac. de Invent.*

Confiq.

Conſic.pag.90.ſæc. Minſing. Conſil.79.num.51. Generatim & illud obſervandum, Tutorem † præter obligationem conficiendi inventarij,
9 Iure Civili etiam ab initio ad juramentum teneri, quo videlicet ſanctè promittat, ſe confeſtim pupilli defenſionem ſuſcepturum, omniaque in rem ejus curaturum, *l. ult. §. pen. C. de Adm. Tut. Novel. 72. c. 5.*
Conſuetudo diverſa. Quod tamen moribus eatenus mutatum eſt, ut non quidem ſolenne juramentum præſtet, ſed in manum magiſtratus promittat, ſe iſta ipſa fideliter curaturum. Quæ ſtipulatio deinceps actis publicis inſeritur.
10 Videamus an curator ad lites etiam conficere inventarium teneatur †, quod non putamus, eò quod nulla ipſi incumbat adminiſtratio bonorum, *l. hoc jure. de Solut. Bart. hic. num. 5. arg. l. in creationibus. verb. conſcripto. C. de Epiſcop. Aud.* Atque id moribus obtinet, *Gail. 2. Obſ. 108. num. 11. poſt Manticam. ſingulari 582. incip. liti erat.* Parumque ad rem facit quod Bartolus alibi diverſum diſputat, *in l & ſi ad ſpeciem. Rem Pup. Salu. Fore. per illum text.* quia mox ibidem fatetur & re ipſa & conſuetudine huic inventarij confectionem non incumbere. Quinimo & abſurdum foret ſumptus inventarij conficiendi ab eo fieri cui id in rem pupilli nequeat inſervire.

Ad l cum plures. 12.

Princip.] PLuribus tutelam gerentibus, nulli contra alterum pupilli nomine agere licet, *ut hic.* Id verò quatenus ita ſit, vide textum & quæ nos in eum, *inf. in l. 9. §. & generaliter. & §. fin. cum l. ſeq. de Tut. & Rat. Diſtr. l. cum curatore. 26. inf. h. t.*

§. Cum Tutor.

1 CVm tutor tam † moribus pupilli, quàm rebus detur, *ut hic.* quæſitum eſt, An etiam tranſigere de lite injurioſa, ſeu, ut DD. pacem inire minor ſine decreto magiſtratus poſſit, adhibitâ tantùm authoritate aut conſenſu curatoris aut tutoris: quod quidam non pu-
2 tant, *Petr. Plaica in Epit. Delict. c. 45. num. 7.* Movet eos quod † in tranſactione quoque decretum judicis requiritur, *l. non ſolum. C. de Præd. Min.* ſed hoc ad immobilia & pretioſiora pertinet. Præterea quod generali adminiſtratione non venit poteſtas donandi, *l. filiusfamilias. de Donat.* Verùm & remiſſio injuriæ non lucri perditio, ſed omiſsio vindictæ eſt, *l. 2. §. emancipatus. de Collat. Bon.* Vnde minori eo nomine nec reſtitutio in integrum datur, *l. auxilium. de Minorib.* Et hæc ſententia benignior eſt cùm ad conſervandam charitatem ſpectet, *Fach. 9. Contr. c. 43. poſt Clar. q. 58. verſ. quæro an tutor.* Denique ſi tranſactioni huic ſubjuncta pœnalis ſtipulatio ſit, an pace ruptâ adverſus eam reſtitutio ſit, videamus: Sed id Baldo vix placuiſſe videtur, *Bal. Salic. Alciatus. ad l. pactum curatoris C de Pact.* Movet eum quod adverſus ſtipulationem compromiſsi reſtitutio eſt, *l. ſi minor. 35. §. 1. de Minorib.* Decius contra, *in d l. pactum Ferrin. c. tit. de Accuſ. q. 15. n. 53.* eò quod pacem frangere delictum ſit, in quo minores non reſtituun-

tur,

Digitized by Google

tur, *per l. auxilium. de Minorib.* Ego utramque ſententiam probo diverſo reſpectu, priorem quidem ut reſtituatur minor ſaltem in damno quod ex pœna ſentiret, ſed ita ſi id grande foret, *arg. tot. tit. ff. & C. de Minorib.* poſteriorem verò, ita ne per reſtitutionem in integrum tollatur injuriæ remiſsio. Vt re ipſa hic nulla diſſenſio ſit, *fac. Ferrinat. d. loco. Sfort. Oddus. de in Int. Reſt. par. 2. q. 85. art. 7. num. 58.*

Ad l. cum quæritur. 16.

Vide ad principium hujus l. quæ nos infra, *in l. qui nominibus. 44. eod.*
§. 1.] Ex duobus tutoribus ſi cum † altero actum ſit, alter non li- 1
beratur, *ut hic,* niſi quatenus ſolvit prior, *l. ſi ex duobus. 15. in fine de Rat. Diſtr. l. 1. §. ſi apud Depoſ. gl. hic.* Planè ſi uni, qui ſolvẽdo † non eſt, 2
remiſſæ rationes ſint, id ceteros à tutelæ judicio non liberat, modò neglexerint illum poſtulare ſuſpectum, *l. qui plures. 41. inf. h. t.* Quatenus autem unus vel plures qui ſimul vel diviſim geſſerunt, teneantur, pluribus infra tractamus, *in l. 1. §. nunc tractemus. de Tut. & Rat. Diſtr.*

Ad l. actus. 19.

IVre Civili † tutor non tenetur tutori actus ſui reddere rationem; 1
niſi tamen adminiſtrationem alteri communicet, aut non fidè adminiſtret, ſuſpectum eum poſtulare poteſt, *ut hic.* Eodem enim † modo 2
nec actio quidem tutelæ pupillo competebat vel ad rationes reddendas, niſi tutelâ finitâ, *l. in fine. de Tut. & Rat. Diſtr. cum pluribus ſim.* Sed ex conſtitutione † Carolinâ, & moribus adeo Germaniæ ac Belgicæ tutores qui adminiſtrationem habent, ſingulis annis rationes reddere coguntur. Quod quidem laudabiliter introductum eſt, ſed parum ſtudioſè obſervatur nonnullis in locis. 3

Iure Conſuetudine & Conſtitutione Imperij introductum.

Ad l. Lucius. 21.

AD hanc l. vide quæ ponimus ſuprà, *in l. 7. de Tut.* quæ ſolet opponi. Solutionem vide ibidem.

Ad l. Tutor. 22.

TVtor ad utilitatem † pupilli novare & rem in judicium deducere 1
poteſt, donare non item, *ut hic.* Hoc ita, niſi Regum † aut illu- 2
ſtrium perſonarum tutores donent, atque id fiat ſecundùm dignitatem & facultates pupilli, *arg. l. tutor. 13. ſup. eod. fac. cap. 1. ex. de donat.* Planè quantumvis Prælati & Epiſcopi interdum † locupletiſſima beneficia habeant, quia tamen eorum non tam domini quàm adminiſtrãtores ſunt, liberalitate ſuâ minuere bona eccleſiæ non poſſunt, *c. 2, d. t. de donat.* 3

Iuris Canonici diverſitas.

Ad l. decreto. 24. §. 1.

EX duobus tutoribus aut † curatoribus alteruter agere pro pupillo 1
poteſt in ſolidum, *ut hic. l. 1. C. Si Uni Ex Plur.* Vti & authoritas † 2
ab uno interponi poteſt, niſi adminiſtratio inter ipſos ſeparatis bonis aut regionibus ſit diviſa, *l. ult. C. de Auth. Præſt.* Diviſio tamen hæc non tam juris ſeu tutelæ eſt, quam juriſdictionis quâ injungitur pro

Digitized by Google

re nata, adminiſtratio diviſim, *l. inter. 36. inf. eod.* Hæc ita in tutela vel
3 curâ, nam procuratores † admiſſum eſt in partes conſtitui, *l. qui duos. 47. de Procur.* niſi quid ab altero eorum nomine mandantis petendum ſit, *l. qui proprio. 46. §. fin. eod.* vel hoc actum ſit ut ſinguli in ſolidum petant, *l. itaque. 48. eod. illo tit.* Quod in praxi receptiſſimum eſt, quoties plures procuratores ejuſdem rei gratiâ ſimul conſtituuntur. De-
4 nique ſi † mandator alterutrum conveniat, in omnem eventum non niſi ſemel ſatisfactionem obtinebit, *l. creditor. 60. §. duobus. Mandati.* Quid ſit de procuratore ad judicia vide ſuprà, *in l. plures. 32. de Procur.* in noſtris.

l. ſi minoris. 25.

Allegata eſt ſuprà *ad l. 24. in princip. de Minorib.*

Ad l. cum curatore. 26.

1 DVbitandi ratio hoc † loco eſt, quòd tutelæ actio non eſt, niſi tutelâ finitâ, *l. 1. §. fin. de Tut. & Rat. Diſtr.* ſed, eâ non obſtante, hoc loco de curatore & protutore etiam manente adminiſtratione a-
2 liud relatum eſt, *ut hic. & l. 1. §. ſed ſi pro tutore. de Contr. Tut.* Idque vel de utili actione † negotiorum geſtorum quæ adverſus curatorem eſt, intelligimus, vel de actione ex ſtipulatu, rem pupilli ſalvam fore, *l. non quaſi. 4. §. pen. Rem Pup. Salu. Fore.* Quod & palam patet ex antitheſi l. ſi cum tutore. 16. §. fin. inf. de Tut. & Rat. Diſtr. *junge*
3 *l. 1. §. ſed ſi pro tutore. de Contr. Tut.* At hæc actio † negotiorum geſtorum non illa generalis eſt, inſtar actionis tutelæ parata (nam & hæc non magis durante curâ datur, quam ipſa actio tutelæ, *l. 2. & l. 12. C. de Adm. Tut*) ſed ex cauſa ſpeciali prout quæque res ſalva eſſe deſiit, & idcirco cum actione ex ſtipulatu prodita concurrit, *d. l. non quaſi. §. ſtipulationem. Rem Pup. Salu. Fore. junc. d. l. 1. §. ſed ſi. Cujac. lib. 17.*
4 *Obſ. 7.* Planè jure novo qui pupillo obligatus † eſt à tutela & cura ſubmovetur, *Novell. 72. ut hi qui obl. ſe hab. perh. c. 1. & per tot.*

Ad l. cum plures. 34.

VIde quæ nos pluribus infrà, in l. 1. §. nunc tractemus. de Tut. & Rat. Diſtr.

Ad l. tutor. 35.

Vide quæ nos infrà *in l. 44. h. t.* ubi & hæc explicata eſt.

l. Inter tutores. 36.

Relata eſt ſupra, *in l. 24. §. fin. eod.*

Ad l. tutores. 39.

§. Adverſus.] Vide ad hunc §. quæ nos ſupra *in l. 2. §. 1. h. t.*

Ad l. cum poſt. 43. §. 1.

VIde quæ ponimus ſupra, *in l. 5. §. Papinianus. & l. 6. §. fin. de Iure Dot.* ubi hæc quoque relata eſt.

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. qui nominibus. 44.

QVi tutores vel curatores † à præceſſoribus ſuis nomina † tanquam 1
idonea agnoverunt: periculum eorum in ſe transferunt, *ut hic.*
Idonea autem † agnita cenſentur, ſi curator noviſſimus eas probet, *l. ſi* 2
probatum. 19. inf. de Tut. & Rat. Diſtr. Diverſum eſt ſi eas † non pro- 3
bet, *l. tutor. 35. ſup. eod.* vel periculum improviſum ex poſt facto e-
merſerit, *gl. in d. l. 35. ſup. eod.* Nam ſi tempore agnitionis idonea
ſint, & dein facta mala, id non imputatur tutori novo, niſi una in
culpa hæreat non exigendi, *l. debitoribus. C. eod.* Idem eſt in adultis † 4
qui agnoſcendo debitum, periculum ejus transferunt in ſeſe. Nam
ſi id renuant adoleſcentes, in poteſtate tutoris eſt, eam puberib. condi-
tionem deferre ut id quod geſſiſſet tutor in contrahendis nominibus,
aut in totum agnoſcant aut à toto recedant, ita ut perinde fiat, ac ſi
tutor negotium geſſiſſet ſibi, *l. cum quæritur. 16. ſup. eod.*

Ad l. Lucius. 46.

§. 1. Sempronij.] QVod hic relatum eſt, magiſtratum † munici- 1
palem, qui bona municipio ex pollicitatione
debita, juſſu præſidis poſſedit, & tres curatores conſtituit ſine con-
ſenſu reipublicæ adminiſtrationem inter ſe dividentes: ob id quod
curatorum unus tempore non idoneus eſſe cœperit, pro ejuſdem por-
tione conveniri oportere, *ut hic.* id ſpeciale eſt in propoſito, ubi de pu-
pillo agitur abſtento ab hereditate patris ſui, qui ex pollicitatione rei-
publicæ debitor erat, & poſtea à principe bonorum reſtitutionem im-
petravit. Nam de ceteris † ita dicimus, ut ſi bona magiſtratui hoc 2
modo occupata poſtea reſtitui oporteat, detrimentum ejus ſit cujus
bona fuerunt, *l. cum alieni. 26. De Neg. Geſt.*

§. Tutelæ judicio.] HIc §. allegatur & pertinet ad ea quæ ponimus
infra, *in l. certum. § ſed an ipſi. de Confeſſ.*

Ad l. apud Ariſtonem. ult.

1. *Quando pupillus ob dolum tutoris, item adultus aut furioſus ob curatoris dolum aut culpam teneatur, vel minùs, & num. 2. 3. 4. 5. 6.*

PVpillus, adultus, furioſus, tenetur † ob culpam & dolum tutoris 1
vel curatoris, in rebus quas ipſe pupilli, adulti, furioſi nomine te-
nuit vel adminiſtravit, quatenus eſt locupletior, *l. ſi dolo. 24. Si Quis*
Om. Cauſ. Teſtam. & ultra etiam, ſi pupillo viciſſim adverſus † tuto- 2
rem ſit cautum: liberatur tamen præſtatione, hoc eſt ceſſione actio-
num, *ut hic.* Planè ſi tutor extra negotia pupilli delinquat, alia ratio
eſt, & ex eo nihil damni in pupillum redundare poteſt, *l. neque inter-*
dicto. 198. de Reg. Iur. Idemque eſt in negotiis † pupilli, ſi dolus tuto- 3

ris detegatur, *l. 1. §. ſi procurator. Si Quis Ius Dic. Non Obtemp. l. meminerint. §. 1. C. unde vi.* Eſt tamen & quando † pupillus tenetur ex
4 delicto tutoris, ſed ita ut à tutore ſervetur indemnis, *ut in ſpecie l. 2. C. de His Quib. Vt Indig.* Sed iſto quoque caſu, actio à pupillo cedi
5 poterit, & ceſſione liberatur, *per hunc tex.* Denique ſi pupillus doli † capax una deliquerit, & ipſe conveniri poteſt; ſed tum etiam conveniri tutor poterit, ſi acceſſerit inſtigatio ejus vel dolus, *l. 1. §. hoc edicto. Ne Vis Fiat Ei.* adeoque & pupillum cedendo actiones ſuas puto libe-
6 rari, *per hunc tex.* Huic proximum eſt quod ex Bartolo † Coſtalius annotat, ſi tutor calumnioſè pupilli nomine agat, pupillum rectè condemnari in expenſas, liberari tamen judicato ceſſâ actione ſuâ in tutorem, *Coſtal. in l. 3. §. ſi ſervus. de Tribut. Ac. allegans Bart. in d. l. 1. §. ſi procurator. in fine. Si Quis Ius Dic. Non Obtemp.*

De Authoritate & Conſenſu Tutorum & Curatorum.

TIT. VIII.

Ad l. 1.

1 TVtor in rem ſuam † pupillo author eſſe non poteſt. In rem verò ſuam author fiet, ſi ſibi ſuiſvé authoritate ſuâ conſulat, non etiam ſi id fortè per conſequens agat, ut, ſi author pupillo fiat in adeunda hęreditate ejus qui debuit tutori ipſi. Id enim permiſſum eſt, *ut hic.*
2 *& l. quod dicimus. 7. inf. eod.* Vnde quæſitum eſt, An filiusfamilias donare † cauſâ mortis bona adventitia poſſit patri conſentienti: Obtinuit tamen, donationem filij in patrem firmari morte, *tex. in l. tamen. §. 1. de Don. Cauſ. Mort. l. donationes quas parentes. C. de Don. inter Vir. & Vx. gl. hic in verb. rem acquirit. Alex. Iaſ. Ripa ad l. 1. §. fuit*
3 *quæſitum. Ad SC. Trebell.* Non mutat † hic textus, quoniam patris conſenſus in propoſito caſu non adhibetur inſtar authoritatis tutoriæ, ſed ne patri præjudicium fiat, cum & uſusfructus ejus ſit, & bona ad ipſum redeant filio decedente.

1 *§. 1.* Tutoris inviti † authoritas nihil operaur, eoque actus ejuſmodi aſſenſu celebratus non ſubſiſtit, *ut hic. tot. tit. Quod Met. Cauſ.* Sed
2 in adhibēdâ † authoritate tutoris ſolenne eſt eam proprio motu interponi, cum nihil interſit, utrum non interveniat authoritas an perperam adhibeatur, *l. 1. inf.*

l. 2.

Allegatur in §. 1. l. prox. ſup.

Digitized by Google

Ad l. 3.

Vide quæ nos infra, *in l. 9. §. tutor. h. t.*

Ad l. Et ſi pluribus. 4.

QVod eo auctore geſtum eſt cui tutelam gerere conceſſum non eſt, prætor ratum non habet, *ut hic.* Non gerere autem hoc loco is dicitur, cui adminiſtratio interdicta eſt, vel expreſſè, vel tacitè, ut ſi quis ſciens ſolvat ei qui ſuſpectus poſtulatus eſt, *l. quod ſi forte. 14. §. 1. de Solut.* Sed quod eo authore fit qui tutelam quidem non gerit, gerere tamen poteſt, cum fortè uni adminiſtratio decreta ſit, vel eadem geratur viciſſim inter diverſos, ratum cenſetur, *d. l. 14. §. 1. de Solut. & l. pupillum. 49 de Acq. Her.* Vt rectè Azo ſentiit, contra quam Gotofredus hoc loco ratus eſt.

Ad l. pupillus. 5.

Vide quæ nos pluribus infra, *in l. obligari. 9. h. t.*

Ad l. quod dicimus. 7.

Vide noſtra ad princip. l. 1. ſup. eod. ubi hæc quoque relata eſt.

Ad l. obligari. 9.

1. Pupillus an obligetur naturaliter, & quomodo, num. 3. 9. & 10.
2. Reſponſa juris authorum hac de re contraria.
4. Quomodo concilientur à Cujacio.
5. Diſputatio Cujacij ſoluta, & num. 6. & 7.
8. Effectus diverſi obligationis naturalis.

PVpillus ſine † tutoris authoritate non obligatur, *ut hic.* ac ne quidem accipiendo naturaliter tenetur, *l. pupillus. 59. de Obl. & Act. l. quod pupillus. 41. de Condict. Ind.* At eum obligari † naturaliter alibi dicitur, *in l. 1. de Novat. & l. ſi ejus. 64. Ad SC. Trebell. l. ſi pupillus. 127. de Verb. Obl.* Sed diſtinctum eſt inter pupillum † pubertati proximum, ut is quidem hoc modo obligetur, quòd adhibere conſenſum queat: & eum qui propior infantiæ ſit, ut is non obligetur, ob defectum conſenſus, *poſt Accurſ. Robet. 2. Recep. Sent. c. 17. Coſtal. communem dicit. in d. l. quod pupillus.* Aliis tamen † ea ſententia parum probabilis videtur. Nonnulli igitur diſtinguunt utrum locupletior pupillus ſit an minùs, *Cujac. & Donell. in d. l. 127. de Verb. Obl.* Sed id refutatur † per l. ſtichum. 95. §. adeo. de Solut. ubi creditor idemque heres pupilli ex naturali obligatione hac retinet ſolidum. Cum tamen retinere non amplius poſſet quàm quatenus pupillus factus eſſet locupletior, ſi eatenus modò conſtaret obligatio naturalis, Ratio eſt,

1
2
3
4
5

quia quatenus obligatio naturalis conſtat, eatenus retentio eſt, *l. 12.*
6 *& l. ex quibus. 51. de Cond. Ind.* Quod argumentum Cujacius † formidare conatus, pro *in ſolidum, in d. l. 95. §. adeo.* legit *in ſolutum*, ſed lectione coactâ. Idemque evincitur ex eo quod alibi dicitur, Tametſi obligatio in pupillum tranſlata nulla ſit, tamen obligationem priorem per eam novari, *d. l. 1. §. fin. de Nov.* Conſequens enim inde quoque eſt, obligationem naturalem ultra quàm locupletior pupillus ſit, valere. Nulla enim ea demum poſt reſcriptum Divi Pij eſt quæ locupletiorem pupillum non facit, eò quod in ipſo hoc quo locupletior ſit, ex dicto reſcripto utilis actio eſt, *l. 3. §. pupillum. de Neg. Geſt. l. 5. de Auth. Tut. l. 3. D. Comm.* Quando vero novatio
7 nihilominus † per obligationem eam contrahitur, conſequens eſt, eandem jure naturali ſaltem conſtare. Eſt enim hic obligationis na-
8 turalis † effectus, quòd novatio per eam contrahitur. Cui accedit & alter, quod fidejuſſor ei cum effectu accedit, *l. ſi pupillus. 127. de V. O. l. ult. de Iurejur.* Item tertius de retentione *ex d. l. 95. §. adeo.* Ad cujus juris ἐπιείκειαν nec repetit pupillus, ſi quod mutuò acceperit vel ipſe, vel heres ejus ſolvat, *l. ſi ejus. 64. Ad SC. Treb. l. ſi pupillus. 21. Ad L. Falc.* Repetit tamen ſi ſolverit ex ſola ſtipulatione, *l. quod*
9 *pupillus. 41. de Cond. Ind.* Quod igitur † alibi reſponſum eſt, pupillum mutuam pecuniam accipiendo naturaliter non obligari, *l. pupillus. 59. de O. l. & Act. cum ſim. allegatus ſupra num. 1.* id rectè accipitur de eo qui infantiæ proximus eſt ut conſenſum adhibere nequeat. Nec ab-
10 ſurda † hæc diſtinctio eſt, cùm eadem ipſis quoque juris authoribus ſit recepta in delictis, *l. pupillum. 111. de Reg. Iur.*

§. Tutor.

AUthoritas tutoris ſtatim in ipſo negotio à tutore præſente interponenda eſt, *ut hic. & l. 3. ſup. eod.* ſubſequi tamen in continenti poteſt, *l. nunquam. 31. de Uſucap.* Fortè verò non noceat, ſi in ipſo tractatu præſens non interfuerit, *l. ſi quis mihi. 25. §. juſſu. de Adq. Her.* modò præſens poſtea authoritatem interponat, non etiam per epiſtolam, *ut hic. Cujac. 13. Obſ. 31.* Videndum tamen hodie quid hac in re admiſſum moribus ſit in ſingulis locis.

Quando ex facto Tut. vel Cur. minores Ag. vel Conu. poſſint.

TIT. IX.

Ad l. 2.

REm tutori aut curatori pupillari pecunia emptam, utili vindicatione ipſe avocare poteſt, ut &, ſi tutor vel curator pecuniam pupillarem

pillarem mutuo datam ipſe ſtipulatus ſit, *ut hic.* Idem eſt in re quam ſyndicus emit pecuniâ civitatis, *per hunc tex. & l. 4. C. Arb. Tut. l. 8. §. 1. de Reb. Eor.* Sed hac de re vide noſtra ſuprà, *in l. res qua. 54. de Jure Dot.*

Ad l. poſt mortem. 5.

VIde quæ nos ſuprà *in l. procurator. 67. de Procur.* Vbi & hæc allegatur in noſtris.

De Suſpectis Tutoribus.

TIT. X.

Ad l. 1. §. an autem.

APud legatum Proconſulis ſuſpectus poſtulari poteſt, quia mandatâ ei juriſdictione totum officium juris dicundi habet, *ut hic.* Adde quæ nos ſuprà latè, *in l. muto. 6. §. tutoris. 2. de Tutel.* Opponi tamen huic §. ſolet *l. 6. princ. de Off. Proconſ.* ubi relatum eſt, nec reos poſſe apud proconſulem accuſari, nec ſententiam ipſos ferre: ſed hoc in iis quæ ad imperium merum pertinent, *l. 1. de Off. Ejus Cui l. 3. de Iuriſd.*

Ad l. 3.

§. penult. & ult. docemur, † Tutorem qui pupillum dolo vel inconſideranter hereditate abſtinuit, ſuſpectum poſtulari poſſe. *Inconſideranter* vero hic eſt *temere*, quod incidit in culpam. Remotus tamen ob culpam etiam † latam non ſit infamis, ut nec is cui adjungitur alter, *§. fin. hic. §. ſuſpectus. Inſtit. de Suſp. Tut.* Nec mutat quòd culpa lata quandoque doli † nomine continetur, *l. 1. Si Menſ. Falſ. Mod. Dix. l. quod Nerva. Depoſ. l. 1. §. is quoque. de Obl. & Act.* quia id eſt in pecuniariis, *fac. l. 1. §. non autem. Si Quis Teſt. Lib. Eſ. Juſſ.* quod ad odioſa, ut pœnas corporis, aut famæ, non eſt extendendum, *arg. c. odia. de Reg. Jur. in 6.* Niſi quod id ſingulari caſu admiſſum ſit in eum qui ob rei turpitudinem prohibitionem juris offendit, *ut in l. liberorum. §. notantur. de His Qui Not. Infam.* Regulariter enim diverſum eſt, cùm † cauſa famæ & vitæ æquiparentur, *l. juſta. de Manum. Vind.* eoque tam in una quàm altera culpa lata à dolo diſtinguenda ſit, *l. 7. Ad L. Corn. de Sicar.* Vnde eſt quod in propoſito quidem ſuſpectus † tutor ob latam negligentiam prope ad fraudem accedere dicitur, *l. 7. §. 1. inf. eod.* non tamen ipſâ fraude laborare, *Cujac. ad rubr. tit. de Excuſ. Tut. per hunc tex.*

1
2
3
4
5
6

l. 7. §. 1.

Allegatur ſuprà in noſtris *ad l. 3. §. fin.*

LIBER

Digitized by Google

LIBER XXVII.

De Excuſationibus.

TIT. I.

Ad l. 2.

1 EXcuſantur à tutela & † cura qui 70. annum complerunt. Et verò annum hunc tranſactum oportet cum creantur, aut hereditas aditur, aut conditio teſtamento inſerta, completur, *ut hic. & §. item major. Inſt. eod. ſuc. l. 3. de Iure Imm. & l. qui filium. 74. in fi. Ad SC. Trebel.*
2 In deferendis tamen honoribus annus † ceptus pro completo habetur, *l. 8. de Mun. & Hon.* Quod verò diximus, in conſideratione hac,
3 An † annus 70. completus ſit, conſiderari, interdum tempus aditæ hereditatis, id ad tutelam teſtamentariam pertinet, *ut hic. ſuc. l. 7. & 9.*
4 *de Teſtam. Tut.* Hoc tamen rectè Accurſius & poſt eum † Cujacius, ita accipit, niſi inſtitutus ſit neceſſarius domini vel patris. Hi enim non tam dicuntur adire quàm exiſtere, *l. 1. §. qui ſunt. inf Si Quis Om Cauſ. Teſt.* ut extranei non exiſtere, ſed aditione fieri dicuntur, *l. filiusfamilias. Ad L. Falc.* In neceſſariis igitur ſtatim atque exſtiterint, tutelæ valent, *l. tutores. 7. de Teſt. Tut.* Et id contingit proti-
5 nus à morte defuncti, † nam & libertates hoc caſu ſtatim valent, *l. ſciendum. inf de Manum. Vind.* & ſubſtitutio pupillaris, *l. ſi filius qui patri. Inſt. de Vulg. Subſt. l. filius. inf. de Adq. Her.* Quamobrem de ceteris quoque idem judicandum eſt, *l. ſi poſt mortem. inf de Leg. 1.*

Ad l. ſi duas. 6.

§. Gentium. 14.] GEntium Præſidatum, plerique hic vertunt ἐπαρχίαν, Latinius Antonius Auguſtinus provinciam.

§. Tutela. 15.] Tutela quidem reipublicæ munus non eſt, *ut hic.* eſt tamen publicum munus, idque reſpectu neceſſitatis & rationis univerſæ adminiſtrandæ peragendæ puta ex juris publici præſcripto, *ut in princ. Inſt. de Tutel. l. 9. de His Qui Sui Vel Al. Iur. Sunt.* Aliâ tamen ratione munus publicum dicitur, quod in adminiſtranda republica conſtat, *l. honor. 14. §. 2. de Mun. & Hon.* id enim reſpectu objecti. Prorſus ut in hoc textu tutela reſpectu objecti dicitur non eſſe reipublicæ munus, cum verſetur circa res privatorum.

§. final.] Qui literas ignorat, modò non expers ſit negotiorum, tutelam ſubit rectè, *ut hic.* Si nec ad negotia ſufficit, literarum ignorantia illos ſubmovebit, *§. ſimiliter, Inſt. eod.*

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. non ſolum. 10. §. ſi libertus.

VIde quæ nos ſupra, *in l. 11. de Teſt. Tut.* ubi agimus de propria diverſitate tutoris & curatoris.

l. ſcire. 13. §. Oportet. 10.

Pertinet ad ea quæ nos infra *in l. 25. eod.* ubi explicatur.

Ad l. ſpadonem. 15. §. jam autem.

IVdæi non Iudæorum tutores eſſe queunt. Iudæi verò hic etiam Chriſtiani ſunt, gentilibus primò & Iudæi dicti. Alc. *3.* Diſpunc. c. *8.* Licet Anton. Auguſtinus id de Iudæis veris accipiat, *in lib. ſing. ad Modeſt.* Hodiè verò Iudæi non Iudæorum tutores eſſe nequeunt. *Conſuetudo diverſa.*

Qui vectigalia.] Conductores vectigalium non excuſantur à tutela, *ut hic.* qui puta à civitatibus conducunt. In iis enim qui à fiſco conducunt, diverſum obtinet, *l. 8. §. 1. de Vac. & Excuſ. Mun.*

Ad l. non tantum. 17. §. eos.

QVi ſunt in collegiis aut corporibus licitis opificum excuſantur, *ut hic.* niſi ad tutelam collegarum liberorumvé eorum vocentur, *l. 41. §. fi. cum l. ſeq. inf. eod.*

Ad l. bello. 18.

Vide quæ nos ſupra, in l. *2.* §. remittit. eod.

Ad l. propter. 21. §. Licet datus.

HIc §. pertinet ad ea quæ nos ſupra, *in l. 12. de Teſtam. Tutel.* ubi vide noſtra.

Ad l. Excuſare. 25.

EXcuſare ſe Tutor per libellos non poterit. Hoc eſt per libellum ſupplicem ſine cauſæ cognitione. Nec obſtat l. *13.* §. oportet. *10.* ſup. eod. quia ea ad libellum pertinet dilationis cauſa exhibitum.

Ad l. qui teſtamento. 37. aliàs l. quinquaginta.

Vide quæ nos ſupra *ad l. excuſare. 25. eod.*

Ad l. 41. §. fin. & l. 42.

Vide noſtra ſupra *in l. 17. §. eos. ſup. eod.*

De Tutelæ & Rationibus diſtrahendis, & utili Curationis cauſa actione.

TIT. III.

Ad l. 1.

§.] SEd ſi non mortis. Allegatur infra in noſtris §. ſed ſi munus. ead. hac lege.

Digitized by Google

§. Officio.

Ad hunc §. vide noſtra ad §. fin. ead. hac l.

§. ſed ſi munus.

TUtor matri pupilli munus nuptiale non mittet, & ſi miſerit, non imputabit, *ut hic.* niſi quid mittat ſuſtinendæ ejus neceſſitati, *l. tutor. 13. §. fin. de Adm. Tut.* quo tamen caſu decretum requiri magis eſt, *§ ſed ſi non mortis, ſuprà ead. hac l.* Solennia interim munera parentibus cognatiſque mittit rectè, *l. cum plures. 12. §. pen. de Adm. Tut.* modò pupillus dives ſit, & munera cum modo mittantur, *arg. l. cum plures. 12. §. cum tutor. 12. de Adm. Tut.*

§. Nunc tractemus.

1 SI plures tutores † adminiſtraverint, quivis tenetur pro parte, *ut hic.*
& l. 38. ſup. de Adm. Tut. l. ult. verſ. ita demum. Rem Pup. Salv.
2 *Fore.* Si tamen ipſi † privatâ authoritate diviſerint adminiſtrationem,
ſinguli in ſolidum tenentur: ut interim convento cedantur actiones
adverſus ceteros, *vi. l. 2. C. de Div. Tut.* Quod ſi qui ex omnibus ſol-
3 vendo non ſint, † damnum in ceteros redundat, *ut in §. ſed & ſi plures.*
in ead. hac l. & l. ſi plures. 38. §. 1. ſup. de Adm. Tut. Tutore verò
4 damnato, & ceſſione omiſſâ, non quidem † in contutorem tutelæ a-
ctio eſt, *arg. l. cum plures. 12. prin. de Adm. Tut.* ex conſtitutionibus
tamen utilis datur, *ut hic. in §. & ſi fortè.* Idque Accurſius de negotio-
rum geſtorum actione utili accipit, *per l. ex facto. in fi. de Neg. Geſt.*
5 Hæc ita, niſi quid admiſſum ſit dolo † communi, eo enim caſu magis
eſt, neque in alterum actionem cedendam, neque utile judicium dan-
dum, *ut hic. in §. planè. & d. l. ex facto.* Quatenus verò unius ſolutio
liberet alterum, explicamus ſuprà, *in l. qui tutor. 18. §. 1. de Adm. Tut.*

§. fin.

1 ACtio tutelæ † & de rationibus diſtrahendis finitâ demum tutelâ
2 competit, *ut hic & l. 9. §. & generaliter. inf. eod.* Num verò † tu-
tor aut curator rationibus necdum redditis, finitâ tamen tutelâ pecu-
niam receptam protinus reddere cogatur, quæritur: Alexander *Conſ.*
192. lib. 7. Fachinæus *lib. 8. Contr. c. 58.* compenſationem obſtare,
l. 1. §. præterea. inf. tit. prox. Socinus Senior contra, quia rationes
necdum liquidæ ſint, pecunia verò recepta liquida, *l. ult. §. 1. de*
3 *Compenſ.* Ego reſpondi rem in facto conſtare, ut quidem † compenſa-
tioni ſit locus, ſi tutor protinus rationes liquidò reddere & velit &
poſſit, ſin minus obtineat diverſum, *per tex. in d. l. ult. §. fin. C. eod.*
Idque ita diſtinctè in praxi memini obſervatum. Sed hodie, ex mo-
ribus, ſingulis annis tutores ad rationes tenentur. vi. Conſt. Caroli V.
de Anno 1548. Idque & in Hollandia obtinet.

Conſuetudo diverſa.

Ad l. niſi finita. 4.

Vide noſtra ſuprà, *in l. 26. de Adm. Tut. & l. 1. §. fin. h. t.*

Ad l.

Ad l. ſi Tutor. 9.

§. Et generaliter. Pertinet ad ea quæ nos ſuprà in l. cum curatore. 26. de Adm. Tut. & l. *1*. §. fin. h. t.

§. final.] Ceteræ actiones præter † tutelæ adverſus tutorem durante tutelâ paratæ ſunt, veluti furti, damni, injuriæ, condictio, *ut hic*. puta ex cauſis ante ſuſceptam vel renovatam tutelam contractis. Vt ſcilicet cohæreat textus præſens cum toto legis hujus diſcurſu uſque ad §. generaliter ſuprà ead. hac l. nec repugnet l. prox. inf. Eſt igitur † ſenſus horum verborum, *Ceteræ actiones*, idem ac ſi dicatur, *Ceteræ quoque actiones*. Hoc tamen in curatore & protutore diverſum eſt, vi. quæ nos ſuprà, *l. 26. de Adm. Tut.* Sed & ſi de præſenti † tutoris dolo vel mala fide contutori perſpectum ſit, eum ſuſpectum poſtulare tenetur, *l. 19. de Adm. Tut.* 1 2 3

Ad l. ſed non dantur. 10.

Vide noſtra ad l. præcedentem. & ſupra *ad l. 26. de Adm. Tut.*

Ad l. ex duobus. 15.

AN & quatenus unus ex tutoribus alterius ſolutione liberetur an minùs ſuprà explicuimus, *ad l. qui tutor. 18. §. 1. de Adm. Tut.*

De Contraria Tutelæ & utili actione.

TIT. IV.

Ad l. 1. §. finito. 3.

Vide quæ nos ſupra ad l. *1*. §. fin. h. t.

§. Sed ſi pro tutore.

Relatus eſt in noſtris ſupra ad l, cum tutore. *26*. de Adm. Tut.

De Fidejuſſoribus & Nominatoribus, & Heredibus Tutorum, & Curatorum.

TIT. VII.

OLim non omnes tutores ſatiſdabant, *§. 1. Inſt. de Satiſd. Tut. l. 5. de Conf. Tut. l. legitimos. de Leg. Tut.* Ex Conſtitutione tamen Caroli Quinti Anno *1548*. tit. *31*. edita, cautio præſtanda à tutoribus omnibus eſt. Ea verò fit ferè ex moribus ſub hypotheca omnium bonorum tutoris. Vnde quibuſdam viſum eſt, eum tutorem qui non tantum in bonis habeat, quantum pupillus, non eſſe idoneum, *Iaſ. ad l. 2. n. 2. Qui Satiſd. Cog.* Id tamen ferè judicis arbitrio relinquitur, *fac. Bal. in l. ult. C. de Mag. Conv. num. 3. & 5.* *Conſuetudo diverſa.*

Digitized by Google

De Magiſtratibus Conveniendis.

TIT. VIII.

Conſuetudo diverſa. MAgiſtratus qui in tutoribus dandis non curarunt pupillis idoneè caveri, in ſubſidium rectè conveniuntur, *ut tot. h. t. & C. eod.* Sed hoc morib' Germaniæ & Galliæ abrogatū eſt, *Gotofr. ad rub. C. eod.* Conſuetudo tamen hæc obtinere nequit, ſi magiſtratus egerit dolo.

De Rebus eorum qui ſub Tutela vel Cura ſunt, ſine decreto non alienandis.

TIT. IX.

Ad l. 1. §. fin. & ad l. 2.

1 MInor prædia † emit, ut quoad pretium ſolveret, pignori eſſent, pignus non valebit, cùm dominium illi jam quæſitum ſit, *ut hic.* Ante traditionem tamen venditor jure pignoris rem retinere poteſt, *l. Iulianus. 13. §. offerri. ſup. de Act. Emp.* unde venditor, ſi minor ad tradendum agat, aut tradita jam res ipſo actu ſit, imperiali reſcripto
2 pignoris confirmationem impetrabit, *ut h.c. in l. 2.* Tutiùs tamen ab
3 initio univerſæ † huic rei decreto providetur, *arg tot. hujus tit.* Quid ergo, ſi emat cum pacto † revendendi, propeque eſt idem quod in propoſito dicendum, cum ejuſmodi pacta uti & pignus contra SC. ſint, *l. 7. C. de Præd. Min. per hunc tex.* Quia minùs ſit obligationem pignoris inire, quæ alienationem tacitam continet, quàm obligare ad venditionem expreſſam. Idque & conſtitutum eſt, *l. ſi ad. 7. C. de Præd. & Al. Reb. Min.* Sed hoc alij malè improbant, *Cagnol. in 2. num. 149. C. de Pact. Int. Emp. & Vend. Pinel. in l. 1. p. 3. C. de Bon. Mater.* Nec obſtat c. verum. de condit. appoſ. quia id ad ea pertinet quæ ritè & conſenſu capituli ſunt perfecta. Vti nec illud mutat quod minor pacto addictionis in diem tenetur, *l. quod ſi minor. § non ſemper. de Minor.* quia venditionis eo pacto factæ effectus omnis conditionalis eſt. Cum econtra hujus purus ſit omnino. Quod verò præterea opponunt minori actum pro parte probari & parte improbari non poſſe, *l. 16. cum ſim. de Adm. Tut.* Id quidem obtinet in ſpeciebus aliquibus, non tamen iis quæ pro parte nullæ ſunt ipſo jure, *per hunc tex.*

Ad l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pater.

Ad hanc l. vi. noſtra. in l. 3. C. de Præd. Min.

DIGEST. SEV PANDECTARVM
PARS V.
LIBER XXVIII.

Qui Teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum Teſtam. fiant.

Ad l. 1.

1. *Teſtamenti definitio.*
2. *An codicillo conveniat.*
3. *Metu factum an ſit juſtum.*
4. *Legitimis hæredibus quomodo proſpectum ſit contra eos qui aliquem teſtari cogunt.*
5. *Teſtamenti definitio an ſit, teſtatio mentis.*
6. *Teſtamentum à I. Gentium an civili ſit.*
7. *An valeat ſtatutum quo teſtandi uſus penitus impeditur.*
8. *Num teſtamentum minus ſolenne ſit obſervandum ſecundum conſcientiam.*
9. *An teſtamentum juxta ſolennitatem hujus loci factum alibi effectum habeat.*
10. *Tempore peſtis quæ ſolennia ad teſtamentorum conditionem requirantur.*
11. *Iuris Canonici in teſtamentis ſolennitas.*
12. *An ſolennitas teſtium requiratur in teſtamento quod apud acta ſit.*

Digitized by Google

TEſtamentum eſt Voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo
1 quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *ut hic*, Alii hæ-
redis inſtitutionem addunt, &, ni id fiat imperfectam
hanc deſcriptionem putant. Magis tamen eſt vocem ju-
ſtam hic deſignare ſolennem & ex ordine juris compo-
ſitam. Is verò vel in primis hæredis inſtitutionem re-
quirit. Quod igitur ceteri autumant illam ‡ quoque codicillis con-
2 venire, merito repudiatum eſt, cum codicillorum nulla ejuſmodi
ſolennitas ſit. *§. pen. & ult. Inſt. de Codicill.* niſi quod ex jure Con-
ſtitutionum quinque teſtes in fidem ejus requirantur, *l. ult. C. de Co-
dicil.* Amplius enim codicillis hereditas directo neque dari neque
adimi poteſt, *§. penult. Inſt. de Codicill.* Sed cum iuſtam teſtamenti
ordinationem eſſe oporteat, quæſitum eſt, an teſtamentum ‡ metu
3 factum, ſit juſtum & reſciſsione opus ſit, quod Duareno viſum eſt,
& pleriſque probatum: vide *Menoch. de Arb. Iud. Caſu, 395. n.
7.* Eò quod voluntas coacta etiam voluntas ſit; *l. ſi mulier, §. penult.
Quod Met. Cauſ. l. ſi patre cogente. De Ritu Nup.* Immola tamen
& Iaſon non putant, quia voluntas juſta requiratur, *per hunc tex.* Sed
coacta quoq; voluntas iuſta eſt, cùm reſciſsionē requirat. *tot. tit. Quod
Met. Cauſâ.* Minus vero ad rē facit quod ſtipulatio de herede inſtituē-
do, non valet, *l. ſtipulatio hoc modò 61. De verb. Obl.* quia conven-
tones de ſucceſsione vivorum non obligant omnino, *l. 5. C. de Pact.
Conv.* Nec etiam movet quod heredis inſtitutio in alienum arbitri-
um conferri nequit, *l. illa inſtitutio De Her. Inſt.* quia voluntas co-
acta eſt ipſius teſtatoris, non etiam cogentis. Aliàs enim haud opus
reſtitutione foret. Perinde nec illud ad rem facit, quod teſtibus
coactis teſtamentum non ſubſiſtit, *l. qui teſtamento. 20. inf. eod.* Id
enim eò quod ad ſolennitatem teſtandi pertinet, ut teſtes ſint rogati,
l. heredes palam. inf. eodem. Ei tamen qui alium teſtari coegit heredi-
tas uti indigno aufertur & fiſco applicatur, *l. 1. princ.* D. *Si Quis Aliq.
Teſt. Proh. junc. l. 1 C. eod.* Legitimi vero ‡ heredes eo nomine a-
4 ctionem de dolo & in factum habebunt, quâ damnum ſuum recupe-
rent ab eo qui vim intulit, *arg. l. Lucius 88. §. Sempronia. De Leg. 2.
& arg. l. ſi quis adfirmaverit, §. 1. de* Dolo. *l. pen. C. eod.* Planè quan-
do teſtamentum ‡ ex eo dicitur quaſi teſtatio mentis ſit, *princ. Inſt. eod.*
non analogiam ſequimur, ſed allusionem quandam convenientem e-
5 nergiæ rei ipſius. Num vero teſtamentum à Iure ‡ Gentium an
Civili ſit, quæritur & quidem à Iure Gentium id plerique deducunt.
6 *Turſan. in lib. Com. Opin. lit. T. verb. teſtamentum Soar. in theſ. Re-
cep. Sent. num. 11.* Movet eos quod & aliis populis præter Roma-
nos, adeoque & ante Romam conditam uſus ejus fuerit receptus, ut
de Abrahamo & Patriarchis conſtat. Alii tamen id Iuri Civili ac-
ceptum ferunt; *Porc. ad prin. Inſt. h. t. num. 2. Guil. Benedic. ad c.
Raynutius. verb. teſtamentum. num. 2. h. t.* Sed illorum opinio ad ge-
neralem

Digitized by Google

neralem ac popularem adeo teſtamenti vocem pertinet, horum ad diſpoſitionem ſpecificam & ex præſcripto Iuris Romani confectam. Cum origine quidem teſtamentum Iuris Gentium ſit, forma vero Civilis. Itaque hic re ipſa nihil diſſenſionis eſt. Quibus conſe-
quenter & quæritur, An valeat † ſtatutum, quo teſtandi uſus & fa- 7
cultas penitus impeditur, quod moribus Geldriæ obtinet: Quæſtio *Conſuetudo*
in eo eſt, an Teſtamenti conditio à Iure Naturæ, ſeu Gentium (quod *Gelriæ.*
DD. primævum) ſit, an vero ſecundario (quod doctores) ſeu poſitivo, hoc eſt eo quod uſu & operatione mentis humanæ apud pleroſque ſaltem admiſſum. Quorum poſterius magis dicimus. Cum & Tacitus author ſit tempore etiamnum ſuo teſtamentorum uſum Germanis fuiſſe ignotum (cujus rei me nuper monuit Ampliſsimus vir Fridericus Sandius Gelriæ Senator & Fiſci Advocatus digniſsimus, cum forte de Statuto ejuſmodi Gelriæ nobis ſermo eſſet) & conſequens igitur eſt Statuto teſtamentorum uſum tolli poſſe.
Num vero † teſtamentum minus ſolenne obſervandum ſit in foro 8
conſcientiæ, quæritur, á DD. *in l. 2. de Cond. Et. Indeb.* & quidem illud conſtat, eum qui ex tabulis imperfectis legatum accepit, quod heres ex conſcientia relicti fideicommiſsi ſoluerit. ſolutum non reſtituere, *l. 2. C. de Fideicom.* Et eſt igitur obligatio quædam naturalis quâ heres tenetur ad implendam defuncti voluntatem. Qua ratione & heres ex ſola approbatione ſua legatum aliàs infirmum præſtare tenetur; *l. non dubium. C. de Teſtam.* Si vero obligatio ex hac cauſá naturalis ſit, dicendum videtur heredem etiam ſecundum conſcientiam teneri, *per not. Canoniſt. in c. novit. de iudic.* Sed hæc conſequentia perpetua non eſt, nam & minor ſine curatore, obligatus in detrimentum rei ſuæ vel maximè naturaliter obligatur, non tamen ideo in foro conſcientiæ tenetur. Proinde egò ità ſentio, rem omnem hanc conſiſtere in facto, ut ſc. ſi legatarius egenus ſit, & heres haud grande detrimentum ex legato ſenſurus, religio eum teneat, alias minus.

Quia vero teſtamentorum ſolennia juris noſtri hodie, pleriſque in
locis minus † uſitata ſunt, eoque ſingulorum locorum mores in hac 9
re conſiderantur, quæritur, ſi quis immobilia diverſis in locis poſſideat, utrum teſtamentum uno loco conditum alibi valeat; Item, an quis advena in hoc loco hiſce moribus teſtamentum condere queat, quod alibi ſortiatur effectum. Quod quidem variè diſputatum eſt, & nos latè ſuprà tractamus. *in l. ſi fundus. 6. num. 12. 13. 14. & ſeqq. de Evict.* Praxi tamen communi teſtamentum ex alterius loci ſtatutis aut moribus conditum, in immobilibus alibi ſitis, ubi conſuetudo diverſa eſt non recipitur. *Odrad. Conſil. 248. Cujac. Conſul. 1. vi. noſtra*
ſuprà in d. ſi fundus. 6. de Evict. Sed neque tempore † peſtis teſtamé- 10
torum ſolennia uſque eò requiruntur, modò de ipſarum voluntatum conſtet fide, & numerus competens teſtium eâ de re convenerit,

etiamſi non ſimul adhibitus. *l. caſu. 8. C. de Teſtam.* Nec ad rem facit quod teſtamentum in caſtris conditum ſolennitatem conſuetam nõ requirit: id enim eſt ex privilegio militari. Illud huic ſententiæ magis adverſum videtur, quod rarò permiſſum eſt teſtamẽtũ fieri coram teſtibus quinque, idque ob vicinorum paucitatem, *l. ult. C. eod.* His adduntur argumenta ducta à neceſsitate, quibus ſc. is qui non præſtant id quod jure tenetur, ob impedimenta neceſſaria excuſatur, *arg. l. ult. Qui. Satisd. cog. cum ſim.* Non tamen illud his efficitur ut per ea tollatur. *d. l. 8.* effectus, ut rectè Fachinæus ſentit. *lib. 5. Contr. c. 92.* Moribus tamen hac in re ferè diſtinctum eſt, ità ut teſtamentum tempore peſtis conditum valeat, ſi teſtator peſte laborans decumbat nec teſtium copiā habere poſſit: modò voluntas probetur per teſtes ad minimum duos fide digniſsimos, qui eam dein relatione ſuâ inſinuent actis in quæ teſtamenta more conſueto redigi ſolent. Idque judicatis Cameræ Imperialis obſervatur. *Gail. 2. Obſ. 118. in fine cum plur. ibi allegatis.* & multis ſententiis ſenatus Zuollani probatum ego obſervavi. Planè Iure Canonico cautum † eſt, ut teſtamentum co-

11 ram paſtore ſeu presbitero parochiali & duobus aliis teſtibus conditum ſubſiſtat, & in profanis quoque rebus obtineat, *c. cum eſſes extra de teſtam.* ſi vero Eccleſiæ legetur, ſufficere duos pluresve etiam alios teſtes, *c. relatum, eod. tit.* Gloſſa tamen utraque capita illa in relictis Eccleſiæ accipit, *gl. in d. c. cum eſſes. verbo improbamus.* Alciatus verò ita, ut tantùm ſecundum conſcientiam obligent. *Alc. in c. novit. de Iudic. num 47.* In omnem eventum id ad rogationem Iuris Civilis in terris imperii referendum non eſt. *rectè Fach. lib 6. c. 46.* niſi ſtatuto aut conſuetudine particulari idem ſit receptum. Vnde conſuetudo hæc in Friſia, ubi eadem invaleſcere videbatur, ſtatuto abrogata eſt. Quid ergo ſi teſtamentum apud acta judicis fiat, an teſtes † requirantur, videamus. Et id quidem Angelo viſum eſt, *ſeq. Richar. Malumb. in l. omnium C. de Teſtam,* & aliis probatum quorum tamen hi teſtes pauciores alii plures requirunt, *vi. Salic. Bart. Bal. Alex ib.* Moventur à ſimili, quod acta notariorum teſtes ſeparatos requirunt, *§. oportet. in Auth. de Teſtib.* Sed diſertâ lege docemur in actis judiciorum diverſum eſſe, *l. in donationib. C. de Donat.* Fulgoſius igitur, Caſtrenſis, Iaſon contra, quia acta judicis hac in re teſtium privatorum præſentiæ opponantur, *tex. in d. l. omnium.* Vti & aliàs comparantur interēſſe teſtamentum coram tribus teſtibus revocare, & in actis diverſam voluntatem manifeſtare, *l. ſancimus. C. eod.* Et hoc igitur magis eſt, & moribus fori pleriſque in locis receptum.

Ius Canon. diverſum an obtineat.

Statutum Friſiæ.

Ad l. 3.

Ad l. 3.

TEſtamenti factio publici † juris eſt, *ut hic*. Idque ità reſpectu formæ, quod contra præſcriptum illius nemo teſtari poſsit. Eſt enim à lege, *l. teſtandi. 13. C. de Teſtam. l. 1. Ad L. Falc. l. verbis. 120. de Verb. Sign.* vel conſtitutionibus, *l. ſi mutus. 7. inf. h. t. l. 3. princ. de Bon. Lib.* non etiam ab arbitrio privatorum. *arg. l. Paulus, 47. §. patroni. de Bon. Lib. l. 6. inf. h. t.* Et perinde cum quibus teſtamenti factio ſit, etiam à lege dependet, *l. 1. C. de Her. Inſt.* Ad jus tamen privatum † rectè refertur, ſed reſpectu objecti rerum privatarum, ad diverſitatem eorum quæ directo reipublicæ cauſa ſunt comparata. *arg. l. 1. §. hujus ſtudij. de Juſt. & Iure.* Quo ſenſu Cicero. In publicis actis nihil eſt lege gravius, in privatis firmiſsimum eſt teſtamentum. Vt & tutela diverſo reſpectu modò ad jus publicum refertur, modò privatum, *vi. noſtra ſupra. in l. ſi duas. 6. §. tutela. 15. de Excuſ. Tut.* 1 2

Ad l. qui in poteſtate 6.

1. Filiusfamil. ne quidem permiſſu patris teſtam. condit.

2. Solvuntur oppoſita.

3. An non filius patre conſentiente teſtari cum clauſula codicillari poſsit.

4. Quid Iuris ſit epiſcopis, clericis & prælatis in teſtando de bonis ex obventionibus eccleſiaſticis quæſitis & nu. 5. ac 6.

FIliusfam. ne quidem permiſſu † patris teſtamentum condit, *ut hic*, eoque nec de iis bonis quorum uſusfructus quæritur patri. *l. pen. C. eod.* Id eò quia teſtamenti factio ſoli patri familiam habendi permiſſa eſt. Ad obſtat quod † filius in publicis loco patris eſt, *l. filius 9. de His Qui Sui, vel Al. Jur. Sunt.* verùm id ad publicas functiones pertinet, magiſtratuum ſc. judiciorum, tutelæ. Non mutat, l. vlt. C. de Serv. Quæ Lib. Vbi definitum eſt, filium de iis tantùm bonis, quorum uſusfructus patri quæritur, prohibitum teſtari, quia ea reſtrictio excludit ſolùm caſtrenſia; quippe in quibus filii privilegio Conſtitutionum pro patribus ſunt. Nam cum ejus Conſtitutionis tempore una tantum ſpecies eſſet, quo uſusfructus adventitiorum patri non quærebatur, puta ſi ſinè ipſius conſenſu filius hereditatem adiiſſet, cautum tamen fuit diſertè filio non eſſe permiſſum in eadem teſtari, 1 2

d. l. pen. C. eod. Sed rurſus obſtat quod adventitia quorum pater vſumfructum non habet, caſtrenſibus comparantur, *l. imperator. 50. Ad SC. Trebell.* Verum hoc ad adminiſtrationem proſequendumque actiones & exceptiones, *ut ib. in tex.* non etiam ad privilegia pertinet. Idem reſpondendum ad Novel. Vt Lic. Matri. Et Au. §. 1. quippe ubi diſponendi verbum non teſtandi facultatem ſed adminiſtrandi deſignat. Habet enim textus Græcus διοικεῖν, quod ſolam adminiſtrationem denotat, ut rectè Dns Viglius inſigne Friſiorum decus monuit, *ad § 1. Inſt. Quib. Non eſt permiſſ. Fac. Teſt. et poſt eum Cujac. in Nov. 117. & hic.* Sed cum † filiusfamilias mortis
3 cauſâ donare poſsit, *l. filiusfamilias. 7. § pari ratione. de Donat.* quæritur, an non patre conſentiente teſtari cum clauſulâ codicillari poſsit, ut valeat ſaltem diſpoſitio in vim codicilli aut donationis cauſâ mortis: Speculator non putat. *in tit. de Fi. Inſtr. § compendiosè, verſ. quid ſi filius, ſeq. Socin. Sen. lib. 1. Conſil. 12. num. 7. verſ. ſed contrarium.* quia mortis cauſâ donatio ipſa non ſubſiſtat à filio facta, niſi ei à patre permiſſa ſingulatim. *d. l. 7. §. pari ratione. De Don. Caſtr. hic num. 6.* Et hoc igitur magis eſt. Alexander tamē, *in l. ſenium. num. 8. C. eod.* & Viglius, contrà. *in §. qui alieno. num 10. Inſt. Quib. Non eſt Perm Fac. Teſt.* Movet eos quod clauſula, codicillaris in propoſito, non de aliâ quàm mortis cauſâ donatione queat accipi, eoque hæc vel maximè illâ contineatur. *arg. l. 2. de Lib. Et Poſth. l. fundus. 24. de Inſtruct. Vel Inſtrum. Leg.* Specialem verò conſenſum ad donationem mortis cauſâ *in d. §. pari ratione.* haud aliâ ratione requiri innuere videntur, quàm ad differentiam teſtandi formalē inter vivos eóq; ſufficere hic permiſsionē generalem. Quod tamen dici nequit, cùm magis ſit id fieri ad differentiam donationis inter vivos, cujus permiſſio continetur etiam conceſſione generali, *d. l. 7. § 2 de Donat.* Et verò ſi aliter ſtatueremus, fraus juri fiet, teſtari filiis prohibenti Sed hoc committendum non eſt. *l. non dubium C de LL.* Illud obſervandum, quemadmodum † filius miles aut juriſconſultus de caſtrenſibus, aut quaſi
4 caſtrenſibus teſtari poteſt, perinde poſſe clericum de bonis clericatus tempore quæſitis ac poſſeſsis. *l. ſacroſ inctæ. 34. & Auth. presbiteros. C. de. Epiſ. Et Cler. Nov. 123. c. 12.* Denique de epiſcopis obſervādum, † licet dignitate ſuâ ſolvantur patria poteſtate, nō tamē de aliis e-
5 os diſponere poſſe, quam ante epiſcopatum comparatis, iiſque quæ interim ipſis ex ſucceſſione cognatorum obvenerunt, *Auth. ſed epiſcopalis. & Auth. licentia, C. de Epiſc. Et Cler. conv. c. 1. ex de teſtam.* Quod & in quovis prælato aut rectore obtinet qui adminiſtrationem loci religioſi habet, *d. Auth. licentia.* Vt ſc. tollatur omnis fraudandæ
6 eccleſiæ occaſio. Planè tametſi clericis aliis jus acquirendi majus ſit, ſi tamen ſinè herede decedant, ſuccedit eis eccleſia. *Nov. 131. c.*
Ius Canonic 9. Denique & ex Iure Canonico † conſtat, clericum non ſilium rectè teſtari de fructibus bonorum eccleſiaſticorum, nam cum hi quoque ipſorum

Digitized by Google

ipſorum ſunt. *arg. à contr. ſenſu ex c. un. de cler. non reſd. in 6. & conſil. Trid. ſeſſ 23. c. 1. de Refor.* jure quaſi uſusfructus, teſtari quoque ipſis de his permiſſum, probabiliter dicimus. Quod utcunque aliis non ſine ratione diſplicuerit, *per c. relatum, & per c. ad har. de teſtam. vi. noſtra in l. defuncta. 58. num. 10. ſupra De uſufr.* moribus tamen Galliæ, Germaniæ, Italiæ, Hiſpaniæ, libera de his teſtãdi facultas permiſſa eſt, *Covar in c. cum officiis. de teſtam. Sarmient. par 4. de redit. eccleſ. c. 1. num. 8. Oſitens. & Coſtal. allegati in noſtris. ad d. l. defuncta.* Nam & ipſo Iure Canonico quo alii ne quidem fructus ad clericos pertinere putant, *Navar. in Apolog. de Redit. Eccl. & Sarmien. d. l.* quia eccleſiaſtica bona dicantur donata Domino Deo, *c. qui Chriſti. 12. q. 2. c. res eccleſiæ. 12. q. 1.* & pauperum eſſe. *c. præcipimus. c. ex his. 12. q. 1.* quorum clerici tantum ſint diſpenſatores, *c. decimæ. 19. q. 1. c. quod autem. 23. q. 7. c. 2 de donat.* id magis ad bona ipſa quam fructus pertinet. *Gregor. de Valent. tom. 3. Comm. Theol. diſp. 10. q. 3. de ſtatu Epiſcop.* Quemadmodum & c. epiſcopi. 12. q. 1. non de fructibus beneficiis, ſed promiſsione ipſius eccleſiæ agit. Vt & reliqua capita ex adverſo allata, *c. ſint manifeſta. 12. q. 1. c. 1. 12. q. 5. c. quia Ioannes. & c. fixum in ead. cauſ. & quæſt. c. 1. & c. quia nos de teſtam*, de rebus vel eccleſiæ agunt, vel occaſione adminiſtrationis quæſitis. Sed in hac re potiſſimum conſuetudines obſervantur. *c. ceterum ex. de donat.*

Ad l. ejus qui 8.

CVi aquâ & igni interdictum † eſt, in quâ cauſâ eſt, & deportatus, quia civitatem perdit, & magis ad beſtias damnatus, qui unà & libertatem amittit, teſtari non poteſt. *Vt hic*, Quatenus verò † id ad bona pertineat quæ deportatus poſtea quæſivit, ſupra docuimus, *in l. ſi mandavero. §. 11 cujus Mand.* Deniq; deportatorũ vel capite aut metallo damnatorum bona tametſi nõ publicentur extantibus liberis aut parentibus, quia tamen eis bona adimuntur, & in liberos vel parentes transferuntur, eoque nudi exulant, perdita quoque civitate, nõ hodie quidem habebũt teſtamenti factionem, ut recte Cujac. hoc loco probat. Plane tametſi deportatio propriè † exilium ſit, relegatio impropriè, *l. 2. de Publ. Iudic.* relegati tamen juris authoribus ferè dicuntur exulantes retentâ civitate, eóque teſtantur rectè, *§. fin. hic.* Quid de ex communicato † dicemus: & eum teſtari non poſſe aliquibus viſum eſt. *gl. in c. decernimus de ſent. excom. in 6.; Hoſtienſ. in c. pia de excep. in 6.* Ceteri plerique contra, excepto tamen hæretico & reo majeſtatis, *c. excommunicatus. §. credentes de heret. c. felicis, de pœn. in 6.* Vtut ſit, ego exiſtimo, ne quidem in terris eccleſiæ hanc prohibitionem in ceteris admittendam, *arg. c. odia de Reg. jus. in 6. Comm. dicunt Frid. Senenſ. Conſil. 74. Clar. in §. teſtamentum. q. 24.* Moribus verò † in terris imperii excõmunicato teſtamẽti factio interdicta

Margin: 1, 2, 3, 4 Ius Canon., 5

terdicta eſt ob excommunicationem ſolam, eoque nec heretico etiam; & ne quidem reo læſæ majeſtatis, niſi condemnatio ſecula ſit.

Ad l. obſides. 11.

Obſides teſtari non poſſunt, *ut hic*, quia cives non ſunt. Occupat igitur fiſcus eorum bona ſicut captivorum, *l. Divus. inf. De Iure Fiſci.* niſi tamen eis vel teſtamenti factio, *ut hic*. Vel uſus togæ inſtar civium ſit permiſſus, *l. ſed ſi accepto. De Iure Fiſci.*

Ad l. filius. 16.

Vide quæ nos pluribus ſuprà *ad l. qui in poteſtate. eod.*

Ad l. qui teſtamento. 20.

PRrincipium hujus l. relatum eſt in noſtris ſupra *ad l. 1. eodem.*

1 *§. 1. & 2.*) Qui in poteſtate † teſtatoris eſt, non certè ei adhibetur in teſtamento teſtis, pater tamen ei qui de caſtrenſi peculio teſtaturus eſt, adhibetur, rectè. item que & frater, *ut hic*, Niſi forte teſtetur poſt miſſionem, *§. in teſtibus de Teſt. Ord.* Filius etiam emancipatus patri teſtis adhibetur rectè, *arg. hujus tex. & arg. § in teſtibus de Teſt. Ord.* Vbi *Dn. Vigl. & Weſemb.* Non mutat l. 2. C. de Teſtib. ea † enim generalis eſt, & ad negocia pleraque cetera perti-
2 net quibus de commodo vel incommodo patrisfamilias agitur. Idemque reſpondendum ad l. parentes. C. eod. *Caſtrenſ. hic.*

Ad l. heredes palam. 21.

1. *An & quando teſtator heredem palam pronunciare debeat,*

2. *Nomen heredis & per alium ſcribi.*

3. *Num quis teſtari ante poſſit. & num. 6.*

4. *An idem in teſtamento ad cauſas pias.*

5. *Legatum & fideicommiſſum nutu poſſe relinqui & quomodo.*

7. *Num quis teſtari queat ad interrogationem alterius,*

Teſtatem

Digitized by Google

TEſtator heredes palã † pronunciare debet, ita ut teſtes id exaudiant idq; in nuncupativo, in ſcripto enim ſufficit ab ipſo nomen heredis ſcribi, *ut l. hac conſultiſsima, §. per nuncupationem C. eod.* Id ità in ſi morbo correptus nec diſtinctè loqui nec ſcribere potuerit, teſtamentum poſtea factum intelligitur eſſe falſum, unde & in ceteris quoque deficit, *l, jubemus, C. de Teſtam.* idque & Wormſerus in deciſionibus ſuis refert. *in Obſ. Pract. tit de Teſtam. Obſ. 5. num. 6.7. 8.* Liberum tamen eſt, † poſtulante teſtatore, nomen heredis per alium ſcribi, *Auth. & non obſervato. C. eod.* Quibus conſequitur † neminem nutu teſtari poſſe, *Schneid. in §. item ſurdus. Inſt. Quib. Non Eſt Perm. Fac. teſt. Caſtr. ad l. diſcretis. §. fin. C. eod.* An idem ſit in teſtamento condito ad cauſas † pias, videamus. Clarus idem, *in §. teſtamentum. q. 6. num. 7* quia Ius Canonicum eo Caſu admittat teſtamẽtum minus ſolenne, *per c. cum eſſes. ex. de teſtam.* Sed hoc Wormſerus rectè cum modo accipit, ut ita obtineat, ſi jam antè univerſam voluntatem ſuam teſtor expreſſerit, & aſſenſerit dein nutu. *Wormſ. d. lo. nũ. 8. & 9* Alias voluntas ea non tantum imperfecta cenſetur, *l. ſi is. 25. inf. eod* ſed & inſtrumentum in omni parte ſui falſum. *l. ex ea. 29. inf. h. t. junc. d. l. jubemus in fi. C. de Teſtam.* Quid ergo eſt, quod alibi refertur, quorundam heredum nominibus non expreſsis in iis tantum teſtamentum deficere? *d. l. jubemus. §. quod ſi non fuerit.* hoc ita ſi dubitetur, non conſtet tamen teſtatorem adhuc de aliis ſenſiſſe: *d. l. jubemus in fi.* Legatum tamen & fideicommiſſum † nutu relinquitur recte, *l. & in epiſtola. C. de Fideico.* Sed hoc ſi rem & perſonam legatarii ſignificanter deſignet, hoc eſt ſi is nutu leget qui nõ ſit mutus à naturâ, vel ſupervenienti morbo loquela privatus. *l. nutu. 21. ſ. de Leg. 3.* Quod verò † alii perhibent ſimplicius JureCan. teſtamentum nutu condi poſſe, *gl. in c. cum tibi. ex. eod. quam ſingularem dicit Bal. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* id nuſquam ità relatum eſt, & magis igitur dicimus, iſto quoq; jure obſervandam diſtinctionem eſſe jam antè poſitam, *c. 1. & 2. de novi op. nunc. adde. d. lo. Wormſeri.* Num ergo quis ad interrogationem alterius † teſtari queat, videamus, & hoc Accurſio viſum eſt, *in d. l. jubemus.* & Alexandro probatum. *Alex. lib. 3. conſil. 33 num. 11.* eò quod teſtator, ſi ipſi id diſpliceat, diverſum indicare queat, *Menoch. 4. Præſump. 8. num. 16.* Sed hoc alii ità temperant, ſi teſtator voluntatem ſuam jam ante vel voce vel ſcripto notario vel alteri, qui eum poſtea de ea rogat, pronunciarit, *Caſtr. in d. l. hac conſultiſsima. §. at cum humana. num. 2. Corneus in d. l. jubemus, num. 31. Iaſ. ib. in fi.* Quod admittendum eſt, cùm jus noſtrum diſertam pronunciationem heredis à teſtatore requirat, *ut hic, & d. l. jubemus.* Nam & d. l. hac conſultiſsima. §. at cum humana, quam in ſententiam ſuam Accurſius allegat, requirit, notario antè tenorem teſtamenti ſcribendum credi, & dein legendum præſentibus approbari à teſtatore.

Margin: 1 3 4 5 6 *Ius Can. an hic diverſũ.* 7

Ad §. ſi quid poſt.

VIde quæ nos pluribus infrà ad l. 2. De Injuſto Rup. & Irr. Teſt. Vbi & hęc in noſtris allegatur.

Ad § Vno contextu. final.

TEſtamento uno contextu ‡ peragendo alii actus admiſcendi non
1 ſunt, niſi qui pertineant ad ipſum. *Vt hic, & l. cum antiquitas. C. de Teſtam.* Vnde nec contractus ei inſerendi ſunt. † *arg. l. verba. 20. De V. Sign.* cum contractu quidem obligatio contrahatur à qua reſi-
2 lire non liceat, *l. ſicut 5. C. de Ob. & Act.* quod in voluntatibus ultimis omnino diverſum eſt. *l. 4. inf. De Adim. Leg.* Quin tamen aſſi-
3 gnatio libertorum fieri eodem † contextu poſsit non eſt dubitandum, *l. 1. §. aſsignare. De Aſsig. Lib.* Licet enim aſſignata ejuſmodi pro-
4 priè nec quaſi legata, nec quaſi fideicommiſſa percipiantur, *l. aßignare. 7. C. eod.* inſtar tamen ultimæ voluntatis renovari poſſunt, *l. 1. §. adimere. de Aßig. Lib.* Denique & pignus ‡ teſtamento conſtitui poteſt, *l. non eſt mirum. de Pign. Act.* Ponamus in cautionem legati pignus conſtitui, *l. Lucius, 11. de Alim. Leg.* Cum & aliàs non expreſſo pignore tacitum legatarius conſequatur ipſo jure. *§. 2. Inſt de Leg.* Donatio-
5 nem quoque mortis cauſâ † eò referri poſſe putamus, *arg. l. etiam. de Inoff. Teſt.* Licet enim hæc ferè in contractum cadat, *l. filius. Vbi not. de Donat.* effectu tamen legatis comparatur, *l. etſi. 17. de Mort. Cauſ. Don. l. ult. C. eod Vigl. ad §. ſed cum paulatim. Inſt. de Teſtam. Ord.* Quod verò Mollerus ‡ annotat, contractus teſtamento comprehenſos, non revocari cum teſtamentis poſſe. *l. 6. Semeſt. c. 5.* id verum eſt quãtum ad probationem attinet, & confeſſionem teſtantis convincendam Vt ipſe id poſtea explicat. *ibidem,* non etiam aliàs.

§. 1.

EXplicatur infrà in noſtris, ad l. 1. §. & hereditatis. De His Quę In Teſt. Del.

Ad l. Vnum. 24.

Adde l. Vlt. inf. De His Quæ In Teſt. Del.

Ad l. ſi is qui teſtamentum. 25.

VIde quę nos ſuprà in l. heredes palam, princ. eod. tit. Opponi ſolet l. jubemus. §. quod ſi non fuerit. C. eod. Solutionem vi. in noſtris ad d. l. heredes palam. princ. h. t.

Ad l. Domi-

Digitized by Google

Ad l. Domitius. 27.

1. *Teſtamentum conſcribens, num in eodem rectè ſit teſtis. & num. 2. & 4.*

3. *Quid juris ſit in inſtrumentis ceteris, & an in ijs tabellio eſſe teſtis poſsit.*

5. *An notarius ſeu tabellio de actu proprio condere inſtrumentum queat, & 6.*

7. *An judex coram ſe ipſo inſinuare donationem majorem, 500. aureis poſsit.*

QVi teſtamentum † conſcripſit in eodem non prohibetur eſſe te- 1
ſtis, *Vt hic*, Ergo & tabellio teſtis adhibetur, † modo præter eum
quoque adſint 6. reliqui. In teſtamento tamen cæci requiruntur præ- 2
ter tabellionem teſtés, 7. & teſtis, 6. vel ejus loco tabellio ipſe, *l. hac*
conſultiſsimâ. C. Qui Teſt. Fac. Poſſ. Sed & in inſtrumentis ceteris † qui-
bus duo, tres vel quinque teſtes ex juris requiſitu adhibentur, præter 3
tabellionem eum numerum autumant adhibendum. *per Nov. 73. de*
Inſtr. Caut. & Fi. c. ſed & ſi inſtrumenta. Vnde tabellio quidem † te-
ſtis erit, ſi teſtes adhibeantur alicui actui non ut inſtrumento publico 4
conficiendo, at ſi quod inſtrumentum ad ſolennitatem ſui tabellionem
requirat, tabellio teſtis non erit, *gl. in d. l. hac conſultiſsima. §. pen al-*
legans opinionem Bandini gloſſatoris veteris omnibus probatam. ſeq. Bart.
hic. nu. 3. Et hoc ferè moribus obtinet, cum notarii cuique actui ple-
rumque adhibeant binos teſtes præter ſe. Sed quæritur an notarius † de 5
actu proprio inſtrumentum condat? dubium movet, quod magiſtra-
tus, filiusfamilias apud ſemetipſum emancipari vel in adoptionem da-
ri poteſt. *l. ſi conſul. cum l. ſeq. De Adop.* Diverſum tamen obtinuit,
cum tabellio magis fidei cauſâ adhibeatur, eoque propè ſit loco teſtis
per hunc tex, in cauſa verò ſua nemo meretur fidem. *l. nullus. & l. o-*
mnibus, C. de Teſtib. Nec ad rem facit d. l. ſi conſul, quia iſta ad ea per-
tinet quæ non tam fidei quam ſolennitatis cauſa peraguntur. Planè ſi
in † præjudicium ſui inſtrumentum conficeret, magis eſt id quoque fi- 6
dem mereri, *arg. l. non putavit. 8. §. ſi quis ſua de Bo. Poſſ. Contra Tab.*
& l. Publia. §. fi, Depoſ. Bart. in d. l. ſi conſul. num. 4. Illud etiam
quæſitum † eſt, An judex donationem majorem 500. aureis coram ſe i-
pſo poſsit inſinuare, quod quidem argumento à ſimili dicendum vide-
tur, *ex d. l. ſi conſul. Bart. d. lo. num. 3.* Sed hoc Cumanus improbat,
quia donatio requiratur cauſa amovendi erroris & temeritatis, qui ta-
men non minus in inſinuando apud ſe quam donando committi po-

 teſt,

teſt *ſarg. l. antiqua, & l. ſi mulier. C. ad SC. Vellej.* Et id quidem magis
eſt, ſed eo argumento potiſſimum quod ſolus Princeps inſinuare do-
nationem apud ſe poſsit. *l. ſancimus, princ. verſ. exceptus*, C. *de*
Don. Vnde in ceteris diverſum obtinet. *l. cum prætor. 12. De*
Judic.

Ad l. ex ea. 29.

1 EX tabulis teſtamento faciendo † deſtinatis nullo jure perfectis, ne
quidem fideicommiſſa debentur aut legata, *Vt hic & l. fideicom-*
miſſa 11. §. 1. de Leg. 3. l. 1. de Iure Codicil. *l. ex teſtamento*, C. *de Fideic.*
2 Hoc ità niſi adjecta clauſula ſit † ut valeat jure codicilli, *l. 3. in fi. de Mil.*
Teſt. l. coheredi 41. §. quod ſi heredem, de Vulg. Et Pup. Subſt. Ejus ve-
rò exemplum hoc loco eſt in §. fin. hac forma; Volo hanc diſpoſitionē
ſubſiſtere in omnem eventum. Aliud exemplum ejus eſt infrà *in l. pe-*
nult. §. fin. De Leg. 2. Denique eâ clauſulâ adjectâ non tantum legata
3 valebunt, † ſed hereditas ipſa quoq; deferenda erit jure fideicommiſ-
ſa ijs qui minus ſolenni teſtamento ejuſmodi ſunt ſcripti; *l. Titia. 13.*
1. reſp. De Inoff. Teſtam. fa. l. poſtumus, 12. §. fin. De Injuſto. *Rup. Et*
4 *Ir. Teſt.* Obſtat † verò his d. l. Titiâ. 13. 2. reſp. ſed ejus ſpecies ob-
tinet in teſtamento reſciſſo per querelam inofficioſi. Idque ob de-
mentiæ prçſumptionem, *l. nec fideicommiſſa. 36. De Leg. 3.* Eſt tamen
d. l. Titia in legatis & fideicommiſsis mutata, *per Nov. 115. c. 3.* Quid
5 ergo, teſtamento † exiſtente nullo, aut per querelam reſciſſo, an filio ab
inteſtato venienti incumbat heredit reſtituere ex clauſulâ codicillari,
legitima retentâ, quæritur. Dubium movet, *l. ult.* C. *de* Codicil. &
id quidem aliquibus viſum, *fac. Bart. & alij in L. 1. inf. de* Codicil. Hoc
tamen dicendum non eſt, idque ob ſummam neceſsitatem inſtituen-
dorum liberorum, *tot. tit de Lib. Et Poſt. Accur. in Auth. ex cauſa C.*
6 *de Lib. Præ. Burſat. lib. 1. Conſ. 15. num. 8.* Nec mutat d. l. ult. † quia ea
ad teſtamenta cetera pertinet, non etiam ſi liberi prçteriti ſint. An non
7 ergo id jure Novellarum † mutatū ſit, videamus, & id quidem probabi-
le apparet, *per d. Nov. 115 c. 3. § fin.* quâ, inſtitutione evacuata, cetera
teſtamentorum rata manent. ſed hoc quoque ad legata & fideicommiſ-
ſa particularia referendum magis dicimus, non etiam ad heredis inſtitu-
tionem univerſalem, multo verò minus ad caſum prætteritionis. Quini-
mo cum teſtamento univerſali effici non poſſit quin liberos inſtitui o-
porteat, codicillis id multo minus fiet. Planè quod alibi ſimplicius ca-
vetur, legata etiam ex imperfecta diſpoſitione deberi, *l. ult. inf. de Iu.*
Codicil. id ex textu propoſito explicandum eſt, ſubjuncta ſcilicet teſta-
mento nuncupativo, *vi. tamen noſtra. ib.* clauſulâ codicillari vel codi-
cillis ipſis confectis, *ut ibi.* Libertas tamen ex teſtamento minus pefe-
8 cto, † & cōſequenter legata ei qui liber eſſe juſſus, relicta prçſtanda ſunt,
l. in teſta-

Digitized by Google

l. in teſtamento, inf. De Fideicom. Lib. Adde his quæ nos pluribus infrà *ad l. 1. De Iure* Codicill.

De Lib. & Poſtumis Heredibus Inſtituendis vel exheredandis.

TIT. II.

Ad rubr. de neceſsitate inſtitutionis vel exheredationis liberorum & ad Novel. 115. c. 3. & 4.

1. *Continuatio tituli.*
2. *Definitio & jus Inſtituendorum liberorum vetus & novum.*
3. *De Cauſis exheredationum juſtis.*
4. *Num exheredatio admittenda ex cauſâ graviori quàm d. Novella expreſſa.*
5. *Quid ſi cauſa non expreſſâ, ea tamen probari poſſit.*
6. *Quid ſi inſertâ quidem cauſâ, omiſſa exheredatio ſit.*
7. *Quid ſi filius patri ſit reconciliatus.*
8. *Quid ſi filius pœnitentiam agat.*
9. *Quid ſi filius fiat monachus.*

AD formam teſtamenti † vel maximè opus eſt inſtitutione heredis. 1
Vnde h.t. in primis agitur de liberis inſtituendis vel exheredandis. Inſtituere heredem eſt heredem † deſignare, exheredare exheredem ſcribere vel nuncupare; præterire neutrum eſt. Sed in jure inſtituendorum 2
liberorum ſumma olim diverſitas fuit, Filii enim præteritio teſtamentum vitiabat, filia autem nepote vel nepte ceteriſq; liberis præteritis, teſtamentum quidem valebat, ſed ſi ſui præteriti eſſent, heredibus ſcriptis jure

ptis jure quaſi accreſcendi virilem portionem auferebant: ſi extranei, ſemiſſem. Sed hoc conſtitutionibus ſublatum eſt, ità ut filiæ unà cũ filiis & nepotes etiam, ac ulteriores ex filiis & filiabus, pari omnino cenſeantur jure. *vi. tex. in l. ult. C. de Lib. Præt. & gl. ib. in §. fin. verb. progeniti. tex. in l. illam cum Auth. ſeq. C. de Collat. tex. &* DD. *ad princ. Inſt. eod.* Præteritis igitur liberis, teſtamentum nullum fuerit, exheredatis verò videndum an exheredatio facta ſit ex cauſâ juſta.
3 Cauſæ vero † juſtæ olim quidem in arbitrio centumvirorum, adeoque pene in facto conſtabânt, hodie verò certæ ſunt ſpecie & numero definitæ, *vi. tex. in Nov. 115. c. 3. & ibi Cujac. in expoſ.* Atque hac de re quidem nonnulla obiter expedimus ſuprà, *ad rubr. de Inoff. Teſt* ſed
4 hic latius agendum. Principioque illud quæſitum † eſt, An exheredatio non ſaltem admittenda ſit ex cauſa graviori quàm d. novellâ contentâ, quod aliquibus viſum eſt, *Covar. ad c. Rainutius. de teſt. num. 16. Clar. in §. teſtamentum. q. 41.* Movet eos, quòd abſurdum videatur rationem à majori ad minus hic non admitti; quodque omnes articuli legibus exprimi non poſſint, *l. non poſſunt. De LL.* Sed illud potiſſimùm, quaſi Iuſtiniano propoſitum non fuerit cauſas juſtas reſtringere, ſed tantùm quod ante in facto poſitum fuit, certis ſpeciebus definire. Alij contra, quòd vel maximè illi propoſitum videatur ex facti varietate conſtituere jus certum, & refrenare adeo arbitrium judicis in re ea tota *Vigl. ad §. fin. de Inſt. & Exh. Lib. Connan. 9. Comm. c. 10.* Iuvat ſententiam hanc, quòd Novella reſtringat hoc jus verbis diſertis. Ego exiſtimo utramque ſententiam commodè admitti; ut quidem, ſi quis pietatem parentibus debitam gravi injuriâ offendat, etiam gravioribus cauſis locus ſit (nam & eæ bona interpretatione, ad cauſam primam de quacunque gravi injuriâ redigi queunt) ſi quis verò crimen aliud publicum admiſerit, diverſum eſſe. Cùm exheredatio non tam in vindictam publicam permiſſa ſit, quàm in refrenationem malevolentiæ liberorum. Sed quid ſi † ingratitu-
5 dinis cauſâ non expreſsâ, ea tamen probari poſſit, an exheredatio ſubſiſtat, Aretinus non putat & magis eſt, *Aret. in l. 3. §. filius. col. 2. inf. h. t. Covarr. in d. c. Rainutius num. 7. de Teſtam.* quia Novella & expreſſionem cauſæ requirit, & probationem; *fac. l. omnimodo. C. de Inoff. Teſt.* Angelus Iaſon contra, *Angel. in §. ingratitudinem. in Nov. de Nupt. Iaſ. in l. cum mota. num. 17. C. de Tranſact.* Sed quæ ipſa nihil ad rem faciunt, cum nullo eorum id contineatur, cauſam ingratitudinis non exprimendam. Et prior igitur ſententia, quia benignior
6 ſervanda eſt, *per vulg.* Quid ergo † ſi inſerta quidem cauſa ſit, omiſſa tamen exheredatio fuerit, an teſtamentum ſubſiſtat, videamus. Et hoc Covarruviæ viſum eſt, *in d. c. Rainutius. num. 1. 2. & 8. de Teſtam.* Movet eum quòd *in d. §. aliud quoq.* relatum tam de præteritione quam exheredatione eſt, item quod aliàs interdum præteritio exheredationis nomine venit, *l. ſi patronus. 12. de Bon. Lib.* Aliis tamen

men diverſum viſum eſt, eò quod verbum præterire in d. Nov. commodè ad præteritionem maternam referri poſſit, quæ inſtar exheredationis eſt; item quod verbum præterire *in d. l. 12.* ad teſtamentum militare refertur, de quo id reſponſum ſingulatim ſit, *ut ibi in tex.* Quando igitur jure veteri quoque ob omiſſam inſtitutionem & exheredationem ſuorum teſtamentum paternum nullum eſt, ſequitur id jure novo, ob inſertam ſolius exheredationis, cauſam non conſervari. DD. *in Auth. non licet, C. de Teſtam.* Et hanc quæſtionem Fulgoſus Cæſareâ deciſione dignam cenſebat, ego verò eam puto propè in facto conſtare, ut ſi fortè pater prætereat filium ſimpliciter, ſolâ allegata injuriâ ſibi illatâ, teſtamentum non ſubſiſtat, ſi verò præteritio vi ipſâ in exheredationem cadat diverſum ſit, ut ſi dicat, filium meum ex tali cauſâ prætereo, vel alienus ſit à mea hereditate, aut ſubſtantia. Ejusmodi enim præteritio pro exheredatione eſt, *l. 3. C. de Lib. Præt.* Itaque ſententiæ eæ, pulcre conciliantur. Quid vero ſi filius patri reconciliatus ſit, an exheredatio rite facta ſubſiſtat, Bartolus *in l. 3. § fi. De Al. Leg. inf.* Iaſon, *in auth. non licet. in fi. C. de Lib. Præt.* non putant, *per tex. in d. l. 3. §. fi. & l. 5. C. Fam. Ercif.* Aretinus, *ad l. filio quem. inf. eod.* & alij, *apud Covar. in. d. c. Rainutius, num. 17.* contrà *per tex. in d. l. filio.* Ego exiſtimo reconciliatione factâ exheredationē quidem ſubſiſtere, ſed contra eam paratam querelam inofficioſi eſſe, exceptionemque cauſæ juſtæ replicatione elidendam eſſe. Et hæc ſententia, quia rationem habet, quod injuria vel tacitè remittatur, *§. fieri. Inſt. de Injur* tanquam benignior, ſervanda eſt. Nec mutant d. l. *3. §.* fin. & d. l *4.* quia ibi agitur de legato, quod ob graves inimicitias tacitè ademptum, ceſſantibus iis denuo tacitè cenſetur relictum, hoc vero ad exheredationem expreſſam transferri non poteſt. Minusque ad rem facit d. l. cum filio, ibi n. rectè dicitur exheredationem conſtare, quod & nos probamus dum & ex adverſo requirimus querelam inofficioſi. Et hæc ſententia quoque, quia benignior, merito, ſervanda eſt. Si igitur filius pœnitentiam agat, patre tamen non remittente, an tantundem dicamus? Alexander, eum exheredari nō poſſe, *in l. 1. num. 33. Sol. Matr. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 41. verſ. præterea quæro.* Movetur eo quod pœnitentia delicta ferè cenſeantur aboleri, *arg. l. imperialis. 23. §. præſenti. C. de Nup.* Covarruvias cōtra, eò quod pœnitentia non videatur concernere jus fori, ſed poli tātum, *poſt gl. communiter probatam. in c. de his. de accuſ.* Nos diſtinguimus utrum delictum in ipſos parentes ſit, quo caſu id ſola pœnitentia non tollitur, quia id nuſquam cautum eſt, itaque ſententia poſterior obtineat, an verò alias vixerint liberi probroſè, & obtineat ſententia prior. *tex. in d. Nov. 115. c. aliud. verb. & in hac profeſsione permanſerit.* Si vero filius monachus † fiat, an exheredari ob juſtam cauſam queat, dubitatum eſt, propeque eſt id jure civili non impediri, *arg. l. Deo nobis. 56. §. 1. C. de Epiſc. Et Cler.* Iure tamen Canonico diverſum eſt,

7 (margin, beside "Itaque ſententiæ eæ… reconciliatus")

8 (margin, beside "que ad rem facit d. l. cum filio")

9 (margin, beside "queat, dubitatum eſt")

ſum eſt. *cauſ. 19. q. 3. c. ult.* quo & allegatur Novella Iuſtiniani de monachis. Quam tamen Novellam nunquam exſtitiſſe alii autumāt, & Gratianum, ipſum quoque monachum, in gratiam ejus ordinis id annotaſſe. *Alc. 4. Parag. c. 23.* Quod Covarruvias improbat, *c. 20. & 21. de teſtam. ex Hermon. p. 5. Epit. c. 9.* Sed jus Canonicum in terris eccleſiæ admitti poteſt, Civile vero econtra extra eas, cum ejuſmodi novella non exſtet. Plane quæ de exheredatione diximus, intelligenda ità ſunt, niſi liberis legitima inſtitutionis titulo relicta ſit, *ex d. Novel. 115.* De toto vero jure legitimæ plenè agimus ſuprà, *ad l. 8. §. ſi quis mortis.* De Inoff. *Teſt.*. Quæ vero plura ea de re dici poſſent, videantur in noſtris plenè. *infra ad l. omnimodo. C. de Inoff. Teſt.*

Ad l. 1. & 2.

1 Filius nominatim exheredandus † eſt, alioquin cenſetur præteritus. Vnde quæritur quid ſit nominatim † exheredare, ſatiſque eſt eum ità vel nominari vel deſignari ut conſtet de quo filio teſtator ſenſerit,
2 adeo quidem, ut & ſi unicus filius ſit, exheredatio rectè ità fiat, Filius exheres eſto, *ut hic.* & ſi plures ſint, rectè ità, Ceteri omnes filii exheredes ſunto. *l. Titius. inf. h. t.* Si tamen teſtator ſimplicius dicat, †
3 Ceteri exheredes ſunto, diverſum erit, quia ceterorum appellatione liberi non continentur, *arg. d. l. Titius.* Num vero illa ratione † quoque exheredati cenſeantur quos pater putat deceſſiſſe quæritur, *hic in*
4 *§. 1.* & reſpondetur id apud Iudicem examinandum. Id vero nihil aliud eſt, quàm rem in facto conſiſtere, ut quidem ſi exiſtimaverit eos deceſſiſſe, ceterorum nomine non veniant, alias contra. *l. uxorem. 29.* De *Manum.* *Teſt.* At obſtat † l. ſi inſtituta. *27.* §. fin. De Inoff. Teſt. per quam Cujacius malè diverſum ſenſit, *Cujac. in d. l. Titius.*
5 ſed ea procedit in teſtamento matris, cujus propoſitum exheredandi non requiritur, cum præteritio ejus pro exheredatione ſit, at in propoſito textu eſt præteritio mera. Denique ſi præteritio ejuſmodi teſtamentum militis per errorem factum infringit, *l. ſicut. 9 C. de Teſt. Mil.* in pagani multo magis idem erit.

Ad l. 3. §. purè.

1 Filius purè inſtituendus † vel exheredandus eſt, *ut hic*, Quamobrē
2 eo inſtituto, ſub conditione jure civili nullum † eſt teſtamentum, ut & eodem ſub conditione exheredato, *l. ſi quis Sempronium. 68. in fi. inf. de Her. Inſt.* Inſtitutus tamen ſub conditione, ſub contraria conditione exheredatur rectè, quia nullo caſu præteritur, *l. ſi pater C. de Inſt. Et Subſt.* Iure denique prætorio, filio ſub conditione † exhere-
3 dato, datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, in quā cum prætor tuetur jure bonorum poſſeſſionis contra tabulas, ſi conditio deficiat. Sic & exheredato ſub conditione, jure prætorio, quaſi præte-

rite

Digitized by Google

rito ſtatim datur bonorum poſſeſsio contra tabulas, *l. ſed ſub conditione. De Bo. Poſs. Con. Tab.* In poſtumis tamen † hæc paulò diverſa ſunt, quia his ſub conditione inſtitutis vel exheredatis, nec civili nec prætorio jure teſtamentum infirmatur, niſi quis editus ſit. Editione igitur ejus, teſtamentum rumpitur, & jure prætorio nato parata eſt bon. poſſeſsio contra tabulas, idque ſive inſtitutionis vel exheredationis conditio defecerit, ſive inſtitutionis conditio adhuc pendeat. Eodem modo conditione inſtitutionis pendente nato poſtumo, rumpitur jure civili teſtamentum, vel prætor ei interea dat bonorum poſſeſsionem ſecundùm tabulas, idque filii exemplo. Exiſtente interim † conditione exheredationis dum ſit in utero, neutro jure teſtamentum infirmatur. *l. cum poſtumus. & l. poſtuma. inf. h. t. l. 1. §. ſed etſi ſub. De Ven. In Poſs. Mitt.* Quamobrem eo caſu nato locus querelæ eſt Num verò † eadem etiamnum jure novo procedant, infrà tractamus, *in l. ſi poſtumus. 14. eod.* 4 5 6

§. filius. & §§. ſeqq.

Filius quoque inter medias † heredum inſtitutiones rectè exheredatur *ut hic*, itemque inter & poſt gradus ſubſtitutionum, *l. 2. §. Vnde. inf. tit. 1.* Sed & ante † heredis inſtitutiones exheredatur rectè, *l. 1. prin. De. Her. Inſt.* Gradus verò non ex heredum numero, ſed ex ordine ſucceſsionis metimur, ita ut gradus alter demum conſtituatur ſubſtitutione, & inſtitutio ac ſubſtitutio conſtituant gradus duos. Filius igitur rectè vel à primo, † vel à ſecundo, vel omnibus etiam gradibus exheredatur. Si tamen inter duos gradus exheredatur ab utroque ſemotus eſt, *ut hic in §. inter.* Sed ab uno herede ſolo † exheredatio fieri nequit, licet ab uno gradu fiat rectè. *l. non putavit. 8. §. ſi ab uno De Bon. Poſs. Contra Tab.* Vnde † conſequens eſt, cum nec à parte hereditatis exheredari poſſe, uti nec à re certa, *l. 19. inf. eod.* Ab omnibus † tamen gradibus exheredatio fit, ſi eadem ante heredis inſtitutionem fiat, *ut hic, in §. ante heredis.* Vel inter inſtitutionem & ſubſtitutionem, *ut hic in §. inter duos. & §. ſeq.* A proximo † verò gradu exheredatus tantùm videtur, ſi exheredetur poſt gradus omnes. Niſi tamen probetur ea defuncti mens fuiſſe, ut exheredatum poſt omnes, ab omnibus gradibus ſubmotum velit, *l. 1. C. de Lib. Prat. fac l. pen. inf. tit. 1.* Quod ſi teſtator ità dixerit, Quiſquis mihi heres erit filius exheres eſto perinde eſt ac ſi dicat, Si quis mihi heres erit, filius exheres eſto, cum exheredatio neutro caſu ſubſiſtat, quia eo tempore quo ſcriptus adit nondum eſt exheredatus. *d. l. 68. §. fi. de Her. Inſt.* Sed quod ibi dicitur ſubſiſtere exheredationem filii ab inſtitutione hac, *Si quis mihi heres erit:* id ſanè † intelligendum, cum puta unus pluresve ante purè inſtituti eſſent. Si enim heres inſtitutus ſit & adeat, exheredatio nulla eſt. *l. pen. §. ſed cum exheredatio. inf. de Bo. Poſſ. Contra Tab.* 1 2 3 4 5 6 7 8 9

Digitized by Google

§. final.

1 TEſtamentum cujus primus † gradus inſtitutionis non conſtat ob filium præteritum, qui à gradu ſecundo ſolo exheredatus erat, perempto gradu primo, vires ſuas in ſecundo conſervat, *ut hic. & l. ex facto. §. Lucius. de Vulg. Subſt. l. ſi filius. inf. de Her. Inſt. fac. l. 2.*
2 *C. de Her. Inſt. cum ſim.* Et quidem id extra dubium eſt. Num verò † teſtamentum vires aſſumere queat à ſubſtitutione vulgari tacita, quæ expreſſâ pupillari continetur, defuncto pupillo poſt mortem teſtatoris nondum aditâ hereditate, pluribus infrà tractamus, *in l. jam hoc jure. de Vulg. Et Pup. Subſt.*

Ad l. placet. 4. & l. 5.

1. *Qui poſtumum ſcribere heredem poſsint.*
2. *Poſtumus quis & 3.*
4. *Ut exheredandus.*
5. *Ut exheredanda poſtuma.*
6. *Iure novo in hac re quid obtineat. & 7.*
8 *Quid juris ſit ventre inſtituto, ſoluta quæſtio DD. & 9.*
10. *Quid juris ventre ità inſtituto, ſi prægnans eſſet.*

1 TEſtator maſculus † quicunque poſtumum ſcribere heredem poteſt ſive uxorem duxerit, ſive minùs. Nam & ſi uxorem habuerit, non ex ea tantùm naſcendum inſtituere cenſetur, ſed & ex uxore quacunque, *ut hic*, Idque teſtamenti, conſervandi cauſâ, *Bart. Alex. Caſtr. Iaſ.* Quod ut accuratius tractemus, ſciendum † eſt, po-
2 ſtumum propriè dici, natum poſt mortem patris, quia parente humato naſcatur, ut Varro author eſt, contra quàm Cujacio viſum eſt *lib.*
3 *3. Obſc. c. 4.* Sed ex L. Velleia † poſtumi etiam ii dicuntur. qui teſtamento condito vivo naſcuntur patre, *l. 3. §. 1. l. poſtumus. 12. inf. tit. 1.* Poſtumi igitur mares † cujuſcunque gradus nominatim exhere-
4 dandi ſunt, poſtumæ feminæ etiam inter ceteros exheredari poſſunt cum adjectione legati. *§. poſtumi. Inſt. de Exh. Lib. l. ult. §. fi. C. de Lib. Præt.* Sed quid ſi poſtuma inſtituta ſub † conditione ſit? & ſi
5 quidem pendente conditione naſcatur, id eſt, quo tempore inſtitutio necdum effectum habet, jure civili teſtamentum rumpetur, *l. poſtuma. 24. inf. eod.* defecta igitur conditione nata videbitur inter ceteros exheredata. Hæc quidem juris antiqui ſunt. Iure nimirum
6 novo cujuſcunque † ſexus poſtumi nominatim exheredandi ſunt &

& cum

Digitized by Google

& cum liberis ceteris eodem cenſentur jure. Propeque ex Novella Iuſtiniani † videtur, quia juſta exheredationis cauſa in poſtumos ca- 7
dere nequit, eos nec poſse hodie exheredari. *Nov. 115. §. aliud quoque.* Niſi eò exheredato paratam in officioſi querelam dicamus, *arg. l. ſi quis in ſuo, C. de Inoff. Teſt.* quod quidem magis videtur; Vt tamen res ſummariâ ſaltem cognitione finiatur; cum fieri non poſſit ut juſta exheredationis cauſa in eum cadat. Quando igitur dicimus poſtumum hodie exheredari non poſse, exheredari cum effectu accipimus. Sed ad rem. Illud quæritur, † an ventre inſtituto, 8
perinde ut hic de poſtumo relatum eſt, etiam is inſtitutus intelligatur qui ex alia uxore naſcetur quam quæ tempore teſtamenti teſtatoris erat, quod aliquibus placuit. *Alex. Socin. & aliis quos ſeq. & refert Mantica in Conject. Vlt. Vol. lib. 4. tit. 9. n. 6.* Moventur & hoc textu & eo quo venter & poſtumus inſtitutus comparantur, *Vt in l. 3. §. nominatim. de juſto Rup. Et Ir. Teſt.* Alii contrà, eo quod inſtituto ex certa muliere, teſtator de aliis haud exiſtimandus ſit ſenſiſſe, *l. filios, §. ſi quis ex certâ. inf. h. t. Caſt. Cum. Aret. hic.* Sed argumentis utriuſque ſententiæ expenſis, prior † obtinet ventre gene- 9
raliter inſtituto, poſterior certo deſignato. Nec eſt quod regeratur, ventrem dici qui prægnans eſt. *l. ventre. 48. de Acq. Her. l. 1. §. inſpiciendo. de Ven. Inſp.* Vt modo quodam ad eam reſpexiſſe teſtator videatur quæ ipſo actu uterum gerat: id enim in hac quoque lege proponitur (verb. vel qui tunc in utero eſt) non tamen eò minùs inſtitutio ejuſmodi etiam ad natos ex aliâ uxore pertinet, *Vt hic.* niſi certâ deſignatâ, *ut in d. l. ſi filius. §. ex re certa. inf. eod.* Quid ergo, ventre ità † inſtituto, Si prægnans eſſet, & hoc quoque caſu teſtator 10
generatim inſtituiſſe videtur, *per hunc tex.* Nec refert quod Angelus id in dubium trahit, *conſ. 51. incip. Simon. Notarius.* motus d. l. filius. §. ex re certa. quia hæc tantùm referri poteſt ad caſum de certo ventre deſignatum. Sententia igitur prior, quia ad conſervationem teſtamenti pertinet, benignior eſt, *arg. l. ult. C. de Poſtum. & l. filius. §. Lucius. inf. h. t. & l. benignius. de LL.* & pleriſque probata. *Alex. hic. Purp. lib. 2. conſ. 518. num. 3. Menoch. lib. 4. Præſump. 21. num. 20. verſ. ſextus caſus.*

Ad l. ſi filius. 7.

FIlio præterito teſtamentum patris uſque adeo non ſubſiſtit, ut ne quidẽ eo defuncto ſuperſtite patre, revaleſcat, *§. 1. Inſt. de Exh. L.* Quamobrem eo teſtamento nec rumpetur ſuperius, *ut hic.* Hoc tamen ità, ſi teſtamento primo inſtitutus vel exheredatus fuerit filius, adeoque id fuerit perfectum, *gl. Cujac. Gotof. hic.* Alias enim neutrum ſubſiſtet. Adde his noſtra infrà *ad l. poſtumus. 12. inf. tit. prox.* Vbi tractamus plura in continuationem hujus argumenti.

Digitized by Google

Ad l. ſi à primo. 8.

VT teſtamentum univerſum rumpitur quo filius præteritur, ità & in diverſis gradibus ejuſdem teſtamenti, filio, verbi gr. ab inſtituto exheredato à ſubſtituto præterito, dicimus inſtitutionem valere, ſubſtitutionem non item. Vnde ſi inſtitutus dum deliberat, decedat, non erit heres ſubſtitutus. Idemque eſt in poſtumo à primo gradu exheredato, in ſecundo præterito. Natus enim ſubſtitutionē rumpet, *ut hic*, Denique rectè Cujacius legit in fine hujus l. *natus vivo primo* (non vivo patre, ut legitur vulgò) *à quo exheredatus eſt.* namque à primo, id eſt inſtituto exheredatus eſt, non à ſecundo, id eſt, ſubſtituto; orto ſc. errore à malè transcriptâ abbreviatione. Aliàs enim repugnat d. l. poſtumus 12. inf. tit. prox. Quod & Accurſius animadvertit, licet is textum hunc duro anfractu explicare conetur, vitium typi non animadvertens. Reliqua huc pertinentia vi. in noſtris *ad d. l. 12.*

Ad l. ſi quis. 9. §. ſi filium.

Vide quæ nos in l. *6.* princ. inf. tit. prox.

Ad §. ſed ſi ex ea.

AN & quatenus nepos filii ex ſpurio, aut conjunctione nefaria natus inſtitui poſſit, an minùs, pluribus infrà tradimus. *in l. Gallus. §. quid ſi quis filium. eod. tit.*

Ad. l. commodiſsimè 10.

1. *Argumentum hujus l.*
2. *Explicatur l. ult. C. eod. & num. 3.*
4. *Si teſtator inſtituat filium, eique per fideicommiſſum filium ejuſdem primogenitum, & rurſus ei primogenitum hujus decedente vero primogenito hoc, Titium inſtituat num filio inſtituto decedente ſinè liberis, locus fiat Titio.*

1 POſtumū rectè inſtituas ſive vivo patre, ſive mortuo naſcatur. Qui nimirum mortuo te naſcetur jure veteri, qui vivo ex Lege Vellea. Altero igitur caſu ſolo expreſſo, qui naſcetur in caſum omiſſum teſtamentum rumpet, *ut hic. & l. Gallus. §. forſitan. inf. eod. l. ſi pater. 26. de Vulg. Et Pup. Subſt.* Dubium movebat, quod caſus omiſſus connexo & expreſſo quandoque continetur, *l. filio. §. fi. inf. hoc tit.*
2 *l. ſi extraneus. de Cond. Ob Cauſ.* Sed id in propoſito haud ita eſt propter diverſitatē juris diverſis tēporibus, diverſisq; cauſis introducti, quorū

idcirco

Digitized by Google

idcirco alterum altero nócótinetur. Obſtat tamé † l. ult. C. eod. ſed ea corrigit hác, & ex cóſtitutione eadem, iſtitutio ità facta, Qui poſt mortē meá naſcetur heres eſto, refertur etiá ad caſum Legis Velleæ. Quæ probabiliter ex 50. diciſionibus vna ſit, *Cujac. poſt Gl. Bart. Caſt. Alex. Iaſ. hic.* Sed quæſitum eſt, ſi poſtumus nepos inſtitutus † ſit 3
ex jure antiquo, ut ſc. Gallus præſcripſit (*in prin. l. Gallus. inf. eod.*) naſcatur interim vivo avo, an & huic beneficium paratum ejus conſtitutionis ſit, quod quidē Cujacio videtur & magis eſt. *idq, eivncitur argum. d. l. Gallus. princ. & §. 2. junc. l. filij. 84. inf. de Verb. Sign.* Hoc tamen aliqui in dubium trahunt, quoniam poſtumus filius & in utrumque caſum inſtitui jure antiquo potuerit, quod de nepote non ita fuit, ut caſus filii poſt mortem inſtituti facilius ad argumentum Legis Velleæ, quam nepotis referri poſsit, eoque d. l. ult. nepotis nullam faciat mentionem. Sed hæc ratio minùs proba eſt, cum & filius poſtumus demum ex L. Vellea, ſi vivo patre naſcatur, inſtitui queat, *l. 3. § 1. inf. tit. prox.* Planè quod in d. l. ult. de nato intra decem menſes poſt mortem teſtatoris relatum eſt, licet aliquibus videatur id ſpecialem innuere caſum ejuſdem. *Fuglos. & Iaſ.* minùs probabile eſt, rectiuſque dicimus, verba hæc, *Intra decem menſes*, ad Vulgarem juris antiqui formulam pertinere, qua puta partus deſignetur legitimus, quippe quem edi intra decem menſes oportet neceſſario, *arg. d. l. Gallus. princ. inf. h. t. l. 3. §. fi. De Su. Et Legit.* Perinde igitur erit, ac ſi ea verba adjecta non forent. Supplet n. ſimpliciter Iuſtinianus *in d. l. fin*, quod Pomponius hoc loco ſupplere nequivit. Illud quæſitum eſt, ſi teſtator † inſtituat filium, eique 4
per fideicommiſſum ſubſtituat filium ejuſdem primogenitum, et rurſus ei primogenitum hujus, decedente verò primogenito hoc, Titiū, An filio inſtituto decedente ſine liberis, locus ſit, Titio. Dubium movet hic textus, cù n Titio in hunc caſum non ſit proviſum. Accedit, quod conditionem præciſè oportet eſſe impletam, *arg. l. qui heredi. & l. Mavius. De Condit. Et Demon.* & aliàs deficiat fideicommiſſum, *l cum avus. eod. tit.* IdqueOldrado viſum eſt, *Conſ. 177. teſtator.* & aliis probatum, *Alex. lib. 1. conſ. 1. Iohan. And. in add. ad Specul. tit. de Teſtam. §. 1.* Diverſum tamen magis obtinet, cum deficiente gradu aliquo, ſequentibus facienda reſtitutio ſit, *l. vn. §. pro ſecundo. C. de Caduc. Toll. Bart. in l. quando. in fi. & ibi Aret. de Acq. Her. Soc. Iun conſ. 181. num. 46. & 47. lib. 2.* Malè verò Alciatus id quidem in caſu caduci admittit, non tamen conditionis deficientis, eo quod tum legata & fideicommiſſa maneant apud heredem, *Alc. in d. l. vn. §. in primo.* Quia id quidem ita eſt in legatis & fideicommiſsis particularibus, ſed hoc ad univerſalia referri non poteſt. *arg. d. l. Un. §. his ita deſinitis cum §§. ſeq. & ibid. Caſtr. eod. tit.* In quibus ſc. teſtator fideicommiſſario remoto ſubſtituto proſpexiſſe cenſetur in omnem eventum *arg. l. 4. C. ad SC. Trebell.* Nec obſtat

Digitized by Google

igitur hic textus, eo quod mortuis omnibus gradus medii, conditio exſtiterit in omnem caſum. Parum enim probabile foret teſtatorem qui providit ſubſtituto, ſi filio liberi naſcantur, proviſum ei non voluiſſe non natis iiſdem. Idque argumento à majori ad minus efficitur, quod in jure noſtro vel maximè obtinet. *fac. l. ſingularia. de Reb. Cred. Dec. Conſ. 12. Bero. Conſil. 102. lib. 2. Decian. lib. 1. Conſ. 1. & noviſſ. Menoch. Lib. 5. Conſil. 432.* Et hæc ſententia quia ad conſervationem teſtamenti pertinet, benignior eſt, eoque ſervanda, *arg. l. benignius. de LL.* Vnde & hanc interpretationem ſequimur in pactis dotalibus ac diſpoſitionibus quæ exiſtentibus liberis quidem eos, ac dein eorum liberos; deficientibus vero iis, proximum quemque familiæ

Año. 1609. agnatum vocant. Idque judicatum memini † ex diverſis I Cum. reſponſis à Senatu Campenſi.

Ad l. in ſuis. 11.

1. Argum. hujus l. & n. 2. & 3.

4. An poſſeſſio ut dominium continuetur in heredem ſuũ & 5. ac 6.

7. An vivo patre liberis legitima debeatur.

8. An pater ex delicto filii legitimam cedere cogatur.

9. Num valeat Statutum quo idem cavetur. & 10. et 11.

12. Num pater prodigus cogi ad aſsignandam legitimam poſsit. & 13.

14. Patrem cogi poſſe ad dotem & donationem propter nuptias dandam.

15. Si pater vivus legitimam præſtiterit, bonaque ejus dein valde ante mortem ſint aucta, quid juris de legitima ſit.

16. Quid juris eodem caſu ſit exiſtente Statuto, ut ſuperſtitibus maſculis feminæ excludantur.

1 SVi defunctis patribus † non tam hereditatem patris percipere videntur, quàm continuato dominio liberam adminiſtrationem adipiſci, *ut hic, & §. ſui. Inſt. de Her. Qua. Ab Inteſ.* nec tam fieri heredes quàm exiſtere ſeu apparere, *l. ult. §. ſin vero perpetuus. de Cur. Fur.*

2 Vnde nec adire, uti ceteri, hereditatem dicuntur, ſed beneficio Prætoris abſtinere. Licet verò filiusfamilias dicatur † ut paterfamilias, ſo-

3 lâ notâ adjectâ per quam genitus à genitore diſtinguatur, *ut hic*, non

tamen

tamen per omnia relata utriuſque vocis ſignificatio eſt, eò quod & paterfamilias interdum dicatur reſpectu juris tametſi nec filium nec familiam habeat. Illud quæſitum † eſt, an non ut dominium, ita & poſſeſsio continuetur in ſuos, quod admitti non poteſt, quia poſſeſſio ut 4
plurimum facti eſt, *l. 1. §. furioſus. de Acq. Poſſ.* dominium vero juris. Nec obſtat l. 2. inf. Pro. Her. iſta enim † eò pertinet, quòd bo- 5
na ſuperſtitis pro herede uſucapi non poſsint, *l. 1. eod. tit.* bona autem defuncti patris liberorum manere intelliguntur, ut revera mortuo illo quoq; ſuperſtitum ſint & idcirco etiã uſucapi nõ poſsint pro herede, *ut hic*, Poſſeſsio igitur, ut nec aliàs in heredes ſine apprehenſione, *l. Pomponius. 13 §. quæſitum. De Acq. Poſ.* ita nec in liberos tranſit, Vnde & ipſis bonorum Poſſeſsio prætoria parata eſt ut heredibus ceteris, *l. 1. in fi. Quis Or. Bo. Poſ Seru.* Nec mutat l. cum miles. 11. ſup. Ex Quib. Cauſ. Mai. ibi enim poſſeſſio per metonymiam ponitur pro ejuſdem effectu, id eſt, pro uſucapione. Quatenus enim poſſeſſio juris † eſt tranſit in heredes, & interdictis defenditur ab heredibus 6
ipſis, *l. 1. §. hoc interdictum. 44. Vnde Vi.* non item quatenus eſt facti. Et hoc ut ingenui juris eſt, ita moribus univerſæ Galliæ receptum *Chaſſan. in Conſuet. Burgun. rubr. 7. §. 1.* Quanquam amplius iisdem **Conſuet. Galliæ** moribus, per aditionem hereditatis poſſeſsio rerum omnium in ea, cenſeatur apprehenſa, *fac. Chaſ. d. lo. quem allegat & ſequitur Bronhorſt. Cent. 3. Enunt. Aſſert. 84. Gail. 2. Obſ. 129. in fi.* quod jure noſtro non ita foret, *l. cum heredes. 22. l. qui univerſas. 30. §. quod per colonum. De Acq. Poſſ.* Illud tractari † poteſt, An vivo patre ſaltem 7
legitima liberis debeatur, magiſque eſt, cum inter liberos & patrem obligatio non conſtet, *l. lis nulla. de Iudic. l. frater à fratre. De Condict. Ind. cum ſim.* eam vivo patre non deberi; nec ulla ratione reſpectu ejus actionem eſſe, idque judicatis Cameræ probatur. *Minſ. lib. 4. Obſ. c. 25.* De emancipato verò ita ſtatuimus, cum hic eam vivo patre petere nequeat, idcirco eam minus deberi emancipato quam poſito in ſacris, *arg. l. 1. §. ſi impubere. & ibi Bart. de Collat. Bon.* Vnde nec pater ex delicto † filii legitimam cedere cogetur. Num vero ſtatutum valeat in contrarium, quæritur: Mollerus non putat *3. Semeſt. c. 6. n.* 8
2. cum diverſa delicta accidere poſsint ut liberi exheredētur, *Nov. 115 c. 3.* Vnde ex iis jus eorum minuatur potius; tum etiam quòd pœnæ non extendantur, ſed plerumque reſtringantur. *c. odia. de Reg. jur. in 6.* Propè tamen eſt, ut ſtatutum † ejuſmodi, ubi id ſaltem, receptum, dicamus admittendum, idque eo quod legitima pene deberi 9
ei loco alimentorum cenſeatur, DD. *in l. 8. §. ſi quis mortis. De Quer. Inoff.* Vt re ipſa hac ratione puniatur non pater ſed filius. Niſi fortè ſit † impubes, *c. 2. ex. de del. puer.* Vel pubes quidem, ſed ita ut patri ex eodem filio ſit nepos. *Ioſ. Ludov. deciſ. Lucenſi. 11. num. 24. & 28.* 10
poſt Iaſ. in Auth. noviſsima. C. de Inoff. Teſt. Vel denique † filius condemnatus in contumaciam ſit. Quod hæc in proprium delictum vix 11
cadat,

vix cadat, quia in judicio quaſi cõtrahitur *per vulg* eoq; pœna cõtumaciæ hæc prope ex quaſi contractu ſit, *Moll. d lo. poſt Fab. de Giocbo quē*
12 *allegat in rep. d. Auth. noviſsima. n. 186.* Plane cum filius † vivo patre legitimæ nomine actionem non habeat, conſequens eſt, nec patrem dilapidatorem cogendum ut eam filio vivus aſsignet, *Bal. in l. non poteſt. de Adopt. Salic. in l. 2. C. Si Quis In Fra. Pater.* Confirmat ſententiam quod liberi prodigo patri poſtulare curatorē queunt, adeoque ipſi, modò idonei ſint, ſuſcipere curam poſsint, *l. 1. §. fin. de Cur. Fur. ſuprà.* Vt igitur alii diverſum putent, *Caſtr. in l. 2. ad fin. num. 6. C. Si Quid In Fr. Patr. & alii ib.* ſententia tamen eorum nec juri convenit, nec in praxi obtineri poſſet. *Pinel. in l. 1. par. 3.*
13 *num. 57. C. de Bon. Mat. poſt Salic. Caccialup. & alios.* Nec mutat † l. Imperator. 55. inf. ad SC. Trebell. ea enim pertinet ad res fideicommiſſo ſubjectas, quippe in quibus patris ipſius jus perpetuum nō
14 eſt. Illud tamen ex juris † ratione recte dicitur, patrem, uti ad elocādum liberos matrimonio tenetur, ita & ad dotem & ad donationem propter nuptias cogi recte. *l. capite. alias l. qui liberos. de Ritu. Nupt.*
15 Quid vero ſi pater ipſe † liberis legitimam vivus aſsignarit, dein bonis ejus auctis, hæc mortis tempore tertiâ multò minor deprehendatur, & quidem ſi juris rationem intueamur, auctis bonis legitimam quoque augendam dicemus, nec pactum quidem de renunciatione ulteriore in reliquo præjudicare, *l. ſi quando. 35. §. 1. C. de Inoff. Teſt. fac. l. ſervi qui. inf Ad L. Falc.* (Quod in filia quæ dote accepta paternæ ſucceſsioni renuntiavit Florentiæ ex conſiliis prope omnium Doctorum Italiæ probatum & judicatum Socinus perhibet. *Conſil. 100.* Licet vero nonnulli diverſum putent, *Boer. deciſ. 62. n. 8. & nu. 14. Vbi & alios allegat. Butr. in l. pactum. C. de Coll. q. ult.* eo quod nec liberi ſi forte parentes facultatibus labantur, de accepto reſtituere cogantur, *arg. l. pen, de Solut.* probabile tamen eſt, ſi parentes ita facultatibus labantur ut vivere nequeant, alimentorum cauſa ex legitima aut dote aliquid reſtituendum eſſe, *arg. Auth. ſed quamvis. C. de Rei Vx. Act.* Idque uſque adeo obtinet ut liberi ex adventitiis quoque parentes alere teneantur. *tit.* D *de Alen. Lib. vel Par.* Accedit quod pacta ejuſmodi diſerto jure improbantur, *l. pactum quod dotali. C. de Pact.* Vtut igitur DD. ſententia, de moribus hujus ſeculi accipitur, quibus ſe renunciationes ejuſmodi interdum effectū ſortiuntur, ſemper tamen eædem ita intelligendæ ſunt, ſi vel acceſſerit juramentum, *per c. quamvis. de pact. in 6.* vel ſi maſculi aut agnati patris ſint heredes; alias non item, idque cauſa conſervandæ familiæ ac domus. *Boer. d, lo. num. 13. & num. 18. poſt. Soc. Caſt. Bal. & alios quos allegat ib.* Qua ratione & annotatum eſt, Exiſtente ſtatuto ut ſuper-
16 ſtitibus maſculis † filiis aut agnatis, feminæ dotatæ excludantur, à ſucceſsione parentum extraneis inſtitutis, filiæ ſupplementum legitimæ, etiam ex iis quæ poſt dotem dictam aut ſolutam acquiſita ſunt, po-

ſtulent

ſtulent recte. *Boer. ibid. num. 18. poſt Bal. Angel. Immol. Alex. Iaſ. &c. in l. Gallus. §. quid ſi tamen. inf. eod.*

Ad l. quod dicitur. 12. §. 1.

HOmo non integer editus, modo ſpiret, teſtamentum rumpit, *ut hic*, niſi partus monſtroſus, ſit aut prodigioſus, *l. 3. C. eod. l. non ſunt. ſupra. de Statu Hom.*

Ad l. ſi ita ſcriptum. 13. §. 1.

1 Regulare † eſt, hereditatem ſervo relictam, propter quam heres & liber eſſe juſſus eſt, ei adimi non poſſe. Adempta igitur eodem teſtamento libertate, nihilominus heres & liber erit, *ut hic*, Cum nemini à ſemetipſo libertas adimatur, *l. 6. §. fin. inf. de Her. Inſt. l. ex parte. inf. de Adq. Her.* Cujacius hic pro *hereditatem* legit libertatem, † Haloander aliter. Probabilior tamen Cujacii ſententia eſt, ut regula ſit de libertate adempta. Extra ſpeciem enim ſervi inſtituti, qui heres & liber eſſe juſſus eſt hereditas eodem teſtamento quo datur adimitur rectè. *l. paterfamilias. 44. inf. de Her. Inſt. l. Seius. inf. Ad L. Falc. l. uxorem. §. heres. inf. de Leg. 3.* Adempta vero ea non † inſtitutio modo, ſed & cetera corruunt, eoque ſenſu *in l. ſi certarum. 17. §. 2. inf. de Teſta. Mil.* reſponſum eſt, teſtamento pagani ſolam hereditatem datam eodem adimi non poſſe, quia & cetera corruant, contra quàm in teſtamento militis receptum eſt. Iunge his quæ nos infra *in l. 6. §. fin. de Adq. Her.* 2 3

§. Teſtamentum.

1 TEſtamentum † ita ſcriptum, Titius poſt mortem filii heres eſto, filius exheres eſto, nullum eſt ipſo jure, *ut hic, & l. filium. De Bon. Poſſ. Con. Tab.* quia poſt mortem ſuam filius exheredatus videtur, quod non niſi poſt mortem ejus adiri hereditas poſſit. Niſi ex parte ſcriptus coheres, alter ſit, *l. filius. 28. §. herede autem. inf. eod.* Quod ſi alter ex parte ſcriptus non ſit, filius magis præteritus quàm exheredatus cenſetur. *l. 4. §. fi. inf. de Her. Inſt. l. Gallus. §. in omnibus inf. h. t.* Non mutat l. ult. in fi. inf. De Condit. Inſt. quia ejus capitis parti poſteriori aliquid deeſt, nec integrè ea deſcripta eſt, ut recte Cujacius notat. Id quod in non paucis juris noſtri locis aliis accidit, qui alias forent minus obſcuri. 2

Ad l. ſi poſtumus. 14.

1. Tres ſpecies hujus legis.

2. Explicatio earum latior de poſtumo præterito à primo gradu exheredato à ſecundo, & aliis caſibus hac l. com-

Digitized by Google

prehenſis.

3. *Quid juris ſit inſtitutis duobus altero alteri ſubſtituto, poſtumo ſimplicius exheredato.*

4. *Error Cujacii & aliorum in explicatione hujus l. & l. pen. inf. tit. pr. detectus.*

1 AN & quatenus † filius ab uno alterove gradu exheredari poſsit, pluribus ſupra tractamus, *in l. 3. §. filius. eod.* Hæc l. quoque eodem pertinet. Ejuſque tres ſpecies ſunt, Prima hæc, Si poſtumus à primo gradu exheredatus, à ſecundo præteritus ſit, vitiari gradum ſecundum ad hoc, ut prætermittentibus inſtitutis, ipſe heres exiſtat, etiamſi naſcatur eo tempore quo ad heredes primo gradu ſcriptos & deliberantes hereditas pertineat (id eſt delata ſit) & ut ſubſtitutio ei facta protinus evaneſcat, *ut hic*, Altera ſpecies eſt, Si poſtumus à primo gradu exheredatus à ſecundo præteritus, à tertio ſit exheredatus, & deliberantibus inſtitutis deceſſerit, defuncto vero eo inſtituti repudiarint, hereditatem ad legitimos pertinere non ad tertios. Quod puta poſtumi agnatione ſublatus gradus ſecundus, una quoque auferat tertiũ ex ſe dependentem, *ut hic. & l. nam etſi 5. in fi. inf. tit. 1.* Tertia ſpecies eſt, Si duo heredes inſtituti & in ſingulorum locum alii ſubſtituti ſint, à primis vero exheredatus poſtumus, à ſecundis præteritus fuerit: altero ex inſtitutis hereditatem omittente, quamvis poſtumus excludatur, non magis tamen ſubſtitutum alterius admitti, *ut hic. in §. nam & cum duobus.* Res tamen hæc paulo clarius explicanda

2 eſt. Subſtituti igitur † primo gradu in propoſito repelluntur ſimpliciter quia ab eorum gradu omiſſa exheredatio eſt, *tex. Bart. Alex. Caſtr. Iaſ. hic* Omittẽte igitur hereditatem uno ex inſtitutis, quia ſubſtitutus in locum inſtituti vocari nequit ob defectum ſui gradus per præteritionem, una & alter ex inſtitutis, non repudians, repellitur, *l. pen. princ. inf. tit. prox.* Ne puta adverſus rationem juris decedat teſtator ex parte teſtatus & ex parte inteſtatus. *l. jus noſtrum. de Reg. Iur.* Unde hereditas ad legitimos pertinebit etiamſi poſtumus deliberante inſtituto uno vel utroque deceſſerit, eoque excludatur (quæ propria ſpecies hujus loci eſt *hic in §. nam & cum duobus.*) vel ad poſtumum ipſum, ſi non deceſſerit, rupto utroque caſu teſtamento in

3 univerſum, *d. l. pen. princ. tit. 1. inf.* Quod ſi inſtitutus † uterque alter alteri ſit ſubſtitutus, poſtumo ſimplicius exheredato, tametſi & hoc caſu poſtumus à ſubſtitutione præteritus videatur, quia tamen non alius ſubſtitutus eſt (ut metus non ſit teſtatorem ex parte teſtatũ & ex parte inteſtatum deceſſurum) & inſtituto hæreditatem cernenti magis proprio jure accreſcendi ſit proviſum, *l. teſtamento. C. de Impub. Et Alii. Subſt. l. ſed etſi. 34. De Acq. Her.* dicendum etiamnum poſtumo

Digitized by Google

poſtumo & legitimis excluſis, inſtitutum denuo ex aſſe heredem futurum, *d. l. pen. §. 1. inf. tit. 1. junc. l. 1. in fi. C. de Lib. Prat.* Planè quod Cujacius ‡ hoc loco autumat, in hac ſpecie, Si Titius & Gajus 4
inſtituti ſint, ab eis vero poſtumus exheredatus, à ſubſtitutis, eorum rurſus præteritus ſit, ſubſtitutione ita concepta *Si uterque heres non erit*, eo inquam caſu repudiantis portionem accreſcere alteri inſtituto, nec poſtumũ admitti: id mihi probabile non ſit. Movet quod in propoſito tractatat ex heredum conjunctione non reſultat jus accreſcẽdi niſi ipſi inſtituti ſibi invicem ſint ſubſtituti, *d. l. pen princ. & §. 1. inf. tit. 1.* Idque eo, quod ſubſtitutio mutua inſtitutorum inſtitutionis iſto caſu pars eſt, qua omiſſa ſubſtitutio facta in ſingulas præſumitur partes, & idcirco vitio hujus inſtitutio univerſa vitiatur. *per tex. inſig. in l. Lucius. 78. §. Gajo Seio. Ad SC. Trebell. junc. d. l. pen. §. 1.* Et igitur cum hic ea omiſſa ſit, ſequitur etiam inter inſtitutos jus accreſcẽdi ceſſare, & per conſequens enervato teſtamento per alterius repudiationem in gradu primo, locum fieri poſtumo, *ut in d. l. pen. §. 1.* Accedit & illud, quod quia hic jus accreſcendi ceſſat, *ut hic & d. l. pen. princ.* idcirco eventurum ſit, poſtumum à perſona non à gradu exheredem futurum. At vero id eſſe nequit, *l. 3. §. 2. ſup. h. t.* ergo nec illud unde hoc ſequeretur. Denique ut Cujacii ſententiam admittamus alterutrum ſit oportet, dico, Poſtumum ejuſmodi ſubſtitutionis conceptione repelli, vel vi conjunctionis inter inſtitutos, quæ ipſis jus accreſcendi producat, vel vi exheredationis à gradu eo toto. At vero neutro modo id fieri poteſt, non quidem priore, quia conjunctio quæ juri accreſcendi locum faciat, in connexu inſtitutionis conſiſtit. *l. liber homo. §. Titius. 2. l. ſi ita. 66. De Her. Inſt.* ea tamẽ in propoſito ad excludendum poſtumum nihil operatur. Perinde idem nec vi exheredationis contingit, quia ea non obſtante, ſi ceſſet heredum alter, ruptum univerſum teſtamentum eſt. Quod utrumq; *& ex hoc textu & d. §. pen. princ. inf. tit. 1.* palam eſt, qua poſteriors ipſe diſerte refutatur. Conſtat mihi quidem non Cujacium primum diverſæ ſententiæ authorem, ſed eam aliis quoque *Bart. Caſtr. Salic. Iaſ.* jam ante probatam, *per l. cum quidam penult. C. de Impub. Et Al. Subſt.* Eam vero ita conciliant cum d. l. pen. *inf. tit. 1.* Vt in ea ſuppleant ſubſtitutionem ſingulis factam. Sed hoc gloſſema cum non ſine violentia textui fiat (quippe qui ibidem ſimplieiter de inſtitutione conjuncta agit & ſubſtitutione ab inſtitutis duobus facta) ego puto d. l. pen C. de Impub Et Al. Subſt. procedere tantum inſtitutis impuberibus liberis. Vt puta, pater ex diſpoſitione juris inſtitutione ſic concepta, utrique filio impuberi proviſum voluiſſe cenſeatur: & de ſubſtitutione non aliter ſenſiſſe, quam defuncto filio utroq; Quod quidem ante quoque receptum fuit, *l. qui duos. 42. inf. de Vulg. Et Pup. Subſt.* ita tamen ut inter diverſæ ſcholæ autores ſit diſputatum, & d. l. penul. C. deciſum. Conſtitutiones autem novę non facilè

extenduntur. In propoſito vero textu & quæſtionibus inde pendentibus agitur non de liberis ſed extraneis inſtitutis. Et hæc palam arguunt voces *omittendæ aditionis*, hic aliquoties repetitæ. Quia liberi non omittũt aditionem, cum non adire ſed ſe immiſcere dicantur, nec omittere idcirco aditionem, cum tantum jure Prætorio habeant beneficium abſtinendi. Recte proinde dicimus, ſi id in caſibus inſtitutionum ceteris perſpicuum fuiſſet, in liberorum inſtitutione id dubitari non potuiſſe. Et igitur quod id in liberis diſputatur, palam arguit, in ceteris eſſe diverſum, & ſententiam Sabini. *in d. l. cum quidam. C. de Impub. Et Al. Subſt.* probatam præſumptione pietatis, ut alibi juris author ait, *l. cum avus. 102. de Cond. Et Dem.*

§. fin.

QVis præſumatur filius, quiſque eſſe aliquem filium probare cogatur, pluribus ſupra tractamus. *in l. 6. de His Qui Sui vel Alien. Iur. Sunt.* In præſenti id annotaſſe ſufficiet, Filium ex profeſſione patris tali, Ille quem ſcio ex me natum non eſſe, exheres eſto, extraneum non præſumi, ſi modo diverſum probetur. Denique & ſi filius ſit in quaſi poſſeſſione ejus juris, id eſt, ſi ſemper uti filius à teſtatore ſit habitus, probatio contraria heredi inſtituto incumbit. *Vt hic.*

Ad l. ſi filius. 16.

1. Argumentum hujus legis in 1. reſponſo, de Filio inſtituto mortuo cui nepos ex eodem eſt ſubſtitutus, poſtumo dein teſtamentum rumpente.

2. Argumentum 2. reſponſi quo filius inſtitutus ſolus ſine ſubſtituto moritur poſtumo dein teſtamentum rumpente & num. 3. & 4.

1 LEx hæc pleriſque † fere ambigue & ſine certo argumento explicata eſt. Vnde aliorum ſententiis omiſſis brevibus rem ipſam peragemus. Species igitur prioris partis hæc eſt: Filio inſtituto, nepos ex eodem ſubſtitutus eſt, ſi interim moriatur filius poſtumo nondũ nato, nepos tam patri quam avo ſuus heres erit. Hic vocem interim accipimus conjunctis verbis ſequentibus, nondum nato poſtumo, & dum pendet eventus an poſtumus ſit prodíturus. Donec enim mulier prægnans eſt pendet jus teſtamenti, cum & valeat teſtamentum, ſi abortum fecerit, *l. 2. C. de Poſt. Her. Inſt.* Intelligimus igitur poſtea, filio ſcilicet jam defuncto poſtumum natum. Nam ſi id non eſſet, nepos magis heres ex teſtamento foret, quippe quod non nato poſtumo

Digitized by Google

poſtumo ratum maneret. Quando proinde hic refertur, filium natũ
ſuũ heredẽ fore, ſubintelligendum neceſſario eſt, teſtamẽtũ poſtumi
agnatione ruptum eſſe,cum interea nepos ſubſtitutus id conſervaſſet.
Filio igitur ab inteſtato ſuus heres erit,& quidem ſolus, nec minus a-
vo etiam, *ut hic*, ſed cum patruo poſtumo. Quia quo tempore avus
inteſtatus fit, id eſt tempore nati poſtumi, filius eum non præcedit,
& idcirco jure ſui cum patruo ex XII. tabulis ſuccedit. Et hæc eſt
ingenua ſententia partis prioris.

Alterius partis † argumentum hoc eſt: Si filius inſtitutus ſolus ſit, 2
eique nemo alius ſubſtitutus, poſtumus autem præteritus,dein filius
decedat poſtumo nondum nato, is vero dein naſcatur, idem filius ab
inteſtato heres erit, cum morte filii certum eſſe incipiat neminem ex
eo teſtamento futurum heredem. Quia deficit inſtitutio & teſtamen-
tum deſtituitur, perinde ac ſi ſub conditione inſtitutus eſſet quæ in
ipſius filii fuiſſet poteſtate, & priusquam ei pareret moriatur. *ut hic
in 2. reſponſo.* Quorſum hæc? ut conſtet an & quomodo filius heredi-
tatem tranſmittat. Ait igitur Aphricanus, exiſtere eum ab inteſtato
heredem, quia mortuo ipſo, nemo ei vel coheres vel ſubſtitutus eſſet
à quo teſtamentum ſuſtineretur. Idque ita exemplo filii ſub condi-
tione poteſtativa inſtituti, nullo coherede aut ſubſtituto dato, qui ſi
moriatur priuſquam conditionem præſtet, patre ab inteſtato videbi-
tur heres, *l. ult. de Cond. Inſt.* Quid ergo eſt, † quod alibi refertur, 3
decreto prætoris opus eſſe quo ei ſuccurratur bonorum poſſeſſione
contra tabulas data, *l. ventre. 84. de Acq. Her. l. 4. §. fi. de Bon. Poſſ.
Con. Tab.* Id eo pertinet, ut moriens ante poſtumi nativitatem qui-
dem heres ſit propter defectum teſtamenti, qui mortuo filio & ante
poſtumi nativitatem exiſtit;cum nemo interim teſtamentũ ſuſtineat;
quod ſi vero filius non moriatur ante, quia tum incertus teſtamenti
eventus eſt: heres necdum eſſe poteſt antequam conſtet de poſtumi
nativitate:eo caſu igitur implorãda bonorum poſſeſſio contra tabulas
eſt. *ut in d. l. ventre.* Moriens igitur ſuccedere quidem ſtatim intelli-
gitur, ſuperſtiti tamen bonorum poſſeſſio decernitur. Vtrumq; ve-
ro jus hoc † trãsfertur ad nepotes ità ut hi quoq; eandem petere bo-
norum poſſeſſionem poſſint ſi poſtumus adhuc ſperetur, vel jure ci- 4
vili ſuccedere tanquam ſui heredes patris, qui moriens ſuus heres
fuit avo. Eademque ratio facit, ut de filio † emancipato, qui vel ex 5
teſtamento vel ab inteſtato rem omnimodo habiturus eſt, idem dica-
mus, *d. l. ventre in fi.* Hoc ipſum de emancipato tamen tantum ad
bonorum poſſeſſionem referendum eſt, cui hoc caſu ea neceſſaria
eſt omnino. *l. 4. §. fin. de Bon. Poſſ. Con. Tab.* Scriptis tamen u-
triſque etiam ſalva eſt bonorum poſſeſſio ſecundũ tabulas, quæ ipſa
& ad heredes eorũ trãsfertur *l. 5. eod. tit.* Quod verò de emancipato
dicimus, maximè verũ eſt jure novo, quo (ex conſtitutione ſc Theo-
doſii) liberis non ſuis † in tranſmiſsione hereditatis conceſſum eſt, 6

Digitized by Google

quod ſuis, *l. 1. C. de His Qui Ante Ap. Tab. l. un. §. in noviſſimo. C. de Cad. Toll.* Extero tamen inſtituto, heredi ita non ſuccurritur, *d. l. Ventre. 84.*

l. cum quidam. 19,

Allegatur in noſtris ſupra *ad l. 3. eod.*

Ad l. ſub conditione. 20.

Filius ſub conditione † heres inſtitutus, ſi pendente conditione ſe
1 dederit adrogandum, neceſſarius non erit, *ut hic.* (Conditionem autem intellige poteſtativam, ſub qua filius inſtitui poteſt) Sed an non & protinus † morte patris familia ſolvitur? & verum eſt, filium
2 quidem ſui juris effici, patriaque adeo poteſtate liberari, non tamen deſinit in familia eſſe patris, *l. ſi filiusfamilias. §. fin. ſup. Ad SC. Maced. l. ſi pater. §. non tantum. inf. de Bon. Poſſ. Contra Tab.* niſi poſtea in familiam alienam tranſierit adrogatione, *ut hic,* quia eà ratione capite minuitur. Quando igitur in propoſito filius ſuus non eſt, nec etiam neceſſarius eſt. Non mutat † l. 4. §. interdum inf. de Acq. Her.
3 quia ibi familia non mutatur. Opponi quoque ſolet l. 3. §. fin. De Her. Inſt. vbi frater fratri impuberi ſubſtitutus poſteaque adrogatus, defuncto neceſſarius fit, ſed hoc ideo, non quia ante eventum conditionis ſed ante aperturam tabularum adrogatus eſt, quod videlicet hereditas ferè delata intelligatur morte teſtatoris, & dilatio ejus rei neceſſarii jus non mutet. Vnde & frater fratri quandocunque impuberi decedenti ex ſubſtitutione pupillari neceſſarius erit, nec exigimus ut in eadem familia continuet etiamnum defuncto pupillo, *arg. l. pater filio. 54. verſ. quod ad vim. de Her. Inſt.*

l. ſi filium. 21.

Allegatur ſupra *in l. ſi ità ſcriptum. §. regula eod.*

Ad l. cum poſtumus. 22.

Vide noſtra ſupra ad l. 3. §. pure. eod. ubi & hæc allegatur.

Ad l. filio. 23.

EXtraneo exheredato dein adrogato, teſtamentum rumpitur, quia exheredatio ab initio nulla fuit, *l. non putavit. §. ſi quis filium. inf. de Bo. Poſſ. Contra Tab.* & adoptione in locum ſui teſtamentum rūpi receptum eſt non minus quam ſucceſſione. Ne tamen veritas commento juris per omnia obumbretur, reſponſum hoc loco eſt, Filio à patre emancipato, dein rurſus arrogato, exheredationem ante factam nocere, quoniam arrogatus is fere in omni jure pro filio habetur vero, Idq; obtinet etiamſi filius emancipatus loco nepotis ſit adrogatus *ut hic.* Subſiſtit ergo eo caſu ab initio teſtamentum. Nam & ſi nepos exheredatus, mortuo filio vel emancipato ut ſuus heres ſucceſſurus ſit, exheredatio ſubſiſtit ex Lege Velleia & idcirco teſtamentum non rumpitur. Filius etiam poſt emancipationem exheredatus, dein à patre adrogatus, teſtamentum non rumpit, quia exheredatio illa Iure Prætorio valet. Et

Digitized by Google

let. Et proinde ſi quis eorum ſit inſtitutus, teſtamentum non rumpitur. *ut hic in §. fin. & l. ſi quis heres, inf. tit. prox.*

Ad l. poſtuma. 24.

Hæc l. relata eſt in noſtris ſupra *ad l. 3. §. pure. & l. 4. eod. tit.*

Ad l. Titius. 25.

Vide quæ nos pluribus ſupra *ad l. 1. & 2. eod. tit.*

§. Lucius.

Ad hunc §. vi noſtra inf. eod. ad l. Gallus. ad princ.

Ad l. filius. 28.

CONditio alia † poteſtativa eſt quæ perfici ab herede poteſt modò velit; alia caſualis quæ ab incerto caſus eventu dependet. Sub hac filius inſtitui nequit, niſi una in defectum ejus exheredetur, ſub illa poteſt, nec exheredatione opus eſt. *l. ſuus. 4. l. jam dubitari. 86. inf. de Her. Inſt.* Poteſtiva † tamen conditio etiam alia in articulo mortis impleri poteſt, ut ſi Titio. 10. dederis, alia non item, ut ſi Alexandriam proficiſcatis. Et quidē ſi conditio ea ſit ut impleri ultimo articulo mortis non poſſit, inſtar caſualis cenſetur, ſique pendente eā decedat filius, inteſtato patri ſit heres. *l. apud. 5. eod. tit.* niſi ei coheres vel ſubſtitutus ſit, quia is vivo quoque filio paulò ante mortem factus heres cenſetur, *l. ult. inf. De Condit. Inſt.* Si talis ſit quæ impleri in articulo mortis poſſit, ſubſtitutus vel coheres non ante heres erit quam filius ſit defunctus. *d. l. ult. 2. reſpon.* Cenſetur tamen caſualis & quæ quidem poteſtatis ſit, ſed impleri difficilius poſſit, *d. l. 4. §. puto. eod. tit. De Her. Inſt.* Quod ſi ſub † caſuali inſtituatur, & in ejus defectum exheredetur, eaque pendente filius deceſſerit, etiam tum patri ab inteſtato videtur heres fuiſſe, *ut hic*, quia ſc. nec inſtitutio nex exheredatio locū habet, eoque non ſubſiſtit teſtamentum, *l. ſi ita 13. §. fi. ſup. eod.* 1 2 3 4

§. Herede autem,

ARgumentum hujus §. ſuperioribus ita cohæret: Inſtitutio vel exheredatio filji exiſtens poſt mortē ejus non ſubſiſtit, *ut in princ. hujus l. & l. 13. §. fi. ſup. eod.* Verba igitur hujus loci hæc, *Herede autem ſcripto ex parte filio, coheres poſt mortem filii inſtitui poteſt*, ita accipe: Licet poſt mortem filii exheredati, heres inſtitui nequeat, ſi tamen filius nec præteritus nec exheredatus ſit, ſed ex parte inſtitutus, coheredem rectè poſt mortem filii inſtitui. *Cujac. hic.*

Ad §. ſi quis ex.

Vi. late noſtra ſupra in l. placet. 4. eod.

Ad l. Gallus. 29.

1. *Poſtumi duplices.*
2. *Alieni poſtumi quotuplices.*

3. *Cognati*

3. Cognati & Extranei poſtumi qui ſint, & 4.

5. Extranei & alieni poſtumi quatenus jure civili aut prætorio inſtitui poßint, & num. 8.

6. Galli formula utrum ad ſuum poſtumum an ad alienum pertineat.

7. Explicatur l. pen. de Leg. 1.

9. Explicata ſpecies l. 25. §. Lucius ſup. eod.

10. Sui poſtumi quotupliciter inſtituantur, & quâ autboritate modi inſtituendi ſinguli ſint introducti, & numero, 11. 12. & 13.

1 VT ad difficilem hunc locum rectè commentemur, ſummatim præmittendum, poſtumos † vel ſuos vel alienos eſſe. Sui ſunt qui nati in teſtatoris poteſtate forent & heredes proximi. Ceteri alieni ſunt *§ poſtumo. Inſt. de Legat.* Iure vero prætorio etiam ſuorum jure gaudent qui in utero nurus concepti ex filio emancipato poſt emancipationem ſunt. Quippe quibus prætor non tantum bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas dat, ſed & contra tabulas, & unde liberi. A-
2 lieni rurſus † alii ſunt agnati, alii cognati. Licet & prorſus extranei poſtumi dici poſsint. Agnati ſunt, ut frater qui eſt in utero matris, vel etiam poſtumus fratris. Et his etiam ab inteſtato ſucceſsio eſt. Cognati ſunt qui nos non agnatione ſed ſola cognatione contingunt, uti qui eſt in utero nurus ex filio emancipato conceptus. Quem & I. Prætorio diximus gaudere jure ſui. Talis quoque eſt poſtumus filii in adoptivam familiam dati, conceptus poſt adoptionem. Perinde & matri qui utero exſecto extrahitur, poſtumus cognitus eſt, ſed & is tan-
3 dem ex SC. Orphitiano propè legitimus eſt. Ceteri quidem † cognati non tamen legitimi ſunt, niſi ex Novellis Iuſtiniani. Extranei prorſus
4 ſunt qui nec † agnati nec cognati ſunt, *de quibus in l. extraneo de Ventre In Poſſ. Mitt.* Et horum ne quidem Prætor † curam gerit, niſi in-
5 ſtituti ſint, inſtitutis tamen dat bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas. Sed Iure Civili ne quidem ex teſtamento admitterentur, ut nec poſtumi agnati vel cognati, qui & ipſi tamen Iure Prætorio inſtituuntur rectè, *§. 1. Inſt. de Bon. Poſs. §. poſtumus. junc. § alieno. junc.*
6 *§. poſtumus. Inſt. de Leg. l. poſtumus. ſup. de Inoff. Teſt. l. 1. §. ſi filius in adoptionem d. l. extraneo. De Vent. In Poſſ. Mitt. l. 3. de Bon. Poſſ. Sec. Tab.* Quibus conſequenter de formula Galli hic propoſita judicari poteſt, utrum ad poſtumum alienum pertineat, quod Bartholo & aliis viſum eſt, *Bart. Bal. Caſtr. alii hic*, an ad ſuum, quod magis eſt, & recentioribus probatum, *Cuiac. Duar. Alc. hic.* Ejuſque rei certiſsimum

tiſsimum argumentum eſt quod poſtumus alienus juri civili ignotus fuit, ut in hanc rem Conſtitutione opus fuerit, *§. 1. Inſt de Bon. Poſſ.* Deinde quod poſtumus, de quo hoc loco, naſceretur inter ſuos, *ut hic verb. ſi quis mihi ex eo nepos.* quod de alieno dici non poteſt, *d. §. poſtumo. Inſt. de Leg.* Nec obſtat l. pen. De *Leg. 1.* quia † ea ad ſuc- 7
ceſsionem legitimam, ſive ab inteſtato pertinet. Minuſque ad rem pertinet §. poſtumus. Inſt. de Leg. quia is ad Ius Prætorium referẽdus eſt, ut purâ bon. poſſeſsionem ſecundum tabulas conſequatur. Quod ſc. parum referat quo ad effectum, num ex tabulis bonorum poſſeſsio an vero ſucceſsio deferatur, *l. non putavit. §. primo gradu. l. quod vulgo. de Bon. Poſſ. Con. Tab.* Et ita omnes ll. accipiendæ sũt quæ poſtumum alienum inſtitui permittunt, *d. l. poſtumus. de Inoff. Teſt.* & aliæ paulo ante allegatæ. Planè quod Angelus Spanochius d. §. poſtumus. Inſt. de Leg. ità explicat, quaſi verba ea, *cum inſtitutio non valebat,* eo referenda ſint, ſi quo caſu alio inſtitutio non valeat, non modò violentum eſt, ſed & textui adverſum. Denique & deciſiones Iuſtiniani in hanc rem nullius momenti forent, ut & rectè Fachinæus notavit *lib. 10. Contr. c. 48,* Ex conſtitutione vero Iuſtiniani † rectè hodie quoque dicimus, eorum inſtitutionem valere, *d.* 8
§. 1. Inſt. de Bon. Poſſ. Illud quæſitum † eſt, ſi qui in utero neptis ex filia poſtumus alienus inſtitutus ſit horâ diei ſexta, i. e. (cõputatione 9
quidem Italica) meridie, & eadem die, oriente primum luce neptis fuerit enixa, an valeat inſtitutio Iure Civili; quod magis eſt. Cum n. natus re ipſâ ſit, plus valere cenſetur quod re vera eſt, quàm quod eſt in opinione, *l. Titius. 25. §. Lucius. ſup. eod.* Denique ut ad ſuos poſtumos † redeamus, hi aut Iure Civili, aut ex Lege Velleia, aut ex ſẽ- 10
tentiâ Iuliani (de quâ ſub fin. hujus l.) inſtitui poſſunt, licet necdum concepti. Iure Civili inſtituunturpoſt mortem † teſtatoris nati, *Vlp. in frag. tit. 22.* Civile vero jus hic dicitur L. Vellea antiquius & ex 11
Iure XII. Tabularum deſcendens, ac interpretatione, earundem ante L. Velleiam receptum. Et quidem de filiis certum erat inſtitui eos † 12
potuiſſe, de nepotibus ex filio ſuperſtite dubitabatur, & Gallus ex ſententiâ Iuris Civilis induxit, eos ſic inſtitui poſſe, Si filius meus vivo me morietur, nepotes, neptesve ex eo inſtituo, *ut hic.* Nam ſi in hunc caſum non inſtituantur, aliove ſcripto non exheredentur, teſtamentum devenit in periculum rumpendi. Vnde Galli hæc formula neceſſaria fuit. Quod ſi ſuperſtite filio naſcantur, avo ſui fu- 13
turi non ſunt, in eum igitur caſum inſtitui non poſſunt. Deniq; nepotibus inſtitutis, filium quoque nominatim inſtitui oportet, *§. in omnibus. inf. ead. l. Vbi agimus hac de re pluribus.* Adde quoque hic noſtra ad l. cum in teſtamento. inf. de Her. Inſt. item quæ nos ſupra *ad l. commodiſſimè. 10. eod. tit.* Vbi & unà agimus de ingenuo argumento l. ult. C. eod.

Digitized by Google

§. Quidam. 1.

1. Poſtumus nepos ut inſtitui poſsit.

2. Quid juris ſit, ſi quis ſimplicius filium, & ex eo nepotem jam natum heredes inſtituat.

1 EX principio † hujus legis conſtat, nepotem poſtumum jure civili inſtitui non poſſe niſi in eum caſum quo ſuus futurus eſt. Ejuſq; inſtitutionis formula ibidem ex Gallo propoſita eſt. Hoc §. id additur, ut idem ſit etiamſi mortis filii nulla facta mentio ſit, quaſi tacite ſenſerit teſtator de caſu quo filius vivo ſe decedat, nepoſq; poſt mortem avi naſcatur. Cum diverſi gradus ſint, nec fieri poſsit ut uterq; admittatur ſimul. *l. cum in teſtamento. 37. inf. de Her. Inſt.* Quid ergo ſi quis † ſimplicius filium & ex eo nepotẽ jam natum heredes in-
2 ſtituat, num uterque ſimul admittatur, videamus: & quidem ſi filius emancipetur uxore ipſius prægnante, aut alias quoties nepos avo ſuus heres futurus eſt patre etiam ſuperſtite, una quoque inſtitutionem poſtumi, valere conſtat, *§. & quid ſi tantum, in hac ead. l.* Vnde ut reſpondeamus ad quæſtionem propoſitam, inſtitutio nepotis jam nati valet omnimodo, & filius ac nepos ſuperſtes inſtituti admittentur ſimul; ita nimirum, ut filius per ſe partem capiat, partem per nepotem recidentem in ipſius poteſtatem, *l. ſi ego 26. & l. ſi ex ſua parte. 36. inf. de Adq. Her.* aut ſi emancipatus forte filius vel nepos ab avo vivo ſit, eoque in poteſtatem non recidat, partem quiſque ſuam proprio habeat jure. Recte nimirum Cujacius *hic*, emancipatione quidem jus ſui, non tamen jus inſtitutionis perimi. Vtcunque igitur quæſtio hæc ab aliquibus ambigue diſputata ſit, *DD. hic. Covarr. ad c. Rainutius. §. 2. de teſtam.* à cordatioribus tamen ita deciſa eſt. Sunt enim conjuncti eodem inſtitutionis gradu, & neceſſariò, idcirco ſinguli in partem inſtituti, *l. ult. C. de Impub. Et Al. Subſt.* Nec ad rem facit quod ex adverſo diſputatur, ob ordinem Legis, uti ajunt, Neceſſitatis, Charitatis: quia in præſenti nulli ejuſmodi ordini eſt locus, non quidem legis, quia is in propoſito, uti & aliàs ceſſat ob diſpoſitionem defuncti, non etiam neceſsitatis aut charitatis, quoniam aut filius nepotẽ in poteſtate habet, quo caſu ipſe per eum participat, *d. l. 26. & d. l. 36.* aut non in poteſtate & concurſus bonâ ratione fit, *arg. tot. tit. de Conjung. Cum Emanc. Lib. eor.*

Ad §. idem credendum. 2. §. 3. & §. 4.

QVod de nepote dictum, idem & de pronepote eſt, ut puta, ſi vivo proavo filius & nepos uterque ſuperſtes moriatur, aut moriatur ex iis qui ſupereſt alteruter ſolus. At ſi filius & nepos ſuperſint ſimul, poteſt inſtituto filio, præterito nepote, hoc modo inſtitui, *Si filius & nepos ante diem meam ſupremam decedant, tum qui mihi ex nepote pronepos*

potè pronepos defuncto me naſcetur, heres eſto. Sed quia his verbis non videtur una inſtitutus nepos, neceſſe eſt præmori nepotem, ut inſtitutioni pronepotis fiat locus. Alias enim præmoriente filio, nepotis ſucceſsione teſtamentum rumpetur ex ſecundo capite Legis Velleiæ, *ut hic in §. nam & ſi filius.* Adeo quidem, ut, ſi deinde nepos, defuncto jam filio, vivo etiam num avo moriatur, teſtamentum jure civili nō convaleſcat, *l. 7. ſup. h. t.* ſed à prætore pronepoti ſcripto bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas danda ſit. Denique illud annotandum hoc loco eſt, in §. ſed etſi. Verbis his *jam mortuo pronepote*, legendum eſse *nepote*, conta quam exemplar Florentinum habet errore manifeſto. Quod & recte alii ante notarunt.

§. Et quid ſi tantum.

1. *Argumentum hujus textus.*

2. *Deportatio & emancipatio quatenus in ſpecie hujus l. ſimiles morti ſint.* 3. & 4.

5. *Explicatio verſiculi ſed ex ſententia.*

6. *Goveani error hoc loco.*

7. *An teſtamentum quo nepos inſtituitur ſimplicius in caſum mortis filii, rumpatur nihilominus ſi filius deportetur vel emancipetur.*

HOc §. ea quæ §§. præmiſsis ‡ tradita ſunt, morte ſc. filii nepotem poſtumum fieri ſuum, referuntur & ad deportationem & 1
emancipationem. Deportatio vero hac in re omnino ſimilis ‡ morti 2
eſt, emancipatio non ità abſolutè. Quia hæc quidem jus ſui tollit, inſtitutionis non item. *§. fi. inf. in ead. hac l.* Cum deportatio & mors utrumque faciat. Excipit Cujacius ſpeciem §. prox. ſuprà. Filius puta 3
‡ neceſſario inſtituēdus eſt, quo quidem inſtituto, nepos præteriri poteſt, *ut hic junc. §. in omnibus. ead. hac l.* Is igitur nepos ſi præmoriatur, he- 4
res ‡ non erit, uti nec ſi ſupervivat emancipatus, jure civili heres erit Qua ratione Cujacius cenſet, tantum in ea ſpecie per omnia emancipationem operari quantum operatur mors. Sed ea exceptio à themate poſito cenſeri non poteſt, cum neutra in ejus ſpecie tollat inſtitutionem, quia inſtitutio ab initio quoque nepotis hic nulla fuit. Quod ſi inſtitutio fuiſſet, mors eam tolleret, emancipatio non item.

Sed ex ſententia Legis Velleiæ & hæc omnia admittenda ſunt.) 5
Recte plerique, hoc loco ‡ Scævolam tradere, ut omnes caſus morti ſimiles ſucceſsioni nepotum locum faciunt, ſi vel vivo avo teſtatore naſcantur, vel vivo patre, eoque adhuc avo vivo defuncto: ita idem

eſſe in formula Galli de ſola morte concepta, quoties nepotes vel pronepotes naſcuntur. poſt mortem teſtatoris (ad quos puta propriè formula illa pertinet.) Quod tamen non pertinet ad Legem Velleiam, *ut hic*, quare vero? quia hæc tantum agit de poſtumis vivo teſtatore natis. Ad ſententiam tamen ejus id pertinere dicimus recte. Sed hoc quo modo? quia L. Velleia ſimpliciter omnes vocat, qui ut ſui ſucceſſuri ſunt, *ſi quis ex ſuis heredibus, ſuus heres eſſe deſierit. §. & bene verba. inf. in ead. hac l.* Quod ſi ita eſt, utique & ſucceſſuri ex ſententia ejuſdem ſunt qui aliter quam filii aut nepotis morte, ſui effecti sūt. Ut verba illa recte pertinere dicantur ad omnes caſus in Galli Aquilii ſententia ſupplendos. *ut in d. §. & bene verba. in ead. hac l.* Male i-
6 gitur Goveanus † in §. noſtro expungenda putat verba hæc *Legis Velleia*, quaſi id quod hic de ſententia dicitur pertineat ad ſententiam Galli; pejùs Antonius Faber, qui verba hæc, *ut ad ſimilitudinem mortis ceteri caſus admittendi ſunt*, ab interprete ſuppoſita perhibet. Et quidem hic ſingulari capite Doctorum interpretationem communem, quam modò clarius explicuimus, idque argumentis non uſquequaque appoſitis, impugnat, *lib. 9. Conjec. c. 3.* Sed re tandem altius examinata, effectu ipſo reliquis aſſentitur, parum ſibi eodem quoque loco. uti videre eſt, conſtans. Illud quæritur: An teſtamentum quo nepos ſimplicius † in ca-
7 ſum mortis filii inſtituitur, rumpatur nihilominus ſi filius deportetur, vel emancipetur: quod magis eſt, *per hunc tex. propoſitum de teſtatore qui tantum in caſum mortis filij conciperet*, & pleriſque probatum, *gl. Bal. Jaſ. alii hic.* Quæſtio enim in propoſito textu eſt de conceptione inſtitutionis in mortem filii facta, reſponſum verò, de ſententia legis producenda, dein hypotheſi applicatur, ut ſc. ad ſimilitudinem mortis ceteri quoque caſus adimant filio jus ſui. Quaſi puta juris author pro certo ſtatuat, ut eo admiſſo, quod caſus ceteri ad ſimilitudinem mortis admittantur: conceptione de morte facta, una & ceteri contineantur. Quippe quod & alias in ultimis voluntatibus notiſſimum eſt, *l. mulier. 22. inſ. Ad SC. Treb. l. 3. C. de Inſt. & Subſt. l. ſi ita. 15. inſ. Quan. Di. Leg. Ced.* Hæc igitur ſententia, uti communior, ita & benignior eſt teſtamentis conſervandis. Cujacius tamen & Duarenus diverſum putant, moti l. ex ea. 121. §. pen. de Verb. Obl. ſed ea ad ſtipulationes pertinet quas ferè ſtrictiùs accipimus. Nec mutat l. cum pater. 77. §. hereditatem. De Leg. 2. quia ejus ratio omnino diverſa eſt, & finis conſervandi teſtamenti ibidem aliud quam in propoſito ſuadet. Num vero ad caſus ceteros etiam referri poſſit ingreſſio monaſterii, Socinus Junior referri, quia Monachus ſe Deo & priori dicarit, *per Auth. ingreſſi C. de SS. Eccl.* Socinus Senior contra, *hic. in princ. conu. Iaſ. num. 6. & 7.* quia retineat jus ſui, *arg. l. Deo nobis. §. 1. C. de Ep. & Cler. verb. nullo. eis impedimento. & ſeq.* Quæſtio in eo eſt, an ingreſſio monaſterii capitis diminutio ſit, quod Accurſio viſum eſt *in Nov. de Monach. 5.* Cujacius contra, quia id nuſquam relatum ſit, & ut Monachus ſtatum

quoquo

quoquo modo mutaſſe videatur, non tamen qualiſcunque ſtatus mutatio capitis diminutio (uti deportatio & emancipatio) cenſeri poteſt. V. Gr. nec manumiſsio nec Senatus motio capitis diminutio eſt, *§. 4. & 5. inſt. de Cap. Dim.* Vnde & eſt quod nec monachiſmus teſtamentum infirmat, *tex. in d. Nov. 5. c. 5. & Nov. 76.* quod in capitis minutione contra eſt, *l. ſi quis. 6. §. irritum. & §. fin. inf. tit. 1. §. 3. & 4. Inſtitut. Quib. Mod. Teſtam. Infir.* Et hæc igitur ſententia magis obtinet.

§. Quid ſi qui filium.

1. *Argumentum hujus §. de nepote ex filio qui in hoſtiũ poteſtate eſt.*

2. *Num inſtitui poſsit nepos ex filio ex inceſtu nato.*

3. *Num natus ex ſpurio.*

SVbjungitur hoc §. etiam † alia ſpecies quæ formula Galli non continetur. Pone filium dum teſtamentum conditur in hoſtium poteſtate eſſe, ibique mori teſtatore prius defuncto, nepotem vero interim avo jam defuncto natum, idque ſive vivo apud hoſtes filio, ſive mortuo. Parum enim ad rem facit quod vixerit adhuc filius nepote jam nato, quia Lege Cornelia cenſetur filius qui non rediit vivo patre jam deſiiſſe haberi ſuus heres. *ut inf. §. nũc videndum in ead. hac l.* Et hic caſus propriè nec ad formulam Galli pertinet, nec ad Legem Velleiam. Non ad illam, quia ab ea differt ut ſuperiores; non etiam ad hanc quia poſtumus avo jam defuncto natus eſt. Hic igitur caſus ex rationibus ſupra deductis exemplo ceterorum jure antiquo admittendus eſt, ut, puta, & idem contineatur formula generali: *Qui mihi nepos poſt mortem meam ſuus naſcetur, heres eſto.* Vti & generatim inſtitutio rectè fit, nullâ nepotis aut pronepotis factâ mentione, V. Gr. *Quicunque mihi ſuus poſt mortem meam naſcetur.* Vnde conſequitur, formulam Galli non eſſe ſufficientem, & ſpeciem adeo in eâ expreſſam, propoſitam propemodum exempli, vel utique declarandæ rei cauſâ. Quod quidem ex illatione Scævolæ hoc loco patet ſatis. Sed quæſitum † hic eſt (quamvis loco vix ſuo) An etiam inſtitui poſsit filius filii ex inceſtu nati, ut Iaſoni videtur, *Iaſ. hic. num. 27.* eo quod tantum de filiis ex inceſtu natis relatum ſit, inſtitui eos non poſſe, *Auth. ex complexu. C. de Inc. Nup.* Accedit quod avus nepotibus naturalibus legitimi filii relinquere pro arbitrio poſsit, cum tamen filio naturali relinquere pro arbitrio poſsit, cum tamen filio naturali relinquere pro arbitrio non poſsit, *l. ult C. de Nat. Lib.* Baldus tamen vix putat, *in l. ſi quis inceſti. C. de Inceſt. Nup.* cujus ſententia verior eſt, quia patri inceſtas nuptias contrahenti extraneis nihil relinquere permiſſum eſt, *ut in d. l. ſi quis. C.* Nec ad rem facit d. l. ult. C. de Natur. Lib. quia ea pertinet ad patres ſimpliciter naturales

turales, eorum vero nomine regulariter inceſtuoſi non veniunt, *Auth. ex complexu. C. de Inceſt. Nup. Nov. 89. c. ult.* Num vero avus ſaltem heredem 3 inſtituere poſsit nepotem ex filio ſpurio, videamus & id quidem, niſi legitima ei proles ſit, pleriſque viſum eſt, niſi diſerte inſtituat filii reſpectu ut ei hereditas acquiratur. nam neque in dubio reſpectu filii nepotem inſtituiſſe cenſetur, nec filio uſusfructus acquiritur, *late Bart. hic. num. 2. & 3. qui ait ita judicatum. & reſpondiſſe omnes magnos DD. Paleot. in tr. de Nat. Lib. c. 53.* Movet eos quod id de naturalibus conſtitutum ſit, *d. l. ult. C. de Nat. Lib.* nec de ſpuriis uſquam diverſum cautum, *gl. ib. quam uti ſingularem plerīq; ſequuntur.* Id igitur & judicatis Cameræ probatur, *Gail. 2. Obſ. 115. n. 5. & ib. allegati.* Alexander ſimplicius contra, *hic & Conſ. 73. vol. 3. convenit Bal. in hac l. §. cum quidam ſupra per l. 1. C. de Nat. Lib.* ſed ea l. in nepotibus abrogata eſt, *per d. l. ult. C. eod.* Quod vero Baldus autumat, in dubio inſtitutionem reſpectu filii factam, *Bal. Conſ. 406.* id nuſquam relatum eſt & rationibus adeo juris adverſum. Nam quod ipſe perhibet patri eā ratione uſumfructum quæri, *per l. cum oportet. C. de Bon. Quæ Lib.* id in propoſito non ita eſt, quia id fieri nequit invito eo qui nepotibus aliquid relinquit, *Auth. excipitur. C. de Bon. Quæ Lib. junc. Nov. 117. ut matri & av. c. 1. in princ.* ut nec adverſus diſpoſitionem d. l. ult. id præſumendum ſit. Cum enim nemo id teſtamento ſuo voluiſſe præſumatur quo teſtamentum ſuum evertat, *l. 3. de Mil. Teſt. inf.* avus in ſpecie propoſita cenſendus nō eſt liberalitatem quoquo modo filii reſpectu nepoti contuliſſe. Maxime cum & alias in dubio ultimæ volūtates accipiendæ benignius ſint, quo conſerventur.

§. Si ejus.

Hic. §. re ipſa nihil continet difficultatis, unde ſupervacuum cenſemus eum pluribus explicare.

§. Forſitan. cum §. ſeq.

1. *Arg. textus, de caſibus juris antiqui producendis ad caſum L. Velleiæ. & num. 2.*

1 An iſtis caſibus.] Caſus intelligit juris antiqui, quib. ſc. 1 nepotes aut pronepotes poſtumi inſtituuntur. Cum liberi & poſtumi nō tantum inſtitui poſsint ex formula Galli, ſed & quibuſcunque verbis communibus, ut, *Qui nepotes, Quicquid liberorum, vel Quicunque mihi poſt mortem meam ſuus naſcetur.* Ponamus in his §§. inſtitutionem ita factam, *Filium heredem inſtituo, qui mihi nepos aut pronepos, vel quicunq; poſt mortem meam ſuus naſcetur, heredem inſtituo* Hoc caſu nepos ex filio, teſtamento tamen jam condito, non videtur ritè inſtitutus. Quod ſc. inſtitu-

ſc. inſtitutus in caſum juris antiqui, in caſum L. Velleiæ omiſſus & præteritus videtur, *l. commodiſſime ſup. eod. ubi Vt. noſtra. Adde his quæ nos ibidem.* Non infirmat tamen nepotis præteritio ejuſmodi teſtamentum avi, agnatione, quia vivo adhuc filio, ideoque nec ſuus naſcitur. Rumpet tamen ſucceſſione, ſi ante mortem avi moriatur filius & ita illi ſuccedat. Si vero prius moriatur nepos quàm filius, ob eam præteritionẽ nullo modo teſtamentum rempetur. *§. idem credendum. ſup. & §. prox. inf. in hac l.* Ponamus igitur, prius mori † nepotem, dein filium, &, his defunctis, teſtatorem quoque è vita deceſsiſſe, dein naſci pronepotem ex pronuru quam decedens nepos reliquerat prægnatem: defertur hoc caſu hereditas pronepoti jure inſtitutionis. Quia verum eſt, inſtitutum eum qui poſt mortem naſceretur ſuus. Nec ad rẽ facit quod præteritus ſit nepos, quia id fieri potuit, quod ſuperfuerit filius. 2

Ergo & ſi pronepos admittetur.] Rectius Cujacius, *Ergo & ſi pronepos omittetur.* cum alioquin abſurdus ſenſus ſit.

§. In Omnibus.

1. Qui ex formula Galli nepotem vel pronepotem inſtituit, neceſſe eſt ut filium ſaltem aliqua ex parte inſtituat.

2. Verba hæc, ſi filius meus vivo me morietur, ſola non inducere inſtitutionem.

3. Solvuntur oppoſita. & 4. & 5.

HOc §. docemur, ei qui ex formula Galli nepotem vel pronepotem poſtumum inſtituit, hoc eſt in caſum mortis filii, neceſſe eſſe ut filium ſaltem ex parte aliqua inſtituat. Poſt mortem enim ſuam filius fruſtra exheredatur, *l. ſi ita ſcriptum. §. fin ſup. eod.* Vnde conſequens eſt, verba hæc: Si filius meus vivo me † morietur, ſola non inducere inſtitutionem, *l. ſi quis eum. §. fin. inf. de Vulg. Subſt.* Idque pleriſque viſum eſt, *Mantica de Conject. Vlt. Vol. lib. 3. tit. 4. num. 17.* Proinde teſtamentum ejuſmodi nullum erit ob filii præteritionem. *Duar. in expl. tit. Qui Teſt. Fac. Poſſ. in expl. hujus §. Cujac. hic.* Idem tamen jure Prætorio ſuſtinetur, *l. etiamſi jus annulorum. §. libertus ſi. De Bon. Lib. inf. l. poſtumus verſ. idem & circa. De injuſto Rup. Et Ir. Teſt.* Non mutat l. cum in teſtamento. 37. De Her. Inſt. ubi in propoſito caſu duo gradus ſtatuuntur, unde conſequens videtur inſtitutionem eſſe in gradu primo: quia locus iſte ex præſenti explicandus eſt, puta ſi filius una & inſtitutus fuerit aliquâ ſaltem ex parte, prius nominatim. Neque enim Iuliano ibidem aliud propoſitum eſt quam ut doceat inſtitutione & ſubſtitutione duplicem in teſtamento conſtitui gradum. Minuſque ad rem † facit l. ſi quis ita, 82. De Her. Inſt. quia ea à 1 2 3 4

propoſito

propoſito prorſus diverſa eſt, cum ibi nihil aliud tradatur, quàm inſtitutionem ſub conditione hac factam, niſi legitimus hereditatem vindicet, deficere legitimo eam adeunte. Perinde nec mutat quod dicimus, eum qui ſuccedit ab inteſtato ſuccedere ex tacita teſtatoris voluntate, *L. conficiuntur. §. 1. de Iu. Codicill.* quia id intelligendum eſt
5 non condito teſtamento. Inſuper ita † ex adverſo argumentari queas: Si teſtamentum in propoſito nullum erit mortuo quoque filio, ſequitur hereditatem devolvi ad fiſcum tanquam caducam ob mortem inſtituti; At non devolvitur ad fiſcum, ſed ad nepotem ab inteſtato; Ergo non eſt nullum. Et hoc argumento, ſed verborum ambagibus uſus videtur Alciatus, *3. Parad. c. 6.* Parum tamen ad rem facit, cum quia filius in propoſito non eſt inſtitutus, eoque teſtamentum nullũ ob præteritionem eſt, tum quia Leges Papiæ de caducis in teſtamenmentis parentum inter liberos non obtinent, *Vlp. in Fragm. tit de Cad. Toll.*

§. Nunc de Lege Velleæ.

1 Lex Vellea hic jus Novum † dicitur Legis Iuliæ Velleæ (ita enim nuncupatur in §. poſtumorum. Inſt. de Exh Lib.) cum enim ſupra ferè de poſtumis inſtituendis ex Iure Antiquo ſit actum, rectè trãſitur hic ad inſtitutionem eorundem ex jure novo. Sed alibi *in l. ſi hereditas. §. qui filium. ſup. de Teſt. Tut. & l. poſtumorum inf. tit. 1.* exẽplar Florentinum in una Iuna in altera vero Iunia Legit. Sunt autem Legis hujus † capita duo, primo (*de quo in hoc §. & l. 3. §. 1. inf. tit. prox.*) inſtitui poſſunt poſtumi qui poſt teſtamentum conditum, vivo tamen teſtatore naſcuntur ſui, ſive filii, ſive nepotes, ſive ulterioris gradus, idque tempore conditi teſtamenti eos alius præcedat vel minus. Sufficit enim poſtumum nepotem aut pronepotem ſuum naſci mortuo jam tum filio ipſius patre, licet uivo eo fuerit inſtitutus. Cum ſc. verba Legis Velleiæ hactenus tempus agnationis reſpiciant, non etiam conditi teſtamenti, *ut hic.*

Non natum tantum) Alii commodius tamen, Si particulam tantum retineas ſenſus durior erit, cum oporteat filium una fuiſſe inſtitutum, ut rectè Accurſius annotat, *gl. hic per l. ſi filius 7. ſup. eod. ubi vi. obiter noſtra, & rurſus inf. in l. poſtumus 12. tit. 1.*

Si nepos qui eo tempore) In nonnullis deeſt qui & rectè, *gl. Cujac. hic.* Sed & in nonnullis in his verbis *verum & ſi vivo patre naſcatur*, legitur, *inſtituatur*; aliis utraque vox deeſt, nec abſurdè ut regatur ſenſus à voce inſtituatur præcedente.

Nam etſi ita) Rectius alii, Nam & ita verba ſunt, (*Cujac. hic.*) ut reſpondeat verſiculus præmiſſis.

Denique his verbis, *Virilis ſexus*, annotandum, virilem ſexum dici pro deſcendentibus ex ſexu virili, cum deſcendentes ex feminis potuerint olim præteriri.

Sequenti

Sequenti parte] Hic agitur de † ſecundo capite Legis Velleiæ, 1
quod ad eos refertur qui nati quidem tempore conditi teſtamenti ſūt.
non tamen ſui ſunt, vivo vero teſtatore in locum ſuorum ſuccedunt.
Qui ſc. morte parentum quaſi agnaſci, & idcirco loco poſtumorum
cenſentur. Hique vix tam ex Lege Velleia quam jure veteri veniūt,
quia nati tempore facti teſtamenti ſunt. Quid g. † hoc caput ad iſtam? 2
Vt nimirum præteriti ſucceſsione teſtamentum rumperent, nominatim
inſtituti vel exheredati non item. Id enim ante L. Velleiam non
ita fuiſſet, cum ne quidem inſtitui potuiſſent, utpote poſtumi alieni,
vi. noſtra late ſupra princ. hujus l. eod. Confirmat igitur L. Velleia hac
in parte teſtamentum, *tex. in l. ſi hereditas. 1 0. §. qui filium de Teſt. Tut.*
cum impediat ruptionem, *l. 2. C. de Lib. Præt.* Et ad hoc caput † per-
tinent leges, complures, *vi. l. poſtumorum. inf. tit. 1. l. 2. §. 1. inf. de* 3
*Vulg. Subſt. l. 6. §. 1. inf. de Her. Inſt. l. ſi quis filium. C. de Inoff. Teſt.
cum ſim.*

Et hæc verba] Recte hic Cujacius Goveanum ſecutus, ita legit,
*nec ſolum ſi nepos vivo patre decedat, ne ſuccedens nepos avo mortuo
rumpat.* Cum & vox pronepos hic inſerta referri ad avum nequeat; &
eâ etiam retentâ, parum integra loci hujus ſententia ſit.

§. Ille caſus.

TEſtamento condito, vivo teſtatore † nepos naſcitur ex filio, ſed nō
ſuus ſi vivo filio naſcatur, mortuo vero filio ſuccedit in locū ſui, 1
quæſitū eſt: An hujus nepotis poſtumi pure facta inſtitutio ſubſiſtat,
& hoc ex primo capite L. Velleæ dici nequit, quia non naſcitur ſuus,
licet vivo teſtatore naſcatur; nec ex ſecundo adeo quia jam condito te-
ſtamento naſcitur. Iure vero antiquo id dici multo minus poteſt, cum
non mortuo teſtatore, ſed vivo naſcatur. Eſt ergo hic caſus in diffi-
cili. Scævola tamen ne in dubio teſtamentum rumpatur, inſtitutio-
nem admittit, idque ex ſententia Iuliani uſu recepta. Quaſi nimirum
id quidem directo nequaquam (jure tamen prætorio diverſum eſſe ex
iis conſtat quæ tradimus ſup. in princ. hujus l.) utiliter tamen utcun-
que ex L. Velleia dici poſſit, partim ſc. ex capite *1.* quia naſcatur te-
ſtamento condito vivo tamen teſtatore, partim ex ſecundo, quia ſu-
perſtite naſcatur patre, eidemque mortuo ſuccedat tanquam ſuus.
Quid ergo, ſi hic nepos † vivo patre emancipetur, quia ea ratione non
ſuccedit ut ſuus, an inſtitutio valeat jure civili, & ideo an ſponte pro- 2
pria adire queat, quæſitum eſt: & quidem ut ſuus non ſit effectum e-
mancipatione eſt, erit ergo heres ut quivis, voluntarius, *ut hic.*

Ad l. ult.

POnamus duos filios, unum in ſacris, alterum emancipatum, illum
† præteritum, hunc exheredatum, nullum quidem teſtamentū eſt, 1
l. pen. & antepen. hic. (licet alias etiam adverſus teſtamentum nullum
bonorum poſſeſſio contra tabulas detur) ſimul tamen ad bonorum

Digitized by Google

poſſeſsionem ejus teſtatoris non venient, cum exheredato ſit ſatisfactū, *l. non putavit. inf, De Bon Poſſ. Cont. Tab.* Si vero duo fratres 1 eman-
2 cipati ſint, unus quidem exheredatus alter præteritus, ipſo jure valet teſtamentum, & adiri proinde ex eo hereditas poteſt, præterito igitur bonorum poſſeſsio contra tabulas datur, exheredato querela, *l. ſi poſt mortem. §. exheredati. 1. l. filium. §. ſed quemadmodum, eod.* Denique rectè gl. Bart. Bal. Caſtr. Iaſ. nonnullos 1 notant, qui hic ſpeciem poſuere in filio emancipato & nepote ex eo retento in poteſtate, cum hic nulla nepotis mentio fiat. Licet hoc quoque caſu, ſi ille exheredatus
2 ſit, hic præteritus, quia ipſo jure nullum eſt teſtamentum, filius nepoti in ſucceſsione inteſtati conjungatur, *l. 1. §. ſi pater emancipatus, inf. de Conjung. cum Emanc. Lib. Eor.* Num vero ſuorum 1 & emancipatorum in ſucceſsione differentia omnino ſublata ſit Novella 118. quæſitum eſt, Cujacius Alciatum ſecutus non putat, gl. & DD. communi-
4 ter contra. Vide noſtra *ad rubr. eod. illo titulo, & in l. 10. §. exheredati. De Bon. Poſ. Con. Tab.*

De Injuſto, Rupto & Irrito Facto Teſtamento.

Tit. III.

Ad l. 1. & 2,

1. *Num jure novo exheredatis liberis ſine cauſa, teſtamentum nullum ſit.*

2. *Secundo teſtamento etiam imperfecto, ſi modo eo inſtituti legitimi ſint, rumpitur prius perfectum; & an idem ſit aliquibus legitimis tantum inſtiutis.*

3. *Quid juris ſi teſtamento ſecundo inſtitutio fiat ad cauſam piam.*

4. *Quid eodem caſu juris ſit primo teſtamento perfecto inſtitutis legitimis.*

5. *Quid ſi pater impuberi filio ſubſtituerit extraneum, poſteaque codicillis ſubſtitutionem revocarit, alioſque ſubſtituerit ſucceſſuros ab inteſtato.*

6. *Si pater liberos rite exheredâtos extraneis inſtitu-*

tis, an

tis, an teſtamento inter liberos & alias imperfecto prius revocetur.

7. *Quid ſi teſtator coram quinque teſtibus declararit ſe velle decedere inteſtatum, num teſtamentum perfectum per hoc revocetur.*

8. *Num teſtamentū juramento firmatum mutari poſsit.*

9. *Num teſtamentum ſubſecuta profeſsione monaſtica, infirmetur.*

10. *Legata nū ſola volūtate ſine codicillis adimi poſsūt.*

ILlud quæritur, An jure novo exheredatis liberis ſine cauſâ teſtamētum nullum ſit, ut præteritione. Sed hac de re egimus ſupra *ad rubr. De Inoff. Teſtam. & inf. in l. 17. h. t.* Inſuper ex l 2. notandum quod 1
teſtamento† etiam minus ſolenni, rumpitur teſtamentum prius, ſi eo inſtituti ſint ſucceſſuri ab inteſtato, cum priori inſtituto eſſent ab inteſtato non ſucceſſuri. Sed tum poſteriori interfuiſſe oportuit quinque 2
teſtes juratos, *l. hac conſultiſſima. C. de Teſtam.* Quid ergo ſi ſecundo non omnes ab inteſtato ſucceſſuri ſcribantur, an tantundem dicamus, & hoc quidem Franciſco Aretino videtur & magis eſt, *per d. l. 2. hic & l. poſtumus. §. 1. inf. eod.* quæ ſimpliciter eorum meminerunt qui ab inteſtato venire poſsint, non etiam omnium quibus ſucceſsio legitima deferretur tota. Adde quod & alias in dubio numerum minorem ſpectemus, *l. nummis. 75. de Leg. 3. l. ſemper in obſcuris. de Reg. Iur.* eamque ſententiam eligamus quę conſervet negotiū magis quam perimat, *l. benig. de Legib.* Præterea jus noſtrum in hac re non ſolam ſucceſſionem legitimam ſpectat, ſed & verā voluntatem defuncti ex præſcripto juris probandam, eamque fere uti donationē cauſâ mortis, *tex. in d. l. hac conſultiſſima. Verb. quaſi voluntatem ultimam inteſtati.* Nec ad rem facit quod alii contra nituntur, *Al. & Iaſ. ib. Clar. §. teſtamentum q. 97.* eo quod l. indefinite loquatur, cujuſmodi enuntiatio fere comparari univerſali ſolet, *not. in l. ſi plures. de Leg. 2.* quia omnibus conſtat, orationem indefinitam modo vim univerſalem habere, modo particularem, idque prout ratio ſuadet, Vt quidem in propoſito jus noſtrum *per dd. rationes* palam dictet, hanc ſententiam etiam particularem eſſe, niſi forte omnes legitimi ſint nominati. Minus ad rem facit, quod in hac re perhibent, conſiderari jus inteſtati, quia id ſimpliciter verum non eſt, cum & una conſideretur qualiſcunque hæc voluntas. *ut in d. l. hac conſultiſſima.* Sed quid ſi tabulis ſecundis † inſtitutio ad piam cauſam fiat? 3
propeque eſt poſterioribus infringi priores, *per c. relatum. 1. de teſtam.*

Digitized by Google

Donel. 6. Comm. c. 9. in fi. Num vero idem † ſit prioribus legitime
4 inſtituto? ſed hoc dicendum non eſt, quia d. l. 2. locum habet, ſi teſtamento primo ſcriptus quivis extraneus ſit, *d. l. hac conſultiſſima verſ. Niſi forte in priori teſtamento.* Accedit quod gaudens privilegio non gaudeat eo in participem privilegii ejuſdem, *not. in l. verum. §. pen. de Minor. Aret. & Alex. in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem.* Non mutat quod ex adverſo Caſtrenſis diſputat, quia voluntas poſterior regulariter deroget priori. *l. ſi mihi. 12. §. in Legatis. de Leg. 1.* namque id ad teſtamenta utrimque perfecta pertinet. Teſtamentū vero poſterius in propoſito perinde perfectum dici non poteſt, cum id *per d. c. relatum.* ex privilegio foret, quod tamen in propoſito non obtinet, cum poſterior & teſtamento ab initio juſto munitus ſit, & privilegio pari. Quid ergo, ſi pater impuberi filio inſtituto † ſubſtituerit
5 quidem extraneum, poſtea vero codicillis ſeorſim ſubſtitutionem revocarit, alioſque ſubſtituerit filio ſucceſſuros ab inteſtato; an prior ſubſtitutio tollatur: idque Bartolo & pleriſque viſum eſt. *Bart. Caſtr. Fulg. in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem.* eo quod ſubſtitutio hæc teſtamento videatur comprehenſa. *arg. §. igitur. cum §. ſeq. Inſt. de Subſt. Pup.* & nihilominus fieri ſeorſim poſsit. *arg. l. ſi quis. 16. §. 1. de Vulg. & Pup. Subſt.* Alii contra *Bal. Ang. Salic. in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis.* quia codicillis neque dari, neque adimi hereditas poſſit, *l. 2. C. de Codicil. §. codicillis. Inſt. eod.* Sed recte Alexander reſpōdit, *in d. §. ſi quis autem.* non valere ſubſtitutionem jure directo, quo ſenſu ſententia hæc accipienda, valere tamen jure fideicommiſsi quaſi à filio relicti. *arg. pulcri textus in l. Scævola. 76. inf. Ad Trebell.* Alia quæſtio eſt, Si pater † liberos ex parte legitima inſtituerit, recteve ex-
6 heredarit, alioſque heredes extraneos nominarit, poſtea novo teſtamento (alias imperfecto) ſed ex præſcripto Novellæ, de teſtamento inter liberos condito, decedat, utrum poſteriori hoc rumpatur prius. Quod magis eſt, cum & poſterius teſtamentum ſit juſtum & nemo duobus teſtamentis decedere poſsit, *l. 12. §. ſi paganus. inf. eod.* Sic et teſtamentum militis poſterius ex privilegio factum rumpit prius factum jure commun. *l. ejus militis. §. militia miſſus. inf. de Mil. Teſt. ita ſentiunt Bal. Caſtr. Alex. in d. §. ſi quis autem.* Diſsenſerunt tamen utcunque alii, *Iaſ. & Sichar. ib.* moti ſimplici definitione ejuſdem textus, quo quinque teſtes requiruntur: Sed hoc ad legitimos ceteros pertinet, non etiam ad teſtamentum inter liberos, quippe quod valet inſtar teſtamenti alterius juſti. Num igitur ſi, teſtamento rite
7 condito, poſtea † teſtator coram quinque teſtibus declaret ſe inteſtatum velle decedere, teſtamentum prius ſit revocatum? Caſtrenſis non putat, *Fulgoſ. in l. ſancimus. C. de Teſtam.* eo quod ſola declaratio hæc teſtamentum non infringat, *§. ex eo. Inſt. de Her. Inſt. fac. l. miles. §. Veteranus. inf. de Mil. Teſt.* Niſi id coram tribus aut pluribus teſtibus factum aut actis publicis inſinuatum ſit, & exin decennium effluxerit,

xerit, *tex. in d. l. ſancimus. C. de Teſtam.* Et hoc igitur magis eſt. Nec mutat l. 1. §. ſi heres. Si Tab. Teſt. Non exſtab. per quam Alexander id in dubium vocat, *in d. l. ſancimus. & Covar. ad rub. de Teſtam. in 2. parte. verſ. ſexta concluſio.* quia ea obtinet, teſtamento cancellato aut inciſo, tum enim perinde id imperfectum cenſetur, ac ſi teſtium ſubſcriptiones aut ſigilla teſtator laceraret, *l. pen. C. de Teſt. conn. l. 1. §. pen. de Bon. Poſſ. Sec. Tab.* Perinde nec illud ad rem facit, quod teſtator hac ratione re ipſa videatur ſignificaſſe, placere ſibi ſucceſſuros ab inteſtato: id enim non obtinet niſi expreſſe declaratum ſit, idque coram teſtibus quinque. *l. hac conſultiſſima. §. fin. C. eod.* Sed an & teſtamentum juramento † firmatum mutari queat, quæritur, & hoc quidem magis eſt, cum juramentum ſequatur naturam actus cui adjungitur, *l. ult. C. de Non. Num. Pec.* Quod & nonnullis Canoniſtarum placuit, *Vt apud Covar. ad rub. de Teſtam. p. 2. num. 9. Clar. §. teſtamentum. q. 94.* Nec mutat quod dicimus, juramentum ſervandum quod ſine diſpendio ſalutis ſervari poteſt. *c. cum contingat. de jurejur. & c. quamvis. de Pact. in 6.* hoc enim ita, niſi ex juſta cauſa quis ab eo excuſetur. *l. ult. D. Qui Satiſd. Cog.* juſta vero cauſa etiam eſt mutatio voluntatis. 8

Peccat igitur teſtator quidem temere jurans, ſed hoc teſtandi libertatem tollere nequit, voluntate rite & ſolenniter mutata. Quibus poſitis illud ex moribus † & jure canonico inſpiciendum foret, An teſtamẽtum ante ingreſſum monaſterii conditum, revocetur profeſſione monaſtica teſtatoris ſecuta: Item an patre monaſterium ingreſſo, filius ipſo vivo poſtulare legitimam poſſit. Sed his de rebus infra agimus ſuo loco, *Vt noſtra in Auth. ſi qua mulier. C. de Sacroſ. Eccleſ.* 9
Denique nec legata † ſola voluntate teſtatoris adimi poſſunt, niſi codicillis teſtamento confirmatis, *l. ſi quis cum. 16. princ. de Vulg. Et Pup. Subſt.* itaque voluntate contraria nuda non adimuntur legata ipſo jure, exceptione tamen doli ob nudam voluntatem contrariam, repellitur, exigens illa actione ex teſtamento, *l. 3. §. fin. de Adim. Leg.* Hoc ita, niſi poſſideat legatarius jam nunc relictum, eo enim caſu, velut in cauſa pari potior eſt conditio poſſidentis. *l. miles. §. pen. de Mil. Teſt.* 10

l. 3. & 4.

Pertinet ad ea quæ nos late ſupra in l. Gallus. tit. 1.
§. 3.) Relatus eſt, in noſtris in l. 12. inf. tit. 1.

Ad l. 5.

IN hac L. recte Cujacius in his verbis: à quo ſc. poſtumus exheredatus non eſt, delendam putat negationem. Quod ſc. nemo non intelligat, ſi poſtumus à ſubſtituto exheredatus non ſit, ſubſtitutum non admitti.

Digitized by Google

Ad l. ſi quis filio. 6.

SI quis exheredato filio, præterito vero nepote ex eo, vel jam nato, vel in utero nurus exiſtente, extraneum ſub conditione inſtituerit heredem, mox deceſſerit, deinde filius pendente conditione, vel deliberante herede ſcripto moriatur: nepos præteritus teſtamentum non rumpet, cum exheredatione non ſit opus, patre eundem præcedente.

Quod ſi inſtitutus omiſerit hereditatem, ſuccedet hic nepos ab inteſtato, cum, deficiente cauſa teſtati, nemini ante hereditas fuerit delata. *Ut hic. & l. 9. §. 2. ſup. de Lib. & Poſt.* Sed alias neque locus bonorum poſſeſsioni contra tabulas erit *l. illud 4. §. 1. de Bon. Poſ. Con. Tab.* niſi quod id benigne dicamus ſi pater ante avum moriatur, *arg. l. 10. §. fi. de Bon. Lib,* Sed & patre exheredato nepos jure novo querelam inofficioſi teſtamenti habet etiamſi eam non inceperit pater, *l. ſi quis filium. 34. C. de Inoff. Teſt.* Igitur ne quidem jure novo teſtamentum hoc caſu nullum eſt.

Ad l. poſtumus. 12.

1. *Præterito filio teſtamentum ab initio nullum eſt.*
2. *Quid eo caſu juris inſtituti habeant filio aut poſtumo mortuo. & num. 3. & 4.*
5. *Differentia juris inter poſtumum & jam natum & numero 6.*
7. *Species l. 3. C. eod.*
8. *In caſu l. noſtræ etiamnum neceſſaria bonorum poſſeſſio eſt.*
9. *Explicatur l. 81. De Leg. 2. & §. 1. hic.*

1 FIlio præterito † teſtamentum ab initio nullum eſt, nec, ſi decedat, convaleſcit, *l. 7. ſup. tit. 1. §. 1. Inſt. de Exh. Lib.* Nec rumpitur eodem perfectum teſtamentum prius, *vi. tex. in d. l. 7.* niſi poſteriore
2 ſit inſtitutus qui filio excluſo rem ab inteſtato ſit habiturus. *Ut ſupra ad l. 1. & 2. eod.* Eo enim caſu filio quidem ſuperſtiti bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt, quia ipſo amoto venirent legitimi, *l. ſi duobus, 12. §. fi. inf. de Bo. Poſſ. Con. Tab.* At filio mortuo † vivo patre, inſtitutis legitimis datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas modo
3 teſtamentum fuerit ſignatum, *ut hic in §. 1.* Inſtituto vero † quovis extraneo, vivoque patre filio mortuo, legitimi ab inteſtato heredi ſcri-
4 pto hereditatem evincunt recte, *d. l. 7. ſup.* Hic tamen agitur † de poſtumo, in quo quidem idem quod in filio tam jure civili quam prætorio eſt, nec reſtituitur mortuo poſtumo patre vivo teſtamentum

prius,

Digitized by Google

prius, ſed jure Conſtitutionum, hoc caſu, ex reſcripto ſc. Adriani &
Antonini, non tantum legitimo, ſed & cuicunque heredi ſcripto bo-
norum poſſeſsio ſecundum tabulas eſt. *Ut hic.* Vnde in hac re differẽ- 5
tia † apparet inter poſtumum & jam natum. Ejus vero ratio hæc eſt,
quod jam natus ab initio teſtamentum irritum faciat, poſtumus vero
agnatione, demum rumpat. Adeo quidem ut, licet ſola nativitate
ejus rumpatur, *ut hic, & l. ſi pater filium. inf. de Vulg. Et Pup. Subſt.*
effectum tamen id jure prætorio non habeat, niſi patre ante nativita-
tem illius mortuo. *Vt hic.* Idque Cujacius recte tradidit, *in d. l.*
7. Sed male poſterius hoc probare conatur, per l. Gallus. *§.* ſequẽ-
ti. ſup. tit. 1. quia ibi agitur de inſtituto aut exheredato, ne is rumpat,
non etiam de præterito qui vivo patre decedit. Contrarium potius eo-
dem loco evincatur. quod ſc. præteriti agnatione ſui rumpant teſta-
mentum ex Lege Velleia. Illud rectius ab eo traditur: Si patre mor- 6
tuo † filius aut poſtumus præteritus deceſſerit, nihil eos diſtare, quod
ſc. tempore patriæ mortis, quo maxime vigere debebat teſtamẽtum,
uterque fuerit ſuperſtes. Itaque accipienda eſt l. *2.* C. de Poſt. Her.
Inſt. Num vero, ſi † vivus quidem natus, aut ab obſtetrice exceptus 7
eſſet, non tamen vocem emiſiſſet, idem dicamus, veteribus diſputa-
tum eſt: at Iuſtinianus definivit, rem perinde cenſeri, modo integer
prodierit & non monſtroſus. *l. 3. C. eod.* Sed ad textum. Notatur † 8
denique hoc loco ſpecialis caſus, quo etiamnum neceſſaria ſit bono-
rum poſſeſsio. *Caſtr. hic & Clar. 3. Sent. §. teſtamentum. q. 25.* Qua
de re nos forte alibi plenius. *ad rubr. C. Qui Admit. Ad Bon. Poſſ.* IDCIRCOQUE LEGATARII ET FIDEICOMMISSARII HABEBUNT † EA 9
QUÆ SIBI RELICTA SUNT. Opponi ſolet l. ſi quis teſtamento. *81.* de
Leg. *2.* ſed ea obtinet cum teſtamento quoquo modo irrito ſucceditur
ab inteſtato, hæc cum ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio de-
fertur. Idemque dicendum de *§. 1.* in hac ead. l. Nam ſi ſecundum
tabulas teſtamenti irritas bonorum poſſeſſio detur, legata debentur
ex ęquitate quadam quæ alias non debentur. *l. filio. 17. inf. eod.* Vbi
vide plura hac de re in noſtris.

Ad l. filio. 17.

1. Quid juris ſit teſtam. rupto aut irrito ſi bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas detur.

2. Quid juris ſit de legatis ſi teſtam. rupto aut irrito ſuccedatur ab inteſtato.

3. Numquid ea in re correctum ſit jure Novel. 4. & 5.

SI teſtamento rupto † aut irrito bo. poſſeſſio ſecundum tabulas de-
tur, quid juris ſit diximus ſupra *ad l. 12. eod.* Illud hic tractandũ, 1
quid

Digitized by Google

quid juris † ſit in legatis, ſi teſtamento rupto aut irrito ſimplicius ſuc-
2 cedatur ab inteſtato. Et quidem videtur tum heres ad legata non te-
neri, *ut hic, & l. ſi quis teſtamento 81. de Leg. 2.* Sed quæſitum eſt, utrũ
3 hoc jus correctum ſit Iure Novellarum, quo cavetur ex ſola cauſa præ-
teritionis aut exheredationis, ſolam inſtitutionem vitiari. *per Nov. 115. c. aliud quoque* Azo Cujacius, Alciatus non putant. Idemque & Accurſio viſum eſt, *gl. poſt. Irn. in d. c. aliud. Din in l. Gallus. ſup. tit. pro* v. & magis eſt quod ejus Novellæ non aliud argumentũ ſit quam de præteritione quæ loco exheredationis ſit, ut quæ fit à matre vel avo materno. Denique Bartolus ait, inter omnes conſtare, ſi exheredatio fiat ſine cauſa, vel expreſſa quidem aliqua, non tamen juſta, hoc eſt, d. Nov. comprehenſâ, teſtamentum nullum eſſe; expreſſâ vero ejuſmodi cauſâ, illud ſubſiſtere, & opus eſſe querelâ. *Bart. in l. 1. num. 5. Qui Teſt. Fac. Poſ. poſt. Gl. ib. (Qui tamen uterque aliquo modo variat hic. ſed Bartolus nimis diſſolute & abſurde,) Alex. in Add. ad Bart. ib. poſt. Caſtr. & Bal. ib. allegatos. conv. Iaſ. num. 17. Cagn. n. 75. in Auth. ex cauſa. C. de Lib. Prat. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 40.* Addit Bartolus, neminem aliter ſenſiſſe excepto Martino, quem poſtea ſolus Belviſo ſecutus ſit. Qui, puta, ſenſerint exheredationi hodie in linea recta non eſſe locum. Sed poſteriores hos confutamus ſupra *ad rubr. de Inoff. Teſt. ubi vi.* Plane quod alii indefinite ſtatuunt
4 † in jure querelæ inofficioſi d. Novella nihil eſſe mutatum, *Vigl. princ. Inſt. de Inoff. Teſt. poſt. Ioan. Immolam. in l. 1. de Teſtam.* eoque & ob exheredationem ſine cauſa factam etiamnum teſtamentum ſubſiſtere, & opus eſſe querela, id admittendum non eſt. Idque eò quod olim cauſæ exheredationum conſtiterint in facto & arbitrio centumvirorum, hodie vero numerus eorum & qualitas jure ſit definita. Vnde conſequens eſt, ut, ſi contra juris definitionem, id eſt, contra quã d. Novella cautum eſt, exheredatio fiat, ipſo jure nihil agatur. *per l. non dubium. C. de Leg.* & conſequenter legata ex teſtamento ejuſmodi non debeantur. Hoc ita niſi cauſæ vel qualitas vel veritas in facto controverſa ſit, aut utique cauſa quidem juſta addita, ut ad reſciſsionem teſtamenti per querelam inofficioſi deveniatur. *d. Nov. 115. c. 3. in princ. & in fi. verb. tanquam in his non reſciſſum obtineat teſtamentum.* Donellus tamen eo inclinat ut † etiam ex teſtamento ob quamvis præ-
5 teritionem, aut exheredationem irrito, debeantur legata, *Donel. in Auth. ex cauſa. num. 7. & 8. C. de Lib. Prat.* cum quia d. Novella excludere videatur omnem præteritionem, tum quia major injuria fieri videatur filio injuſte exheredato, quam præterito. Sed utraque ratio manca eſt, illa quidem, quod præteritio ibidem præteritionem matris aut avi materni (quæ in vicem exheredationis cedit) deſignet, ut patet ex initio *cap. 3. ib.* hæc vero quod conſequentia ejus non ſubſiſtat, nec ſubſtiterit adeo unquam. Cum jure veteri exheredatio etiã ſimplex ſine cauſa ſuſtinuerit teſtamentum, præteritio vero ſemper

irritum

Digitized by Google

irritum fecerit, nullâ conſideratione habitâ major minorvé injuria filio per præteritionem an per exheredationem fieret.

Ad l.ſi quis heres.18.

Vide quæ nos in l.filio. 23. ſup tit.1. ubi & hæc relata eſt.

l.ſi ego.19.

Explicatur in noſtris ad l.ſi poſtumus.14.§.nam etſi.ſup.tit.11

l. ult.

Pertinet ad l.1.inf.tit.1.

De his Quæ in teſtamento delentur.
TIT. IV.

Ad l.1.§.& hereditatis.

HEreditas eodem [a] teſtamento adimi vel in totum vel ex parte poteſt, ut quidem non tam adempta quàm non data cenſeatur, *ut hic*. Nec mutat [b] l.heredes.21.§.1.ſup.de Teſtam. quia ea obti- 1
net teſtamento jam perfecto, hæc imperfecto. Perfecto enim teſtamen 2
to [c] nec codicillis, nec voluntate nudâ hereditas adimi poteſt, *l. heredi-* 3
tas.C.de his Quib.ut Indig. Unde id eodem teſtamento faciendum per modum ademptionis, *ut hic*. vel exheredationis, *l.pater.44.inf De Her. Inſt. l.Seius.inf. Ad L.Falc.l uxorem.§.heres.inf.De leg.3.* Corruet tamen hac ratione teſtamentum, [d] niſi præter exheredatum alius ſcriptus he-
res aut ſaltem ſubſtitutus ſit. Quod & dicendum ſi quo alio modo he- 4
reditas ſit adempta, eoque ſenſu hoc loco dicitur, ſi fortè ſit ſubſtitutus ademptio jure facta videbitur. Denique in teſtamento militis admiſſum eſt, ut etiam alio non inſtituto, eodem hereditas adimi poſſit, integris manentibus ceteris, *l ſi certarum 17.§.ſi eodem.inf.De Mil.Teſt.* Adde his noſtra ſupra *in l.13.§.1.tit.prox.*

Ad l.2.3.& 4.

1. Inducta aut deleta à teſtatore prudenter, non valent.

2. Num ſimpliciter heredis deleti portio fiſco deferatur.

3. Quid dicendum in dubio, ſi puta non conſtet

teſtatorem heredis nomen ut indigni deleviſſe. & 4. 5. ſolvuntur oppoſita.

6. Quid ſi teſtamentum totum ſit deletum, ſed adſcriptum ſit, unius id factum cauſâ.

1 QVæ inducta [a] aut deleta à teſtatore prudenter ſunt, non valent. Quid igitur pluribus inſtitutis unius nomine inducto? & rectè dicimus, ei præjudicium ſoli eſſe, *ut hic in l. 2.* Nec Cujacium probamus, [b] qui putat indefinitè, heredis inducti portionem ferè fiſco accidere, *arg. l. 3. princ. hic.* quia id quidem ita eſt, ſi inſtituto ademptio ut indigno facta ſit, *ut in l. 4 C. de His Quæ ut indig.* Alias verò, ſi inteſtatus decedere voluit, magis eſt portionem ademptam coheredi vel ſubſtituto deferri, aut iis non exiſtētibus, deferri legitimis *l. ult. inf. h. t. l. 1. §. pẽ. Si Tab. Teſt. Non Exſtab.* Proinde & quod Cujacius autumat hoc loco in verbis his: *Sed ſi inſtituti nomen induxit, & ſubſtituti reliquit, inſtitutus emolumentum hereditatis non habebit,* pro *inſtituto* legit *ſubſtituto*, ſupervacuum & inane eſt, cùm ſubſtituto in ea ſpecie non aliter hereditas adimatur, quàm ſi inſtituto auferatur ut indigno. Ejuſque rei certiſſimum argumentum eſt, quod ſubſtitutiones ferè tollendi caduci cauſâ ſunt inventæ, *l. un. prin. C. de Cad. toll.* Neque enim caducum fiſco defertur hodie ex teſtamento, niſi cōſtet alicui auferri ut indigno, *d. l. un §. qua autem 12.* Vt id fiſco intentionem ſuam ea in re fundanti ſit probandum. Accedit ratio juris, quæ non patitur aliquem ex parte decedere teſtatum, & ex parte inteſtatum. *Duar. lib. de Iur. accreſ. c. 18.*

3 *Fach lib. 4. contr. c. 97.* Ceterum in [c] dubio quid dicendum? Accurſius, Cujacius fiſco deferendum, ut conſerventur legata, *arg l. 3. hic.* Accedit quod legitimis, ſi obtinere velint, probandum ſit teſtatorem voluiſſe decedere inteſtatum, *l. ult. inf. eod.* Cinus & Dinus contra, *allegati à Bart. hic in l. 2. & in l. noſtram. C. de Teſtam.* Moventur eo quòd teſtator in dubio non magis indigno quàm ceteris ſuccenſere cenſetur, *l. cum quidam. 24. De leg. 2.* item eo, Quod jure novo cautum eſt, teſtamentum ex voluntate teſtatoris inciſum aut cancellatum non valere, niſi id acciderit caſu, *l. noſtram. C. de Teſtam.* Et id quidem jure novo magis eſt. Nec obſtat *d. l. ult. inf. eod.* [d] quia ea obtinet pluribus tabulis

4 ejuſdem ſententiæ confectis. Eo enim caſu legitimi probare tenentur, inciſionem factam voto ſucceſſionis inteſtatæ. Quod & Caſtrenſis probavit *in d. l. ult.* In ceteris [e] probabile eſt, olim hanc quæſtionem totam

5 voluntatis fuiſſe, de qua tamen cautum Senatuſconſulto & reſcripto D. Marci fuit, ipsâ inductione aut inciſione cenſeri ſcripto jus ſuum tanquam indigno ablatum, *l. cum quidam. 12. & l. 19. §. fin. De His Quæ Indig.*

Digitized by Google

Indig. Sed eſt ea res Iure novo prorſus definita, ita puta, ut inciſo lino aut ſigillo uno vel pluribus, non valeat teſtamentum, *per d. l. noſtram. 30. C. de Teſtam.* quâ veterum hac de re contentio diſertè refertur. Tametſi verò ea l. ſolius inciſionis vel lini, vel ſignaculorum meminerit, eandem tamen rationem inciſionis eſſe quæ inductionis *d. l. 12.* & *l. 16. § fin.* conjunctæ arguunt. Atque hoc Baldo viſum eſt, & ceteri probãt, *Bart. poſt Cin. & Din. hic.* dicens omnes Doctores Dinum ſequi. *Additio ad gl. in d. l. 30. Gotofr. ibid.* Denique ſi totum teſtamentum inciſum ſit, cancellatum aut inductum, evaneſcit quidem teſtamentum, ſed ſi aſcripſerit, ſe id facere unius causâ, cetera manent rata, & legata debebuntur. *ut hic. in l. 2.* idque obtinebit etiam, heredis inſtitutione in univerſum inciſâ aut deletâ, cùm in legatis id factum non ſit, niſi omnes voluerit exhereda legatis privatos diſertè. *ut hic. in l. 3.* Iunge his quæ nos infrà *in l. pen. De Bon. Poſ. ſec. Tab.* 6

Ad l. ult.

Vide quæ nos in ll. præmiſſis.

De Heredibus inſtituendis
TIT. V.

Ad l. 1.

AD princ. hujus l. vide noſtra in l. 3. §. filius. ſuprà de Lib. & Poſt. Her.

Ad § ſi ex fundo.

Vide noſtra infrà latè ad l. ex facto 35. eod. tit.

Ad l. 2.

Teſtator ita inſtituit heredes, *Ex partibus quas adſcripſero,* vel, quod perinde eſt (ni voluntas refragetur) *ſi eis partes adſcripſero,* etiamſi adſcriptæ partes nullæ fuerint, valet inſtitutio. Contra quam Marcellus ratus eſt. Magiſque eſt utramque inſtitutionem valere quaſi duplici modo factâ, puta, Ex partibus quas adſcripſero heredes ſunto, vel, ſi non adſcripſero, ex partibus æquis. Quod ſi inſtitutio ita fiat, Ex qua parte me Titius heredem ſcripſit, vel ex his partibus quas adſcripſi, vel ex his partibus quibus teſtamento matris ſcripti fuiſſent, cùm partes nullæ adſcriptæ eſſent, inſtitutio nulla eſt, eo quod credatur huic ineſſe conditio, ſi quæ partes ſint adſcriptæ. Quæ puta non exſtitiſſe cenſetur partibus nullis adſcriptis. *ut hic.* Nec ad rem facit *l. Titia. princ. inf. de leg. 2.* quia ibi libertati fideicommiſſariæ conditio mera adjecta eſt, quæ ſenſum duplicem non admittit, uti admittunt ſpecies ſuprà poſitæ. Minuſque obſtat *l. qui plures. 18. inf. de Uſufr. leg.* namque ibi le-

garum magis inutile eſt, quòd legatariorũ perſonæ incertæ ſunt, quàm quia non perfecit teſtator quod pollucitus erat. Opponi quoque ſolet *l. Clemens. 81. §. 1. inf. eod.* Sed ea convenit argumento hujus legis. Rectè enim ibi dicitur, non eſſe captatoriam inſtitutionem, quæ referatur ad partem ex qua Titius teſtatorem inſtitutum recitaſſet, cùm puta cõditio exſtitit, & inſtitutus aliqua ex parte ſit; rectè quoque inanem inſtitutionem eſſe nullo teſtamento à teſtatore ipſo recitato, cùm eo quoque caſu inſtitutio merè conditionalis ſit, ſi nullum teſtamentum ſit recitatum. Prorſus ut in propoſito refertur de iis qui inſtituuntur ex partibus quæ adſcriptæ ſint, cùm interim nullæ adſcriptæ eſſent. Verbum enim recitaſſet in oppoſita l. uſurpatum, etiam præteriti temporis eſt. Licet Cujacius & alii id non animadverterint, eoque minus dextrè iſtam l. explicarint. Ad l. 3.

Principio hujus l. & §. 1. adde l. pen. C. de Neceſſ. Serv. Relatus eſt etiam §. 1. ſuprà in noſtris *ad l. commodiſſime. tit. 1.*

§. Aperturæ.

Refertur ſuprà in noſtris ad l. ſub conditione. 20. De Lib. & Poſt.

Ad l. Suus. 4.

Filius ſub conditione inſtitui nequit, niſi quæ ſit in ipſius poteſtate. *vt hic.* Quatenus verò id ita ſit vel minus pluribus ſuprà explicamus *in l. filius. 28. ſup. De Lib. Et Poſt.* ubi vide.

Ad l. 5.

Vide noſtra in l. 28. ſuprà. De Lib. & Poſt.

Ad l ſi conditioni. 6.

§. Solemus dicere.] Huc refer l. liber. 59. §. ſi heres. h. t. item l. Ariſto inf. de Manum. Teſt.

§. fin. Refertur in noſtris ſuprà *ad l. 13. §. 1. De Lib. & Poſt.*

Ad l. quoties. 9.

§. Si quis nomen 8.] Sola contumelioſa demonſtratio ad inſtitutionem heredis non ſufficit, *vt hic. in fin. §.* niſi & una nomen vel alia demonſtratio certa addatur, ut ſi quis dicat Filius meus nequam, vel peſſimè &c. meritus, valet enim hæc inſtitutio, *l his verbis. 48. §. 1 inf. eod.*

§. ſi duo. 13.

Ad hunc §. vide noſtra infrà ad l. ex facto. 35. eod. tit.

§. penult. Pertinet ad ea quæ nos in l. 34. inf. eod.

Ad l. 10. & l. 11.

Vide noſtra ad d. l. ex facto. 35.

Ad l. interdum. 13.

Princ.] Obſtat *l. pen. §. Lucius inf. De Leg. 2.* Vbi idem eſt voce æquè non adjectâ: ſed ibi manifeſta voluntas teſtatoris eſt, prohibentis rem generatim è familia alienari.

Ad l. ex facto. 19.

Qui ex parte vacua relictâ ita inſtituerit, Si mihi Seius heres non e-

Digitized by Google

tit (quem non inſtituerat) Sempronius heres eſto, Sempronius, quia ei pars data eſt quæ non exiſtit, ad vacantem non admittetur. Rectè hic Cujacius, aliter quàm Antonius Auguſtinus, in verbis his: Si mihi heres non erit, negationem aſſerit non tollendam; tametſi & Auguſtini ſententiâ admiſsâ, vera reſponſi hujus definitio ſit.

Ad l. quo loco. 20. §. Si jam mortuo.

SI jam mortuo quadrans, alii dodrans data ſit, & alius ſine parte ſcriptus, poſterior ſemiſſem habebit. Id nos hic deſignatur *altero.* Quare verò? quia defunctus alterum ſine parte ſcribẽdo, cùm jam ante in partes alias omnes inſtituti ceteri eſſent, id voluiſſe cenſetur, ut tertius ſemiſſem ferat, cum re utrique conjunctus foret. *l. 63. inf. eod.* nam & potiſſimum in hac re voluntas ſpectatur teſtatoris. *ut hic* Relinquetur igitur alteri tantùm quadrans, dodrante defuncti dividenda inter utrumque pro rata juris accreſcendi, *l. un. § in primo. C. de Cad. Toll.* Quod IC. hic, uti indubitatum, non attingit. *Adde noſtra in l. 16. § ſi quis. De Teſt. Tut.*

§. Quod ſi vivus.] Vivo & mortuo conjunctim inſtitutis ex ſemiſſe, ex altero inſtituto alio: æquas partes habebunt, quia mortui pars pro non ſcripto ſit, *ut hic.* ut tamen jure accreſcendi cedat conjuncto. *l. heredes. 63 inf. eod.* Ad l. ſi te. §. 1. & fin.

Vi. noſtra inf. ad l. 17. De cond Inſtit.

Ad l. illa inſtitutio. 32.

1. Heredis inſtitutio itemq; legatum an & quatenus in voluntatẽ tertij conferri poſſit. et nũ. 2. 3. 6. 4. Quibus verbis arbitrium boni viri cenſeatur electum. 5. Explicatur l 1. inf. De leg. 2. Item l. Senatus. 34 § legatum. num. 7. & n. 9. De leg. 1. 10. An in arbitrum hac in re electus, arbitrari cogatur. 11. Quid ſit de arbitrio electo in contractibus, deque jure Canon. num. 12.

HEredis inſtitutio conferri * nequit in volũtatem alterius, ut quem 1
Titius voluerit heredem inſtituo, *hic. & l. captatorias. 70. inf. eod.* Niſi quod id admittatur *, ſi impliciter ſeu tacitè coditionaliter fiat, ut 2
ſi Titius capitolium aſcenderit, utilis enim hæc inſtitutio eſt, licet directo* jure vix admitteretur. *l. ſi quis. 86. inf. eod.* Idemque eſt in legato, *l. nonnunquam. 32. in fin. de Cond. & Dem.* Diverſum tamen eſt in legata libertate, aut ſi heredis voluntas electa ſit tanquam arbitrium viri boni, *l. fideicommiſſaria 46. § 3. inf. de fideicommiſſ Lib. l. 1 §. 1. De leg 2.*

Digitized by Google

Quibus verbis * verò arbitrium boni viri electum cenſeatur, elegan-
4 ter alibi traditum eſt, vide *l. fideicommiſſa. 11. §. quanquam. 7. inf. de Leg. 3.*
5 Non obſtat textui noſtro l. 1. princ. inf. * de leg. 2. nam quod ibi quæ-
ri videtur quid interſit inter legatum ità relictum, ſi capitolium aſcen-
derit, aut ſi Titius voluerit, id plerunque malè legitur interrogativè.
Legendum enim enunciative eſt, Quid intereſſe, id verò eſt aliquid in-
tereſſe. Idque & rectè Accurſius obſervat *in d. l. 1.* & veriſſimum eſt,
licet alii hic antinomiam graviſſimam ſtatuant, alij rem omnino vel
deſerant, vel involvant. Sed & in legatarii voluntatem conferri lega-
6 tum expreſsè * poteſt, ut ſi declaret ſe agnoſcere legatum, idem ad he-
redes transferat, ſin minus, contra. *l. ſi ita. 65. §. illi. inf. De leg. 1. l. ſi ita*
7 *expreſſum. 69 inf. De Cond. & Dem.* Eoque pertinet * l. Senatus. 43 § le-
gatum inf. de Leg. 1. quia ibi voluntas aliena pro voluntate legatarii
accipitur, idque reſpectu heredis, *rectè DD. ibidem.* Perindè ſi lega-
8 tum * in arbitrium ejus, & non expreſſam voluntatem conferatur, ob-
ligabitur pro arbitrio viri boni, ac ſi in arbitrium tertii collatum eſſet,
l. ſi ſic legatum. 75 inf. de Leg. 1. & *d. l. 11. §. quanquam. De leg. 3.* Idemque
eſt ſi dicatur, niſi heres voluerit, *l. fideicommiſſa. 11. §. ſic fideicommiſſum.
inf. de Leg. 3* licet in expreſſa voluntate poſitum non valeret. *d. l. ſenatus.*
9 *§. legatum.* Quod ſi ita legetur, * *Cum voluerit*, legatum debetur ſim-
pliciter, ſed ſolus temporis tractus ineſt, cùm ſolvere is à quo relictum
eſt etiam ultimo vitæ tempore poſſit, ſi tamen non ſolvat ipſe, præſta-
re legatum heres tenetur. Quod ſi legatarius antè præſtitum aut con-
ſtitutum fideicōmiſſum decedat, nihil transtuliſſe videtur, quod dies
incertus in ultimis voluntatibus pro conditione ſit. *d. l. 11. §. hoc autem*
10 *legatum. de Leg. 3. l. dies inf. de Cond. & Dem.* Illud quæritur, an * cujus
arbitrio legatum decernendum relictum eſt, arbitrari cogatur, & ſi no-
lit, an deveniatur ad alium: Et quidem cogendum eum ſi non recepe-
rit, dicimus difficilius, legatum tamen deberi, *l. turpia. 54. §. 1. de Leg. 1.*
ad alium idcircò deveniendum magis dicimus *l. in perſonam. 22. § & ge-
neraliter. De Reg. Iur.* Fieri enim arbitratu alicujus jus ſignificant, *l. illa
verba. 68. de Verb. Sign.* quod dici non poſſet, ſi ab ejus mera voluntate
pendeat actus totus. Idque & in optione arbitrio tertij legata veteri-
bus diſputatum, à Iuſtiniano ità expreſſè definitum eſt, *l. ult. § 1. C. Com.
de Leg.* Nec mutat l. 6. inf de Cond. & Dem. quia ea ſimpliciter innuit,
eum ex cujus arbitrio exſtrui monumentum debebat, non incidere in
pœnam à defuncto ſtatutam nolente vel non potente arbitrari eo cujus
arbitrium eſt. Neque enim inde ſequitur heredem obligatione ſolutū
eſſe, ſi fortè is cujus interſit, cuique actio ex teſtamento parata eſt, eam
12 quandoque proſequi velit. In contractibus tamen contra * eſt, nec
arbitrium aliter ſubſiſtit quàm ſi arbitretur is in quem id collatum eſt.
*l. ult. C. de Cont. Emp. §. 1 Inſt. eod. l. 75. Pro ſoc. l. ſi merces. 25 Loc. l. & ideo
44. de V. O. vi. noſtra ſuprà ad l. ſocietatem. 76. cum ll. ſeqq. Pro Soc.* Planè
quod

Digitized by Google

quod nonnulli quærunt, num jure Canonico * ſuperioribus contra- 12
rium cautum ſit, *per c.cum tibi de teſtam.* vbi dicitur non decedere inteſtatus committens voluntatem extremam in alterius diſpoſitionem, id fruſtrà in dubium vocatur, cùm diſpoſitio alterius ibi accipiatur pro arbitrio.

Ad l.hereditas. 34.

HEreditate * ex die vel ad diem data, vitio temporis ſublato, inſtitu- 1
tio ſalva manet. *vt hic. & §.heres. Inſt. eod.* Id accipe de die expreſſim
additâ. Tacitè * nimirum id fieri poteſt, *l.quoties. 9. §. pen. ſup. eod. l.in* 2
tempus. 62. inf. eod. l.ſi mater. 33. inf. tit. prox. Nec mutat l.poteſt. 56.* inf. 3
eod. quia ibi inſtitutio non tam diem continet quàm conditionem.

Ad l.ex facto. 35.

1. Heres inſtitui ex re certa poteſt, & 2.

2. Solvuntur oppoſita.

4. Quid ſi ſolus inſtitutus ex re prohibitus ſit pcipere plura. 5. Explicatur l.ult.de iu. Codicill.

6. Quid ſi quis inſtitutus ex uſufructu ſit.

7. Explicatur l.peto.princ.de leg.2.

8. Quid ſi quo in uſufructu inſtituto poſt mortem ejus alius inſtitutus ſit. & 9. & 10.

11. An inſtitutus ex re certa unà cum inſtituto ex aſſe vel partibus ejus, participet ex emphyteuſi conceſſa pro ſe & liberis.

12. Bartolus malè à Fachinæo notatus.

13. Quid juris ſit in emphyteuſi hereditaria.

14. Num inſtitutus ex re certa mitti in poſſ. ex edicto D.Hadriani queat.

HEres inſtitui * etiam ex re certa poteſt, quo facto, res perinde cen- 1
ſetur, ac ſi inſtitutus detracta fundi mentione foret. *l. 1. §. ſi ex fundo. ſup. eod.* Idemque * eſt inſtitutis pluribus ex re aliqua certa, *vt hic.* 2
vel partibus ejus, ſinguliqu e eo caſu ex ſemiſſe hereditatis ſuccedent, *l.quoties.*

Digitized by Google

l quoties.9.§ ſi duo. & l.10.inf.eod. At obſtat quod heres ejuſmodi loco*
3 legatarii eſt, *l quoties. 15.C. eod.* ſed id haud aliter ita eſt quàm ſi & unà
plures ex parte aſſis, vel ſine parte & re certa ſint inſtituti. Revera ta-
men heres eſt *l. liber homo. 59.§. 1.inf.eod.* ut luculẽter & rectè Nobilis &
Ampliſſimus Dominus Marcus Lielama à Nyholt ICtus clariſſimus
adverſus Antonium Fabrum docuit. Tota enim hæc res (puta num
quis heres, an non ſit) pendet à forma & verbis inſtitutionis. Nam
cum non legatũ fideicõmiſſum, aut donatio mortis causâ filio relicta,
reſciſſionẽ teſtamenti quo filius præteritus aut injuſtè exheredatus eſt,
Nov.115.c.3 at inſtitutio filii ex re certa impediat reſciſſionem teſta-
menti, & actioni ad ſupplementũ legitimæ locum pariat, *d. Nov. 115.
c. 5.* ſequitur, inſtitutionem ex re non eſſe legatum. Vnde & heres e-
juſmodi Falcidiâ fruitur, & teſtamentum quo quis ex re certa inſtitu-
tus eſt, rumpit teſtamentum prius quo alii inſtituti ex aſſe fuere. Adeo
quidem ut etiamſi teſtamẽto poſteriori ſubjectum fideicommiſſum ſit
de hereditate priori teſtamento ſcriptis reſtituenda, rumpatur prius &
fideicommiſſo locus fiat, nec obtineant priori teſtamento ſcripti dire-
cto jure, *l.ſi quis priore. 29. Ad SC.Treb.* Vt & cùm teſtator hereditatem
totam dividit, *l. quoties C. Fam. Erciſc.* Quod igitur inſtitutus ex re
certa concurrens cum inſtituto ex aſſe vel parte ejus dicitur loco lega-
tarii eſſe, id eò pertinet quod ære alieno non oneretur; & rurſus quod
imminutionem patiatur à Lege Falcidia, ſi quando ratio ejus habenda
ſit, *d.l. quoties. 13. C.de Her.Inſt. & arg. hujus textus in §.1 verſ. quare. l.co-*
4 *heredibus. 17. C. ad L Falc.* Sed quid ſi ſolus inſtitutus * ex re, plus
quam illam ipſam percipere prohibitus ſit? & Bartolus autumat ver-
ba tabularum obſervanda, & eo demum caſu cum heredem futurum
ſolum quo ei alter adjunctus fuerat, qui non exſtiterit heres; quaſi pu-
ta eo caſu ceſſet prohibitio teſtatoris, quâ videbatur alteri magis fave-
re, *arg. l.peto 69. inf. De Leg.2. junct. l. 2. §. ſed ſi ſint. Ad SC. Tertull.* a-
liàs verò obſervandam voluntatem teſtatoris. *arg. d.l. quoties. 9.§. ſi duo.
verb. ſi modò voluntas non refragetur. ſup. eod.* Eoque & inclinat Decius
in L. 1. num. 2, C. de Teſt. mil. quòd ſc. voluntas teſtatoris ſit ſervanda,
arg. d.l.9. §. ſi duo. & §. diſponat. in Nov. de Nupt. Nec referre hoc ca-
ſu, quòd nemo pro parte teſtatus & inteſtatus decedere poſſit, quia cor-
ruat in propoſito teſtamentum, *arg. l.ult. inf. de Codicill.* Magis tamen eſt
etiam in hac ſpecie inſtitutum ex re certa, tametſi ſolus inſtitutus ſit,
gaudere pleno jure heredis. Movet quod prohibito herede aliqua non
capere, perinde res cenſeatur, ac ſi ejus rei facta mentio non eſſet, *l. ſi
ita quis. 74. inf. eod.* Accedit, quod ſoli militi conceſſum privilegio eſt
heredem ex re certa inſtituere, & pro reliqua hereditate decedere inte-
ſtato, *l. ſi miles. 6. inf. de Mil. Teſt.* quodque in paganis id contra ratio-
nem juris ſit, *l. jus noſtrum. de Reg. Iur.* Nec obſtat prohibitio appoſita,
quia nemo facere poteſt, ne leges in teſtamento ſuo habeant locum,

l. nemo.

l.nemo poteſt. de Leg.1. Minuſque ad rem facit *d. l. 9. §. ſi duo.* quia ea pertinet ad voluntatem teſtatoris prohibitioni juris nõ repugnantem. Perinde * nec obſtat *d.l.ult.de Iure Cod.* quia ibi agitur de legato mero 5
tabulis relicto, hic verò de relicto titulo inſtitutionis. Sed & hoc malè Decius, ibi teſtamentum corruere: cùm potius ſententia ejus legis ſit, legatum tabulis relictum valere quoque ex teſtamento nuncupativo. *vi. noſtra ib.* Quid ergo ſi quis inſtitutus * ex uſufructu ſit, nemo- 6
que præterea poſt ejus mortem? Caſtrenſis, mortuo inſtituto heredes legitimos futuros, *lib. 2. Conſil. 241. ſeq. Menoch. lib 4. Præſum. c. 141. num. 5.* Cornæus verò contra, proprietatem accedere inſtituto, *lib. 1. Conſ. 60. num. 6. ſeq. Mant. de Conjec. ult. Vol. lib. 4. tit. 5. princ. num. 13.* Cujus ſententia ex Juris ratione magis obtinet, *per hunc tex. d. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. 9. ſup. eod. cum ſim.* maximè cùm nuſquam ea ſpecies ab hac regula ſit excepta. Adeoque probetur diſertè in *l. ſi quis ita. 74. inf. eod.* retentâ ſcilicet lectione vulgatâ, in verb. *excepto fundo, excepto uſufructu;* ubi vulgata exemplaria legunt, *ex certo fundo, ex certo uſufructu.* Et rectè proinde dicimus, tempus mortis implicitè voce Vſusfructus contentum, pro non adjecto eſſe, cùm ne quidem dies expreſſa pro adjecta cenſeatur, *l. hereditas ex die, 34. inf eod.* Nec mutant in contrarium allata, & in primis *l. ult. C. de Leg.* quia ea obtinet in legato vel fideicommiſſo mero, cùm & præterea inſtitutus ſit heres. Sic & *l. Titia. 34. §. fin. inf. de Leg. 2.* quæ & ipſa diverſæ ſententiæ authoribus allegatur) obtinet in legato, quo expreſsè cavetur, id poſt mortem legatarii ad heredem legitimum rediturum. Idemque * reſpondendum ad *d. l. peto,* 7
69. princ. eod. tit. de Leg. 2. quia ibi in primo reſponſo agitur de fideicõmiſſo particulari, in ſecundo verò & tertio de fideicommiſſo tacito (non etiam de inſtitutis in re certa) reſtituendo eâ lege ut inſtitutus retineat certam partem. Quamobrem rectè dicimus à diverſis adverſus perſpicuam ſententiam hujus textus & ſimilium nihil rectè inferri. Maximè cùm nuſquam relatum ſit, heredem ex re certa inſtitutum, legatarium eſſe, ſed ſimpliciùs eum eſſe legatarii loco, *d. l. 13. C. eod.* id enim eſt pro legatario, in aliquo ſcilicet, ut ſuprà explicamus.
Quid ergo,* ſi uxore in uſufructu inſtitutâ, poſt mortem ejus alius in- 8
ſtitutus ſit heres? & aliquibus viſum eſt, ſi alter ei ſupervivat, adeatque hereditatem, eum ſimpliciùs fieri heredem, ſin minus, proprietatem accreſcere uxori, *Aretin. in l. filius à patre. De Lib. & Poſth. Covar. lib. 2. var. Reſol. c. 2. num. 5.* Alii mulierem directò heredem fore, alteri verò hereditatem poſt mortem ejus (ſi ſupervivat) reſtituendam jure fideicommiſſi, *Alex. lib. 2. Conſ. 162. Menoch. lib. 4. Præſump. c. 141. num. 26.* Diverſitas ſententiæ utriuſque effectu ipſo in eo eſt, quòd ex ſententia poſteriore priùs inſtituta quandoque Trebellianicam habeat, ex priore non item. Sed confirmat ſententiam priorem, quod inſtitutio etiam ex die incerta fieri poteſt, *not. in §. heres. Inſt. de Her. Inſt.* quaſi pu-

ta ſub conditione; quodque inſtitutio etiam fieri poteſt ex parte poſt
9 * mortem alterius, *l. qui filio 38 princ inf. h.t. & l. filius à patre 28. in fin. princ. ſup De Lib. & Poſt.* ratio autem hujus rei hand alia eſt quàm quod
ſit aliquis heres, qui interea ſuſtineat teſtamentum. *not. in d. l. filius à patre. in fin principij.* Vnde & ex eadem ratione dicendum idem in propo-
ſito eſt. Nec refert quòd in Vſufructu inſtitutus, inſtitutus in re ſit,
eoque legatarii habeatur loco *d. l. 13. C. eod.* Verum enim interim eſt
eum eſſe heredem, at legatarii loco eſſe reſpectu Falcidiæ & æris alie-
ni. Sed nec ad rem facit, quod is qui ſemel heres eſt, non deſinat eſſe
heres, *l ei qui ſolvendo 88 inf. eod* (Vnde hic dicendũ videbatur, in uſu-
fructu inſtitutum heredé non eſſe) quia id non obtinet in propoſito, eò
quod non deſinat eſſe heres is, qui hereditario jure uſufructu bonorũ
fretus eſt, eoque jure obventiones omnes pro tempore vitæ perceptas
retinet in perpetuum. Non mutat etiam *l. Scævola 76. ad SC. Trebell. inf* quia ibi ſubſtitutio pupillaris inutilis convaleſcit in vim fideicom-
10 miſſi, cùm in propoſito utraque inſtitutio utilis ſit. At * illud obſer-
vandum, inſtitutum ex uſufructu nihil interim amplius participare, eò
quod ex re inſtitutus unà cum alio inſtituto ex aſſe vel parte ejus, ha-
beatur loco legatarii, quoad onera æris alieni, *ut hic. & d. l. 13. C. eod.* ſit interim, ex forma & tenore inſtitutionis revera heres. Si
tamen quis ſolus ex ſolo uſufructu inſtitutus ſit, heres erit ſolus, quia
uſusfructus rei incorporalis nomine venit. Et verò tametſi huic ſen-
tentiæ nonnulla videantur obſtare, ut *l. ult. C. de Leg. l. Titia cum teſtamento §. fin. de Leg. 2. & l. peto poſt princ. verſ. idem dicemus, eod. tit.* tamen
in iis omnibus agitur de fideicõmiſſis aut legatis, quorum cauſa ſepa-
11 rata eſt ab inſtitutione directa. Illud quæritur, * An filius inſtitutus ex
re certa unà cum inſtituto ex aſſe vel partibus ejus, participet ex em-
phyteuſi conceſſa pro ſe & liberis, quod Bartolus autumat, idque argu-
mento liberorũ patroni, qui operas æquales à liberto exigunt, etiamſi
ex inæqualibus partibus ſint inſtituti, *l. ut juriſiurandi. §. ut liberi. inf. De Op. Lib.* Sed hoc Caſtrenſis ita temperat, ſi emphyteuſis Eccleſiaſtica
ſit, quia ea ferè ad filios, & rarius ad extraneos tranſeat, verum in ſe-
culari contra ſtatuit. Rectius tamen ſimpliciter Bartoli probata in hac
re ſententia eſt, non tam argumento liberorum patroni ab ipſo moto,
quàm quod Emphyteuſis liberis ſtipulata, conſuetudine non tranſeat
ad heredes extraneos, exemplo puta feudi. *Cõmun. dicit Clar. in tr. Emph. q. 38. poſt Curt. in tr. Feu. par. 2. prima partis, tertia partis principalis q. 5.* De-
12 nique malè in hac re Bartolus à Fachinæo, *lib. 4. Contr. c. 20.* notatur,
quaſi puta is id quoque admittat in emphyteuſi conſtituta pro ſe &
heredibus, cùm tamen ille diſertè agat de conſtituta pro ſe & liberis,
nulla heredum factà mentione, *in d. l. ut juriſiurandi. §. ſi liberi. num. 6.*
13 In emphyteuſi enim * hereditaria rectius ità ſtatuimus, inſtitutum in
re certa non aliter ex illa participare, quam ſi inſtitutus ſit ſolus, vel
cum

Digitized by Google

cum alio perinde ex re inſtituto, cùm dato ei coherede ex aſſe vel parte ejus pro legatario ſit. Idque inter omnes conſtare Coverruvias annotat, *lib.2. Reſol.c.18. poſt num.5. Clar.d.lo.* Num verò inſtitutus * ex 14
re certa, etiam mitti in poſſeſſionem ex l.ult. C.de Ed.Divi Hadr.Tol. poſſit: Fachinæus non putat *lib. 4.Contr. c.21.* Ceteri contra, quia teſtamento verè ſit ſcriptus heres, *ut hic. Curt.Iun. in d.l. ult.num. 38. vide alios apud Tiraq. in tr. le mort ſaiſit, par. 2.decl. 4.num.13.* & hoc beneficium etiam ex parte ſcriptis ſit paratum, *d.l.ult.* & hæc ſententia igitur benignior eſt. Parumque ad rem facit argumentum Fachinæi, inde ductum, quod hæres hic loco legatarii ſit, quia id ad L. Falcidiam, & rationem æris alieni pertinet, cùm interim revera ſit heres. *vi.noſtra ſupra ad princ.hujus l.*

Ad l.qui filio.38.

Princ.] Si legetur alicui ſervus, idem poſt mortem legatarii inſtitui heres ex parte poteſt, quin & filio legatario aut heredi etiam inſtituto ſubſtitui poteſt. *ut hic,junc.l.ſi ſervus.18. cum l.ſeq.inf.tit.prox.* Non mutat l.ſi poſt mortē.§.pen.& ult.inf De Leg.1. quia ejus duplex ſpecies eſt, prima enim legatum, cùm pendeat pro conditionali habetur; altera textus diſponit legatum non pendere, verum inutile protinus fore, non quia legatarius eo interea non fruatur, ſed quod libertas in omnem eventum obtingere ſervo debeat.

Ad l.ſi pater.40.

Titium ſervum ingenuum * eſſe putans ex parte heredem ſcripſit, eique, ſi heres non eſſet, Sempronium ſubſtituit: dein, Titius juſſu domini adiit hereditatem, Sempronius admittetur in ſemiſſem. Ratio enim ſubjuncta *(in verſ. Num qui ſcit.)* indicat, potiora argumenta domino favere, ut plus quàm plenè ſatisfiat ſubſtituto, ſi percipiat ſemiſſem. Nonnulla tamen exemplaria habent * *Sempronium coheredem ſubſtituerit*, nec malè addita voce *coheredem*, ut ſc. poſterius reſponſum de ſemiſſe inter dominum ſervi & ſubſtitutum dividendo reſpondeat priori. Idque & confirmat *l. prox.inf. & §.fin. Inſt. de Vulg. Subſt.* Idque & jam antè Alciatus *lib.1. Diſp. c.2.* Viglius, Goveanus probarunt. *2. Obſ.c.c.6.* Magis tamen authoritate Theophili dicimus, ſubſtituto etiam non inſtituto idem dicendum. Idque ob errorem teſtatoris. Non obſtat * *l.cum proponas.C.eod.* quia ibi agitur de cauſa voluntatis; cum noluerit teſtator ad alium quàm inſtitutum hereditatem pertinere, quin voluerit ſubſtitutū admitti; nec tamē ibi traditur quid ſtatuēdum in dubio ſit, de quo caſu hic agitur, ut rectè ibidē Accurſius in gl.magna, in fin. contra quàm gloſſatores veteres Petrus & Rogerius, docuit.

Digitized by Google

Ad l.ſi Mævia. 45.

1 IMpoſſibilis * conditio, item turpis vel jure vetita (quæ impoſsibili comparatur) in teſtamento nullam vim habet, unde ſortitur voluntas effectum perinde ac ſi ea adjecta non eſſet. *ut hic. §. impoſſibilis. Inſt. eod. l. cùm in ſecundo. 16. in fin. De Injus. Rup. & Irr. l. 6. l. 9. & l. 14. inf. De*
2 *Cond. Inſt. l. 5. De Cond. & Demon. & paſſim.* Niſi ſuus ſit, * qui inſtitui nequit, ſub alia conditione quàm quæ in ejus ſit poteſtate, *l. 15. De Cond.*
3 *Inſt. junc. l. 4. ſup. h. t.* Sed & ſi * conditio nullâ in parte per ſe impoſsibilis ſit, verum ob perplexitatem ſui id efficiat, ut heres ex teſtamento exiſtere nequeat, diverſum erit, *ut in caſu l. ſi Titius. 16. De Cond. Inſt.*
4 Denique & * ſi omninò difficilis, non tamen prorſus impoſsibilis ſit, non vitiatur, *arg. l. 4. §. 1. De Statulib.*

Ad l. quidam. 46.

TEſtator alterius filium heredem inſtituere volens, rogatus ab eodē eſt, ne eum ſub conditione inſtitueret ſi emanciparetur, metuens ſc. patris offenſam. Inſtitutus igitur amicus filii, rogatu ipſius eſt, quem tamen teſtator non nôrat (inſtitui enim & ignotus teſtatori poteſt, *l. 11. C. eod.*) niſi hujus quoq; fidem ſecutus teſtator probetur, licet fidem ſuam interpoſuerit, heres ſcriptus erit. Si tamen à filio in id rogatus amicus eſſet, iſque reſtituere patrifamilias facto hereditatem recepiſſet, tenebitur mandati, quæ actio inutilis patri erit, filio verò utilis. Licet enim ea ipſo jure quæſita ſit patri, obſtat tamen ei exceptio doli ſeu in factum, ob diverſam voluntatem teſtantis. *ut hic.*

Ad l. ſi ita. 47. §. 1.

QVod hic dicitur de filia herede ſcriptâ, ſubintellige ex aſſe., ut ex ſequentibus patet. Obſtat enim alias *l. qui non militabat. §. filijs. inf. eod.* Inſtitutâ igitur filia ex aſſe, eâ conditione, ſi qui teſtatori virilis ſexus unus pluréſve naſcantur, ii dodrantem ferant, qui feminini, una pluréſve, ex parte quarta heredes ſint: poſtumo nato, hereditas in ſeptē partes dividēda eſt, è quibus poſtumus tres, filia quatuor ferat; eò quod teſtator voluiſſe cenſetur, ut poſtumus unam minus quàm filia capiat. Conſtitutione tamē Iuſtiniani hac in re mutatio ea facta eſt, ut poſtumus hac in ſpecie dodrantem, filia quadrantem ferat, poſtuma nata quadrantem, filia dodrantem, nati verò utriuſque ſexus, in tredecim partes dividatur hereditas, ut poſtumus novem, filia tres, poſtuma unam ferat. *vi. l. cum quæſtio. C. de Leg.*

Ad l. ſi alienum. 49.

§. in extraneis] verb. Sive ipſi heredes inſtituantur, ſive hi qui in poteſtate eorum ſunt. & ſeq. Obſtare videtur *l. ſi ſervus ejus. inf. de Adq. Her.* ſed ibi qualitas ſervi primò æſtimatur ex perſona domini, cum quo teſtamenti factio non eſt. Cùm tamen dominus ipſe ſine ſervo inſtituto acquirere hereditatem nequeat, maximè enim perſona ſervi ſimul

ſimul ſpectatur, ut mirum non ſit, ſervo domini incapacis, inſtituto dein ad libertatem venienti unà quoque deferri hereditatem. Id enim & favor teſtamentorum ſuadet. Nec mutat regula Catoniana, quia inſtitutio de qua hic, etiam teſtamenti conditi tempore utilis fuit, quod in regula Catoniana non ita eſt.

Ad l.poteſt.56.

Vide ſuprà *in l.34.eod.* ubi & hæc allegatur in noſtris.

l.liber homo.59.§.1.

Pertinet ad ea quæ nos latè de inſtitutione in re certa ſuprà eodem.

Ad l.ex facto.35.

§.Titius,2.) Allegatur in noſtris *ad l.7. De Vſufr. Accreſc.* ſuprà, ubi & plenè explicatur.

Ad l.qui volebat.61.

Filiam quis exheredavit quoniam eam contentam eſſe dote voluit, exheredatio jure facta eſt, *ut hic*. Dubium autem movebat in caſu propoſito, quod teſtator verbo præteriti tēporis *exheredavi* uſus eſſet; cum aliàs de exheredatione nil conſtaret. Valet tamen ea ob rationem ſubjunctam. Hodie verò hac in re inſpicitur jus novum ex Conſtitutionibus Iuſtiniani.

Ad l.ſi ita quis.66.

Vide noſtra ad l.pen.de Vſufr. Accreſc. ubi hæc explicatur.

Ad l.ſi quis.68.

Vide quæ nos latè ſuprà *ad l.32.eod.* ubi & hæc explicatur.

Verſ.finalis; *hic enim.*] Explicatur in noſtris ſuprà, *ad l.3.§.purè, & §.filius. De Lib. Et Poſth.*

l.Cornelius. 69.

Pertinet ad l.24.ſuprà eod. cui & conjungenda eſt. *l.12. inf. de Cond. Inſt.*

Ad l.captatorias.70.

Vide noſtra latè ſuprà ad l.illa.32.eod.

Ad l.ſi quis ſolidum.72.

Legem hic rectè Iuliam & Papiam intelligit Cujacius. Quippe quæ odioſa juris interpretibus fuit ſemper. *l.un.C.de Cad.Toll.*

Ad l.ſi ita quis. 74.

Vide noſtra latè ſuprà, *ad l.ex facto.35. num. 6.eod.*

Ad l.ſi filius.75.

Vide noſtra ſuprà *ad l.3.§.fin.De Lib.& Poſth.*

Ad l.ſervus.76.

Maritus uxori, & hæc ei mortis cauſâ donare poteſt. *l.ſi cum uxori.9. cum l.ſeq. De Don.int.Vir.& Vx.* donatū tamen cauſâ mortis dum donator ſupereſt, manet donantis. *ut hic. & l.ſed interim. 11. in princ. De Don.int.Vir.& Vx.* idque etiamſi hoc animo fiat, ut ſtatim fiat donatarii, *l.ſed interim.11.§.1,2.& penult.eod.*

Digitized by Google

Ad l. aſſe. 77.

Vide quæ nos infrà De Iure Cod. l. 2, §. fin. ubi tradimus an & quatenus codicillis hereditas dari poſſit.

Ad l. qui non militabat. 78. §. filiis.

Vide noſtra ſuprà ad l. 47. §. 1.

Ad l. Clemens. 81.

Vide noſtra ad l. 2, ſup. eod. quæ & ſolet opponi. Solutionem vide ibid.

Ad l. ſi quis ità. 82.

Regula juris civilis eſt: Non deferri hereditatem ab inteſtato quamdiu ſucceſſioni ex teſtamento locus eſt, *l. quamdiu. 89. de Reg. Iur. l. quamdiu. 39. De Adq. Her.* Excipe, Niſi aliter à teſtatore ſit cautum, in ſpecie ejuſmodi conditionali, Seius heres eſt, ſi legitimus heres vindicare nolit hereditatem, *ut hic.* Sed & Iure Prætorio non datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, quamdiu locus eſt bo. poſſ. contra tabulas. *l. æquiſſimum. De Bon. poſſ. Sec. tab.* cùm tamen decretâ bo. poſſeſſione contra tabulas, vel ſit, vel fiat defunctus propè inteſtatus, *arg. l. ut liberis. C. de Collat.* Sed hoc eò quod obtinente contra tabulas bonorum poſſeſſione teſtati cauſa (quantum quidem ad effectum attinet) ipſo actu ceſſet.

Ad l. Lucius. 85.

1. Explicatio hujus l. de ſubſtitutione ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit. & num. 5.

2 Liberi in conditione fideicommiſſi poſiti, an cenſeantur vocati. & num. 3. & 4.

6. Num & liberi naturales defectum conditionis introducant in caſu præmiſſo.

7. Num & legitimati.

8. Aut ex matrimonio legitimo nati & n. 9.

1 LUcius Titius fratrem * ex aſſe heredem inſtituit, ſique frater hereditatem adire nollet, aut priuſquam adiret moreretur, aut liberos ſuperſtites non haberet, Stichum & Pamphilum heredes inſtituit: frater adiit hereditatem, Stichus & Pamphilus nec in partem cenſentur admiſſi, quòd ille inſtitutus ex aſſe ſit, nec enim ex ſubſtitutione, fratre poſt aditam hereditatem ſine liberis defuncto, venient, quod adita jam

Digitized by Google

ta jam hereditas fuerit. *vt hic.* Dubium movebat favor libertatis, & teſtamenti. Quia tamen teſtator non fratrem modo, ſed & liberos ejus prælatos ſervis voluit, apparet ſatis, eum de vulgari ſubſtitutione directâ ſenſiſſe. Vnde orta * quæſtio eſt, An liberi in conditione fideicommiſſi poſiti, deficiente conditione cenſeantur ex tacita diſpoſitione, vocati. V.gr. Titius heres inſtitutus rogatus eſt hereditatem alteri reſtituere, ſi ſine liberis decedat: quæritur num Titio defuncto, liberi ſuperſtites fideicommiſſum retineant? (*quæ tractatur latè à Mantica de Conject. ult. vol. lib 11. tit 2. & 3. & Menoch. lib. 4. præſump. 76.*) Sed eſt ea quæſtio Doctoribus nimis incertè & indiſtinctè tradita. Vt verò de ea * re ordine agamus, controverſia hæc duplici caſu conſideranda eſt, puta aut de fideicommiſſo à parentibus relicto liberis, aut de relicto, collateralibus aliiſvé extraneis. Primo caſu generale eſt, liberis fideicommiſſum obvenire; ut; ſi pater filio heredi inſtituto injunxerit hereditatem tertio reſtituendam ſi ſine liberis decederet, liberi utique cenſeantur vocati. Cum & liberorum mentione omiſſâ, ſubſtitutio ejuſmodi deficiat, *l. generaliter 6. §. cum autem. C. de Inſt. & Subſt.* Idemque dicimus de aſcendentibus reliquis, *l. ex facto. §. ex facto. inf. Ad S.C. Treb. DD. in d. l. 6.* Ad collaterales & ceteros extraneos quod * attinet, DD. plerique cõtra *teſte Ioan. Fab. in d. l. 6. §. 1.* quorum ſententia magis obtinet; cùm illud ſingulatim cautum de patre teſtante inter liberos ſit, *vt in d. l. 6. princ.* Ità tamen ut conditio deficiat liberis ſuperſtitibus relictis, *l. filiusfamilias, 114. §. cum quis erit. De Leg. 1.* Et hæc quidem, aliis argumentis (quæ ceteri in probationem hujus ſententiæ adferunt) omiſſis, utpote ferè ab hac re omnino alienis, pleriſque probata ſunt. Non obſtat * hic textus, quia hic non de fideicommiſſaria ſubſtitutione agitur, ſed vulgari directâ. Et rectius dicimus, quod hic IC. ait fratrem etiam fratris liberos ſubſtitutis voluiſſe prælatos, eatenus eum ſpectaſſe ſucceſſionem inteſtati. Vt & alias ſub conditione quis inſtitui eâ poteſt, niſi legitimus heres vindicet hereditatem, *l. ſi quis ita. 82. ſup. eod. ubi vi. noſtra.* Sed an filii naturales etiam defectum * cõditionis in caſu præmiſſo introducant, alia quæſtio eſt. De qua ità ſtatuendum, ut pro parte intra modum legibus permiſſum relicta ſubſtitutio deficiat, cùm pro ea, & liberorum mentione omiſſa, tam naturales quàm legitimi ſubſtitutos excludant. *d. l. 6. §. 1. C. de Inſt. & Subſt.* Ad reliquum quod attinet, quæſtio omnis à voluntate teſtatoris depẽdet, & conditione ejus qui fideicommiſit. *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. Ad SC. Trebell.* Exemplo ſit ſpecies *d. l. ex facto. & l. heredibus. §. fin. eod. l. cum pater. 77. § volo. de Leg. 2.* Quibus poſitis abſurdè quæritur, utrum legitimati ſubſtitutos * ex eadem conditione excludant, cùm verè legitimi ſint, & ferè nihil differant à legitimè natis. *Nov. Quib. Mod. Nat. Eff. leg. §. ſit igitur licentia. Menoch. de Præſump. lib. 4. præſ. 79. & conſ. 266. num. 20. lib. 3. Mantica de Conj. ult. Vol. lib. 11. tit. 10.* Nec refert

2 (beside "Vnde orta * quæſtio"), 3 (beside "Vt verò de ea *"), 4 (beside "Ad collaterales"), 5 (beside "Non obſtat *"), 6 (beside "defectum * cõditionis"), 7 (beside "legitimati ſubſtitutos *")

quod

Digitized by Google

quod alii id in dubium trahunt, quia filiorum definitio eis non competat, *(quæ eſt in l. filium. ſup. De His Qui Sui vel Al. Iur. ſunt)* Quid ergo
8 go * ſi ita ſubſtitutio facta ſit, ſi deceſſerit abſque liberis ex legitimo matrimonio natis, an tantundem dicamus: & quidem de legitimatis reſcripto principis, vel curiæ oblatione, id dici non poteſt. De legitimatis verò matrimonio juſto ſequente diverſum dicimus, cum hi eâdem omnino quo poſteà nati fruantur fortuna. *d. Nov. 27. Quib. Mod. Nat. Eff. Leg. c. cum quis. 14. c. tanta. qui fil. ſint leg.* Eſt enim hæc præſumptio (quam vocant) juris & de jure, ſeu quæ argumenta in contrarium non admittat. Hæc ita niſi voluntatis quæſtio moveatur, ut ſi teſtator diverſum ſenſerit, & diſtinctionis causâ, contracto jam matrimonio natos ab antè natis, ſepararit diſertè. Eoque ſenſu ſententia aliorum accipienda eſt, qui ex adverſo contendunt factum (uti cetera quæ in facto conſiſtunt) concubinatus, quod teſtator reſpexiſſe cenſe-
9 tur, juris diſpoſitione non poſſe mutari. Planè quod alii rurſus * ex adverſo contendunt, liberos ejus qui in articulo mortis matrimonium contraxit, non excludere ſubſtitutum, *arg. l. filia mea. Sol. Matr. Ang. in l. ſed eſt. ſup. De Lib. & Poſt. Curt. Iun. conſil. 26. num. 9.* id quoque ceteris meritò repudiatum eſt, *Cyn. Ioan. Andr. Bal. Butr. & aliis alleg. à Ruino conſil. 78. num. 7. lib. 3.* Neque enim matrimonio contrahendo cuiquam tempus præfinitum eſt, ut neminem fraudare cenſendus ſit, qui ſuo jure utitur, *not. in l. nullus videtur. De Reg. Iur.* Nec ad rem facit d. l. filiæ, quia in ejus ſpecie repudium miſſum eſt in manifeſtam fraudem juris. Quod in propoſito dici non poteſt, cùm & matrimonii & liberorum favor contrarium arguant.

Ad l. jam dubitari. 86.

1 CErtum eſt ſuos * heredes inſtitui poſſe ſi velint, nec in defectû conditionis ejus exheredatione opus eſt, quia ea adderetur abſurdè. *ut hic.* Quod ſi velle ſe heredes eſſe quoquo modo declarent, amplius abſtinendi poteſtas non eſt. *§. 1. hic. junge l. 5. De Cond. Et Dem. princ.* Alias
2 tamen extraneus ſub conditione * inſtitutus, impletâ etiam conditione poteſt omittere hereditatem. *l. 1. §. 1. De Cond. Cauſ. Dat.* Impletâ enim conditione, perinde eſt ac ſi purè inſtitutus heres fuiſſet, *l. ſi pupillus. 26. De Cond. Inſt.* Heres igitur * ſuus protinus heres fit magis ratione pa-
3 triæ poteſtatis, quàm aditionis, *d. l. 5.* Extraneus verò * implemento
4 conditionis non fit heres, *l. ei qui. 13. De Cond. Inſt.* niſi id fecerit quaſi heres. *l. Antiſtius. 62. princ. De Acq. Her. poſt Accurſ. & Bart. Pac. Cent. 3. Enant. q. 92.*

Ad l. Pactum ejus. 92.

Species hujus l. omninò ſingularis eſt, quæ ſummam difficultatem ex rigore juris habitura ſit, niſi eam Princeps ex teſtatoris voluntate, uti

accidit,

Digitized by Google

accidit, finiiſſet. Ius enim Conſtitutionum à jure civili non rarò differre, notum eſt. *vi.noſtra lib, 1. Subtic. c. 6.*

De vulgari & Pupillari ſubſtitutione.

TIT. VI.

Ad l 1.

1. Inſtituti, Subſtituti qui quotuplices. & nũ. 2.
3. Num ſubſtit. vulgaris ea, ſi heres eſſe nequeat, referatur ad eam, ſi heres eſſe nolit.
4. Num ſubſtitutio vulgaris impediatur trãſmiſſione juris deliberandi.
5. Num filio hereditatẽ tertij repudiante ſuccedat pater, & 6.
7. Vtrum inſtituto delinquente, fiſcus ſubſtituto præferatur. 8. Num ſubſtitutio vulgaris pluribus copulativè facta, uno adeunte exſpiret.
9. Minore poſt aditam hereditatem reſtituto num ſubſtitutus admittatur.
10. Vtrum Monacho mortuo ante delatam ſibi hereditatem, eam adire monaſterium queat.

HEredes inſtituti * dicuntur primo gradu, ſubſtituti ſecundo; & ſi 1
qui ſunt gradus ulteriores gradatim, *ut hic.* Subſtitutio duplex eſt, Vulgaris una, Pupillaris altera. Quarum definitionibus modo non occupamur, quod eæ ex inſtitutionibus conſtent. Addi poteſt * ſpecies tertia, nempe fideicommiſſaria. Vt cùm quis heredem 2
rogat, eive injungit, aut quoquo modo diſponit, hereditatem alteri, tertio, quarto reſtituendam, vel intra cognationem retinendam. *tex. & DD. in §. fin. Inſt. de Pup. Subſt.* Denique & varia in explicatione legis hujus quæri ſolent, & maximè quidem: An Subſtitutio vulgaris

Digitized by Google

3 facta hoc * modo, ſi heres eſſe nequeat, referatur ad caſum alterum, ſi heres eſſe nolit. Ego dum argumenta diverſarum opinionum expendo, exiſtimo quæſtionem voluntatis eſſe, ut quidem, ſi teſtator verba ſubſtitutionis ad jus retulerit, hoc magis ſtatuamus. *arg. jam hoc jure. 4. inf.* Si enim in pupillari id obtinet, ut uno caſu expreſſo contineatur alter, *ut in d.l.4.* bonâ ratione idem dicimus in vulgari, *arg. l. non poſſunt. cum l ſeq. De LL.* Accedit favor conſervandæ voluntatis, qui hoc efficit, ut caſus omiſſus ſubinde expreſſo cenſeatur contineri. *l. ult. verſ. fin. C. de Inſt. & Subſt. Bart. Alex. Iaſ. Soc. & Ripa hic.* Non mutat l. commodiſſimè. 10. De Lib. & Poſth. quia ea pertinet ad caſus juris diverſi, quippe quorum alter ex Iure Civili eſt, alter ex lege Velleia. Eſt tamen hoc ipſum poſteà mutatum, *l. ult. C. de Poſth. Her. vt. noſtra in d. l. 10. num. 2.* Obſtare verò videtur l. ſi ita quis. inf. eod. Sed ejus ſpecies conditionem continet ipſo jure ſubſtitutionum non comprehenſam, ut manifeſtum ſit, teſtatorem voluiſſe conditionem reſtrictã. Aliud eſt in propoſito, cujus ſpecies eſt ipſo jure ſubſtitutionis vulgaris contenta. Diverſum tamen dicemus, ſi conſtet teſtatorem aliud ſenſiſſe, *arg. l. cùm proponas. 3. C. de Iu. Delib.* Quod ſi neutrum liqueat, res ad judicem pertinet, eoque caſu accipienda ſententia diverſa eſt *relata apud Manticam de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 1.*

4 Illud quæritur *, Num ſubſtitutio vulgaris impediatur tranſmiſſione juris deliberandi in heredem; Quod magis eſt, cùm aperti juris ſit, heredem etiam ejus qui ius deliberandi non rogavit, id tranſmittere in heredem, *l. cum antiquioribus. 19. C. de Iur. Deli.* Præterea certum eſt, ſubſtitutos demum excludere eos, qui jus tranſmittendi in heredes habent, *l. un. §. cum autem. C. de Cad. Toll.* exceptis utpote iis qui id habent, inter quos ſunt deliberantes de hereditate adeunda, *d. l. un. §. in noviſſimo. C. de Cad. Toll.* Opponitur tamen quod ſubſtitutio obtineat quo caſu inſtitutus heres non ſit: ſed additur *eadem l. verſ. fin.* ſi nec per ſemetipſum alium fecerit heredem; id quod hoc caſu in pendenti eſt durante jure deliberandi. Opponitur etiam quod ſubſtitutus excludit legitimos, *l. ult. C. de Neceſſ. Her.* ſed hoc nihil ad rem cùm tranſmiſſio juris deliberandi & ſubſtitutioni præferatur, *d. l. un. § cum autem. junc. §. in noviſſimo.* Non mutat præterea quod perhibent ſucceſſioni legitimæ locũ non eſſe quamdiu voluntas ſupereſt defuncti: quia heres inſtituti legitimus teſtatoris non eſt, ſed medio inſtituto defuncto quem ſc. ipſe univerſali ſucceſſione fretus, repræſentat, ex perſona ejuſdem ſuccedens ex teſtamento, condito tamen eo. Quod igitur Angelus hic itemque Ripa *num. 139.* contra nituntur, & ſententiam pleriſque receptam oppugnant diſputandi cauſa magis quàm eruendæ veritatis eſt.

5 Vtrum verò * filio à tertio inſtituto, & hereditatem repudiante ſuccedat pater an ſubſtitutus alia quæſtio eſt. Sed ex juris ratione ſubſtitutum ſuccedere verũ eſt, *arg. l. 3, C. de Iu. Delib. l. 3. De Her. Inſt. ſup.* Iure tamen novo, quo adven-

Digitized by Google

quo adventitia modo quoad uſumfructum patri quæruntur, pater filio nolente adite, ipſe adire poterit, *vi. l. ult. §. ſin autem. 1. C. de Bon. Qua Lib.* Planè quod Fachinæus autumat, eo caſu quo filio datus ſubſtitutus eſt, ſubſtitutum admitti filio nolente ut pater ſuccedat, id recipiendū non eſt, quia ea ſpecies in d. l. ult. non eſt excepta, adeoque voluntate ſua filius patri præjudicare non poteſt. cùm interſit patris ipſius. Rurſus quod Alexander ſubſtitutum ſimplicius * præferri perhibet, *Alex. hic,* 6
& poſt eum Greg. Toloſ. Syntag. jur. lib. 42. num. 15. id ad jus vetus pertinet *per d. l. 3. C. & d. l. 3. ſup. De Her. Inſt.* Rectè enim alij diverſum jure novo eſſe. *Bart. Ang. Alc. Iaſ. Soc. hic.* Num verò, Inſtituto delinquente adeunte, fiſcus * præferatur ſubſtituto, ineptè quæritur. Cum enim 7
eo caſu ſubſtitutionis conditio exiſtat, ut inſtitutus non ſit heres, rectè dicimus fiſcū ſubſtituto imo & legitimis poſtponi, *d. l. un. §. cum autem. C. de Caduc. Toll. fac. Nov. 1. c. 1. §. 1 ex qua deſumpta eſt Auth. hoc amplius. C. de Fideicom. Ang. hic. Duar. in Comm. hujus tit. c. Quibus verb. Fi. Inſt.* Quod igitur Bartolus diverſum putat, *Bart. hic. num. 26, cui & Iaſ. & Soc. conſentiunt.* probandum non eſt. Nec mutat l. ſi ſequens. infr. ad SC. Syllan. quia ea ita accipienda, ſi iam adierit hereditatem. Alias enim bona ex SC Syllaniano non publicantur. *l. neceſſarios. 5. §. 2. inf. De SC. Syll.* Idem judicandum de argumento deſumpto à ſimili ex l. in ſervitutem. §. ei qui. De Bon. Lib. quia ibi patronus bonorum poſſeſſionē agnoverat; item de eo, quod fiſcus hereditatem condemnato ut indignam aufert. Certè l. recuſare. §. ſi fiſco. Ad Trebell. quâ Bartolus motus fuit, nihil omnino ad rem facit. Vtrum verò * vulgaris ſubſtitutio 8
pluribus inſtitutis copulativè facta, uno adeunte exſpiret quæritur, quæſtio in eo eſt, utrum jus accreſcendi præferatur juri ſubſtitutionis, quod dicendum non eſt, cum ſubſtitutio niſi aliud cautum ſit, præferatur ſemper. *l. un. §. primo & §. pro ſecunda. C. de Cad. Toll. Nov. 1. c. 1. §. ſi verò. Irner. (ſi modo is extractionis Novellarum author) in Auth. hoc amplius. C. de Fideicom.* Non mutat l quamvis. C. de Impub. Et Al. Subſt. quia ea à propoſito caſu omnino diverſa eſt, cum id tantum doceat ſubſtitutione filio & uxori facta, eam accipi in eum caſū, qui nō ſoli impuberi filio, ſed & unà uxori convenire poſſit. Quod eò pertinet, ut filio fortè impubere & alio pariter inſtituto, ſubſtitutio in utroque vulgaris intelligatur. *arg. l. 4. §. 2. inf. h. t.* Minus tamen obſtat l. quidam teſtamēto. 30. inf. eod. quia ea obtinet propter diverſam voluntatem teſtatoris, quæ ex hoc colligitur ibidem, quod hereditatem in plures quam 12. uncias partitus ſit. Hoc ipſum igitur arguit, alias diverſum eſſe *vi. tex. ib.* Quamvis alias in conditionibus caſuum conjunctorum omnes oporteat exſtitiſſe, ut illæ exiſtant. *l. qui duos. 42. inf. eod.* Vtrum vero minore poſt aditam * hereditatem reſtituto, ſubſtitutus admittatur, alia 9
quæſtio eſt: & hoc pleriſque placuit, & magis eſt. Etenim per in integrum reſtitutionem omnia reponuntur in priſtinum ſtatum, *l. quod ſi*

Ii 2 *minor.*

minor. §. reſtitutio. De Minor. Duarenus tamen non putat, motus l. ait prætor. 7. §. ſed quod Papinianus. De Minor. ſed ea procedit in ſervo, idque eo caſu ubi hereditas ſolvendo eſt: nam ſi eſt ſolvendo non ſit, nihilominus neceſſarius ſervus erit. In ceteris igitur diverſum erit, *arg. l. ex contractu. 44. De Re Iud.* Nec ad rem pertinet, quod Duarenus id ità demum admittit, ſi hereditas ſolvendo non ſit, cum *in d. l. 44.* ſubſtituti & coheredes diſertè comparentur, adeo etiam ut ſubſtitutorum prima mentio fiat, ut alias ſemper ſubſtituti coheredibus præferuntur, eiſque præripiunt jus accreſcendi, *l. un. §. 3. C. de Cad. Toll.* Vt igitur uno heredum reſtituto, pars ejus ad coheredem devolvitur, ſic etiam ad ſubſtitutum. Denique ratio diverſitatis inter ſervum & ceteros eſt, quod ſervus heres neceſſarius ſit, qui protinus à morte teſtatoris ſervus & liber fit, *§. 1. De Her. Qual. & Diff.* id verò dici nequit de eo cui ſubſtituto præcedit inſtitutus, qui ipſe & immiſcuit ſe, vel adiit hereditatem. Vnde Papinianus ſimpliciter perhibet, ſervum heredem & liberum eo caſu eſſe non poſſe. Sed reſcripto Divi Pij cautum eſt, ut eo ſaltem caſu ſit neceſſarius, ubi ſolvendo non eſt hereditas, *d. l. 7. §. ſed quod Ant. Fab. 3. Conjec. c. 4. poſt gl. magnam. in d. §. ſed quod.* Ceteri verò ſubſtituti heredes non fiunt, niſi adeant hereditatem.

10 Illud etiam * hic quæſitum eſt, licet non ſuo loco, Vtrum monacho mortuo ante aditam hereditatem ſibi delatam, monaſterium eam adire poſſit, quod dicendum non eſt, ut rectè noſtri perhibent, *Bart. hic. num. 24. Soc. num. 23. Ripa num. 154.* Aut enim monachus ſervo comparatur, & adire Abbas vel Prior nequit, *arg. l. 3. C. De Her. Inſt.* aut filiofamilias & adire nequit perinde, *arg. l. ſi infanti. C. de Iu. Del.* Quod verò Canoniſtæ contra arguunt, monachi ipſius rationẽ non haberi, eo quod is monaſterio mancipatus ſit: nihil ad rem facit, cùm & idem verum de ſervo ſit, quo tamen mortuo, dominus adire hereditatẽ illi delatam nequit. Vnde perabſurdum fuerit monaſterium quicquã juris amplius quàm domino tribui. Cùm & domino omnia jura per ſervum, non ipſi ſervo acquirantur.

Ad l. 2.

§. Adeo,] Refertur in noſtris inf. ad l. 3. princ. eod.

§. Prius, 4. & §. ſeq.

1 PAtri * ſubſtituẽti filio convertere ordinẽ ſcripturæ nõ licet. *vt hic. in §. prius.* Id ita accipe, ut tabulas teſtamẽti ſui coſcribere ante filii nequeat. Si enim unis tabulis connexa oratione converterit ejus textum, ſubſtitutio valet hoc modo: Si filius mihi heres nõ erit, Seius heres eſto, filius heres eſto; aut ita, ſi filius meus intra 14. annũ deceſſerit, Seius heres

heres eſto, filius heres eſto, *vt hic in §. ſed ſi quis. 5. cum §. ſeq.* Ratio differentiæ eſt *, quia tabulas pupillo ſeorſim factas, in inferiori parte teſtaméti ſeorſim conſcribi & obſignari oportet, ut periculum inſidiarum evitetur, *§. 3. Inſt. de Pup. Subſt. Gai. 2. Inſt. tit. 4.* Vt proinde conſtet utræ prius aperiri debeant, præmitti paternas oportet. *Eleganter eximius IC. Ampliſſimus Dominus Marcus Lyclama 1. Membr. c. ult.* 1

Ad l. jam hoc jure. 4.

1. *Argumentum hujus l.*
2. *Num teſtamentum à vulgari tacita ſubſtitutione aſſumere vires queat.*
3. *Quid juris ſit, filio cui ſubſtitutio facta eſt, ante patrem decedente.*
4. *Num huic legi ſit locus exiſtente ſtatuto municipali, ut verba teſtamentorum accipiantur ſtrictè.*

SVbſtitutio pupillo alterutro * caſu facta, ſive filius heres non exſtiterit, ſive exſtiterit, & intra annos pubertatis deceſſerit, caſum alterum includit, *vt hic per tex. & DD. communiter. & l. quamvis. C. eod.* Expreſſa igitur vulgaris ſubſtitutio continet tacitam pupillarem, & vice verſa. Sed quæſitum * eſt, An à vulgari hac tacitâ teſtamentum vires aſſumere queat (de expreſſa enim id conſtat ſatis, *l. 3. C. de Impub. & Al. Subſt. l. 3. §. fin ſup. De Lib. & Poſth. fu. l. 2. C. de Her. Inſt. cum ſim.*) Et verò ut id nonnulli in dubium vocarint, *vt videre eſt apud Rip. in l. 1. num. 162. ſup. eod. & Manticam de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 5. num. 7. & ſeq.* tamen id minus rectè fit. Neque enim caſus alter ſubſtitutionis tacitæ exiſtere poſſet, (& ceſſaret idcircò ex parte altera argumentum hujus legis) niſi ſubſtituto etiam in hunc caſum fiat locus. Non mutat *l. 2. §. 1. verſ. adeo. ſup. eod.* Vbi dicitur teſtamentum pupillare deficere, niſi adita patris hereditas ſit. Vnde conſequens videbatur, & deficere ſubſtitutionem vulgarem illâ contentam: quia conſequentia non ſubſiſtit, & ſubvertitur mox eodem textu. *in verſ. planè.* Et confirmat igitur hanc ſententiam idem locus.

Ii 3 Quid

(Margin numbers: 1 beside "Subſtitutio…", 2 beside "…teſtamentum vires".)

3 Quid ergo ſi filius * ante patrem teſtatorem deceſſerit, an tantundem dicamus,& hoc etiam indignum quæſtione videtur,cùm utique verum ſit, filium eo caſu non eſſe heredem. *Alex. in l. 1.num.32. Soc.num.36. Iaſ.59.ſup.eod.* Nec mutat l quod ſi filius. De Capt. & Poſtl.Rev. *verb. ſive quoniam vivo patre filiusf.mori.* quia ea procedit quoad ſubſtitutionem pupillarem. Pupillari puta ſubſtitutioni locus non eſt, niſi filio ſuperſtite impubere poſt mortem patris defuncto, cum ſubſtitutus ex ea filii intelligatur heres, *d.l.2,§.adeo.* Quod in vulgari non ita eſt,quia quoad eam, intelligitur heres patris ipſius, eoque in hac ſufficit filium quoquo modo non fieri heredem. Nec ad rem facit quod altera alteram contineat, quia nihilominus ſua utrique ratio diverſarum hereditatum conſtat, *§ igitur.Inſt.de Pup.Subſt.* Vnde & olim altera alteram non comprehendit, *arg.hujus l.* Nec eſt obſervatio hæc etiamnum inutilis, quid enim ſi pupillo injuncta hereditas ſit fideicommiſſo reſtituenda? fideicommiſſum certè exſpirabit pupillo non agnita hereditate.

4 Quid verò dicemus, ſi ſtatuto * municipali cautum ſit verba teſtamenmentorum accipienda pro ſtricto tenore verborum, num eo caſu vulgaris ſubſtitutio contineat pupillarem, quæritur: Magiſque eſt, ſtatutum id cum ratione accipiendum, ut ſc.explicetur è ſententia Iuris civilis.*fac.Ripa in l. 1.num.172.ſup.eod. Innocent. in c.Rainutius. de teſt.* Per verò ineptum eſt; quod alii perhibent literam hac in re ſequendam, quæ oculis corporeis legi queat. *Bal.& Alex.in precibus. C.de Impub.& Al.Subſt*: moti l.1.§.1 i De His Quæ in Teſt Del.& l.un. ſi tab.teſt.exſtab. quæ tamen contrarium magis arguunt. Quia iſtæ ipſæ de deletis inconſulto in teſtamento ut legi nequeant, æquam interpretationem recipiunt, niſi deleta ſint poſt teſtamenti conſummationem, *d. l.1. §.2.* aut tabulas prolatas, *d.l un.* Num verò hoc reſponſum etiam obtineat matre exiſtente in medio tractabimus infrà in *l.ult. C.de Inſt.& Subſt.*

§. Sed ſi aliter.

1 INſtituto uno pubere * & altero impubere, iiſque invicem ſubſtitutis, in vulgarem tantùm caſum ſubſtitutio facta cenſetur, *ut hic. l.2. & 4. C.eod.*

2 Quid ergo ſubſtitutione cujuſque ſeparatim * factâ, & verum eſt, eo caſu vulgari ſubſtitutione impuberis, pupillarem contineri, & vice verſâ, *ut hic.expreſſè.* Et hoc DD.Italis viſum eſt, *in l. 1.ſup. eod.teſte Ripa ib.* & Zaſio ac Duareno probatum Nec ad rem facit, quod Vltramontani contra diſputant, quia eadem hic ratio ſit quæ in caſu primo hujus §. contra enim magis eſt, ſubſtitutione cujuſque ſeparatim facta, ſeparatam cujuſque rationem eſſe, *arg.hujus l.* Minuſque idoneè Vltramontani hunc locum tantùm referunt ad ſubſtitutionem pupillarem, idque ex verbis his: *ſi autem impubes heres exſtiterit,& intra pubertatem deceſſerit*; itemque his: *ne ſi vulgari modo impuberi quoque ſubſtituatur.*) id enim eò referendum eſt, ſi voluntatis quæſtio moveatur,

hoc eſt,

hoc eſt, ſi contendatur patris voluntatem refragari. Quod ſi non probetur, verum manet, utrumque caſum ſimpliciter altero contineri. *vt hic in verb, ita enim in altero vtraque. & quæ ſequuntur.* Sed ſi duobus impuberibus ſeparatim ſubſtitutio fiat, pupillaris uni, vulgaris alteri, num vulgaris contineat pupillarem, quæritur? Et hoc quidem magis eſt, *per princ. hujus tex, ubi Alex. num, 7. Soc. Sen. in l 1. num. 8. ſup. eod.* Nec obſtat quod Ripa contra diſputat, quaſi huic ſententiæ refragetur voluntas teſtatoris, qui altero caſu unum, altero utrumque expreſſit ſolum: ſufficit enim alterutrum exprimi, ut uterq; deſignetur, *per d. princ. hujus l.* niſi contrarium teſtator deſignarit, *arg. huius tex.*

Ad l. verbis. 7.

SVbſtitutus pupillariter verbis civilibus ſeu directis, hoc * eſt, non fideicommiſſarius, poſt 14. annum ætatis ad inſtituti hereditatem non admittitur, idque etiamſi diſertè longius tempus ſit adjectum, *l. in pupillari. 14. inf. eod. §. fin. Inſt. de Pup. Subſt.* Sed neque ut coheres poſt * id tempus admittetur, cùm fruſtrà hæc ſubſtitutio fiat. *vt hic.* Militi tamen conceſſum privilegio eſt, ut ſubſtitutio etiam directa producatur in tempus tabulis deſignatum. *l. centurio. 15. inf. h. t. l. precibus. C. eod.* Opponitur verò legi noſtræ * l. Scævola. 76. Ad SC. Treb. ſed ea obtinet in ſubſtitutione pupillari codicillis facta, quibus ſc. hereditas directo neque dari, neque adimi poteſt. Vt igitur nihilominus conſervetur voluntas, benignè interpretamur eam, valere intra annos pubertatis jure fideicommiſſi, quippe quo ſolo poteſt hereditas codicillis deferri. Quod ſi compendioſa foret, & directis verbis ætatem pupillarem egrederetur, ne quidem in codicillis ultra eam valeret. *vi. Dn. Vigl. in §. fin. Inſt. de Pup. Subſt.* Adde noſtra infrà *in l. centurio. 15. eod.*

1
2
3

Ad l. ſed ſi plures. 10. princ.

PLuribus inſtitutis hoc a modo, *Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit*: 1
ſi qui, poſteaquam heredes exſtiterint patri, obierint, ſoli ſuperſtites pro rata heredes erunt; quò ſc. ad heredes defunctorum ex eorum perſonis nihil transferatur. *vt hic.* Quid verò b ſit eodem caſu in ſub- 2
ſtitutione fideicommiſſaria vide infrà in noſtris. *ad l. heredes mei. Ad SC. Treb.* Adde & quæ nos ſuprà *ad l, 1. num. 8. h. t.*

§. in adrogato. [Arro-gator ſubſtituere quidem arrogato * poteſt, ſed 1
in iis modò quæ ab arrogatore vel amicis, cognatiſvè ejus reſpectu ipſius ei obvenerunt, itemque in quarta Divi * Pii. *vt hic.* Hoc de Quarta 2
ità eſt in ſubſtit. pupillari, fideicommiſſo enim hanc reſtitui, ei iniungi non poſſet, *l. ſi adrogator, §. ſed an impuberi ſup. de Adop.* Sed de bonis ceteris occaſione * arrogatoris ei quæſitis, ſubſtitutio etiam fideicommiſ- 3
ſaria fiet rectè, *arg huius tex. & d. §. ſed an impuberi. arg. l. prætor ait. de Iudic.* Quantum verò ad reliqua * attinet præter utraque ea, diverſum 4
erit,

Digitized by Google

erit, & patri naturali in iis ſubſtituendi poteſtas erit, & aliàs utiles actiones heredibus legitimis paratæ, *l. cauſa. 40. inf. eod.*

Ad l. centurio. 15.

1. Subſtitutio compendioſa qua, & qua bona quos fructus contineat & 8.

2. Subſtitutus in ſpecie hujus l. jure directo an fideicommiſſi ſuccedat.

3. Paganus jure fideicommiſſi ætatem pupillarem egredi poteſt. 4. Vulgaris ſubſtitutionis hic nulla ratio habetur, & quare.

5. Privilegium militis ex hac lege. & 6. & 8.

7. Quomodo l. precibus. C. de Imp. & Al. Subſt. matrem in medio ponat, & num. 2. & 11.

9. Explicatio certorum verborum in c. Rainutius. de Teſtam. 10. Quid juris ſi ſubſtitutio compendioſa verbis communibus fiat. & 12.

13. Quid juris matre in medio non conſtitutâ.

1. SVbſtitutio * compendioſa (quæ hoc ſimilive modo fit, ſi filius meus intra 25. annum ſine liberis moriatur, Titius heres eſto) à milite facta, intra quatuordecim annos, etiam propria filii bona continet, poſt eam autem ætatem, ex privilegio militari, bona patris duntaxat cum fructibus inventis in hereditate. *vt hic.* fructus enim augent etiam he-
2. reditatem fideicommiſſariam, *l. 9. inf. Ad L. Falc.* Illud hic * multifariã diſputatur? utrum ſubſtitutus hoc loco jure directo hereditatem conſequatur, quod pleriſque viſum eſt, ob verba hæc, *directò ſubſtituit.* cùm interim contrarium finiatur in l. precibus. C. de Impub. & Ali. Subſt, ubi ſubſtitutus hereditatem filii jure fideicommiſſi capit; ſed in medio poſitâ matre. Nos opinionum varietate omiſſa, ita ſtatuimus, differentiam exiguam conſtituere quod mater in medio ſit, *licet talis in d. l. precibus. ſpecies facti ſit, vt & l. ult. C. de Inſt. & Subſt.* (ob quam diverſum *Accurſio & Zaſio viſum eſt, licet alij plerique aliter.*) ſed neque ſubſtitutionem hoc loco directam ſeu pupillarem ſtatuendam. Cùm ne

quidem,

Digitized by Google

quidam, qui heredem inſtituere ipſus poteſt, rogari poſſit ut heredem
alium faciat, *l. ex facto. 14. Ad SC. Treb.* unde ei nec dari heres poteſt.
Fideicommiſſariis tamen verbis * quin paganus etiam eam ætatem e- 3
gredi queat, non eſt quod dubitetur. *l. coheredi. 41. §. quod ſi heredem. inf.*
h. t. Vulgaris verò ſubſtitutionis * hoc textu nulla ratio habetur, quia 4
ætas & tempus ratione propriâ vulgarem ſubſtitutionem excludunt,
licet alias etiam verbis communibus comprehendatur. *Ut inf. num.*
12. Militi igitur privilegio datum * eſt, ut is ſolus ætatem pupillarem 5
verbis directis egrediatur, *l. 5. inf. De Teſt. Mil. l. teſtamento. C. de Te-*
ſtam. Mil. in fi. Ità puta, * ut directa licet illa ſint, ſortiantur 6
tamẽ poſt pubertatem jus fideicommiſſi. Atque ità hæc l. accipiẽda eſt.
Licet igitur in d. l. precibus ſpecies facti * matrem in medio cõſtituat, 7
hac interim lege id non fit, cujus tamen ſententia, in milite quidem,
generalis eſt. Denique jure fideicommiſſi ſubſtitutum hoc loco veni-
re & illud arguit, quòd bona propria filij ſubſtitutione non continen-
tur. Nam quæ jure ſubſtitutionis deferuntur integra transferuntur.
Et quidem illud ad militẽ ſolum referri non poteſt, cum & hæc ſentẽ-
tia generalis ſit: fideicommiſſo bona propria filij non contineri *l. cohe-*
redi 41. §. quod ſi heredem. inf. eod. Atque ità patet has leges non pugna-
re. *Similiter ferè Cujacius lib. 11. Obſ. c. 25 & 12. Ob. c. 2 poſt Connan. lib. 10.*
Com. c. ult. n. 9. 10. 11. Opponit * Duarenus. *2. Diſp. Anniu. c. 7.* quod hoc 8
loco dicuntur venire fructus deprehenſi in hereditate, quod tamen in
fideicommiſſis non ità eſt. *l. in fideicommiſſaria. 18. Ad SC. Treb.* Sed ea
pertinet ad fructus ab herede perceptos ante moram in reſtituendo cõ-
miſſam, hæc verò ad fructus in hereditate patris deprehenſos. Licet
enim complures hunc textum etiam de fructibus in hereditate filij in-
ventis accipiant, tamen eos errare, manifeſtè docet d. l. 18, Idque rectè
Angelus, Caſtr. Alex. docuere contra, quam Bartolus, Baldus, Alcia-
tus putant. *vi. Fach. lib. 10. Contr. c. 90. toto capite.* Idem probat
l. verbis civilibus ſup. eod. & d. l. Scævola. Ad SC. Treb. ubi id huma-
niter ſeu benignè admittitur ſubſtitutione codicillis facta, quibus ſc.
ſubſtitutio directa fieri nequit. Vnde arguitur diverſum eſſe aliàs. Alij
tamen id in dubium traxere, ſed nullâ moti ſolidâ ratione. *allegati à*
DD. hic & à Covar. in c. Rainutius. de teſt. Nam quod ad d. c. Rainuti-
us * attinet, *verb. eidem impuberi ſuccederent, ſi abſque liberis moreretur.* 9
Cujacius poſt Baldum autumat Pontifices in eo erraſſe, flectendo ſc.
ſubſtitutionem in fideicommiſſariam. Rectius tamen alij ſubſtitutio-
nem iis verbis directam non venire, quod & probabiliter dicimus,
quia in fideicommiſſis voluntas hodie magis teſtatoris quàm verborũ
conceptio ſpectetur, & fideicommiſſa legatis ſint adæquata, *l. pen. C.*
Com. de Leg. & fid. Sed quid ſi ſubſtitutio compendioſa verbis * com- 10
munibus fiat, (v. gr. Si quis ita inſtituat: filius meus heres eſto, ſiquc
intra annos pubertatis moriatur, Seius heres eſto, cui Seio, filio meo

quandocunque ſine liberis decedēte, reſtitui hereditatem meam volo.)
matre in medio poſitâ, num decedente ante pubertatem filio, ſubſtitu-
tio directa intelligatur, an verò fideicommiſſaria ſemper: & hoc quo-
que diſputatum eſt, *vide utrimque allegato apud Cevar. in c. Rainutius. §. 9. num. 15. de teſt. & Menoch. de præſump. lib. 4. pr. 14.* omiſsâ nimiâ opi-
nionum varietate ità ſtatuimus: ut intra pupillarem ætatem filio dece-
dente, ſubſtituti heredes ſint; poſteà verò mater quidem heres, ſed fre-
tâ Trebellanicâ, reſtituat hereditatem ſubſtitutis, *arg. d. l. precibus* Quæ
licet procedat in Teſtamento militis quo tacitum fideicommiſſum cō-
tinetur, eadem tamen ratione transfertur hactenus ad fideicommiſſum
expreſſum. Rectè enim Cujacius poſt Connanū (quod tamen & non-
nullis veterum obſervatum fuit.) Illud ibi ex privilegio militari con-
ſtitutum, ut ſubſtitutio directa poſt ætatem pupillarem compendio
11 producta, extendatur etiam ultra eam. In matre verò * nihil aliud i-
bidem ſingulare ſtatui, quàm quod in caſum vulgarem ſubſtitutus, in
alterum ab ea excludatur. Idque in ſolatium ejus. Quod ipſum id-
circo & in teſtamento pagani ita eſt, *l. ult. C. de Inſt. & Subſt.* Et hoc qui-
dem Viglius non putat, exiſtimans d. l. precibus hactenus etiam tan-
tum in milite obtinere, quod in ejus diſpoſitione non facilè locus con-
jecturæ ſit: magis tamen eſt id ſolatio matris dati. *d. l. ult.* Nec admit-
timus Viglii ſolutionem, dicentis id ibi fieri, quia & mater coheres ſit:
cùm ea ratio non ſufficiat, eo quòd ſubſtitutus coheredi præfertur re-
gulariter. Cum hoc caſu conſequenter ceſſat l. jam hoc jure. ſup. eod.
12 Aliàs * tamen concurrente vulgari & fideicommiſſariâ, fideicōmiſſa-
rii electio eſt utro jure adire velit, *l. recuſare. 6. §. Titius. Ad SC. Treb. l. ſi quis ſervo. De Manum. Teſt.* concurrente verò fideicommiſſariâ, & pu-
pillari, non item, *l. ſed ſi plures. 10. §. filio impuberi. ſup. eod.* Denique ſi id
ita eſt, matre in medio conſtituta, (in cujus ſolatium ſc. juris auctores
aliquem habendum reſpectum cēſuere, *d. l. ult.*) multò magis dicemus,
13 eâ in medio cōſtitutâ, * verba communia pupillarem ea ætate duran-
te, dein verò fideicommiſſariam continere. *adde arg. l. pater Severianum. §. conditionum. De Cond. & Dem. & c. ſi pater. de teſt. in 6.* Idque pleriſque
viſum eſt, *teſte Bart. hic. num. 26.* licet ex antiquis nonnulli diſſenſe-
rint, & Bartolus etiam ſatis variet, *d. num. 26 27. & 28.* ſed argumen-
tis nullis, nullaque confutatione egentibus moti. Quin & plerique
veterum ipſas quæſtiones de his rebus, ac leges ipſas parum fideliter,
(prolixis utcunque diſcurſibus egerint) videntur exeminaſſe; argu-
mentis ferè intenti minus pertinentibus ad rei nervum.

Ad l. ſi ita quis. 21.

Eum qui ad tempus brevius pupillariter ſubſtitutus eſt, ultra id
tempus ad hereditatem non admitti ſuprà docuimus *ad l. 1. eod.*

Ad l.

Digitized by Google

Ad l.ſi pater.25.

SI pater filios impuberes invicem ſubſtituerit, & ei qui noviſſimè mortuus fuerit, Titium, Titius non admittitur, niſi noviſſimo defuncto. *ut hic.* Idem eſt liberis ſimpliciter inſtitutis, Titio ſubſtituto; *l.pen C.eod.*

Ad l.ſi pater. 26.

Vide noſtra ſuprà *ad l.1.De Lib.& Poſt.& l.poſtumus. De Inj. & Irr. Fac.teſt. ubi utrobique hæc allegatur.*

Ad l.ſi mater.33.

SOlus pater* qui liberos in poteſtate habet, eis pupillariter ſubſtituit, non etiam mater. *l.2.princ.ſup. eod. & tit.Inſt. de Pup. Subſt.* Obſtat * hic textus, ſed eo pupillaribus tabulis comprehenſa eſt ſubſtitutio vulgaris, eoque valet, ut quævis ſubſtitutio ejus generis ab alio facta. Sed in eum caſum ſolum. Licet idem de ſubſtitutione fideicommiſſaria dicatur rectè.

1

2

Ad l.vel ſingulis.37.

1. Singulis liberis & noviſſimo ſubſtitui poteſt, & in quem effectum.

2. Quid in ſubst. fideicōmiſſaria ſimili caſu ſit.

3. Conciliatio hujus l.cum l. Titio.§. Seia. De Leg.2. 4. Num hic textus procedat, matre exiſtente in medio.

5. Alciati ſententia hac in re reſtricta.

ET ſingulis liberis * & noviſſimo eorum ſubſtitui poteſt; ſingulis ne quis eorum decedat inteſtatus; noviſſimo ut ſalva inter eos ab inteſtato ſucceſſio ſit, *ut hic.§.vel ſingulis.Inſt.eod.l.pen.C.eod.* Num in ſubſtitutione * fideicommiſſaria tantundem dicendum, videamus. Et quidem id Curtio Iuniori viſum eſt, *in d.l.pen.C.eod.* ac Dn. Viglio probatum, *in d.§.vel ſingulis. Inſt:* & magis eſt. *per tex. in l.Titia Seio,§.Seia libertis.De Leg.2.* Idque ratio ipſa dictat, cùm aliàs fruſtrà ultimo morienti ſubſtitutio fieret, ut rectè Covarruvias autumat, *ad c. Rainutius. §.2.num.3: de Teſt.* & hic textus evincit. Videntur tamen hæc l. & d. §.Seia.ſibi contradicere in eo quod hic legitima ſucceſſio permittatur, unde ſingulis teſtandi, & alienandi libertas relicta videtur: at in d. §.

1

2

Seio. Fundus integer à noviſſimo dicitur reſtituendus. Et hoc poſterius verum eſt, niſi alia appareat mens teſtatoris. Nec mutat hic textus *in verb. ſi jus legitimarum hereditatum integrum. &c.* Vnde videatur ſubſtitutio demum in perſonam noviſſimi directa. Id enim eò quia ſubſtitutio verbotenus gradibus prioribus non eſt adjecta. Vt & IC. in d. §. Seia. ſubſtitutionem in gradu priori non factam perhibet (quod & eodem modo accipiendum) re tamen ipſâ tradit ad eum referendũ. Hic igitur jus legitimarum hereditatum ſalvum dicitur, propter ordinem ſucceſsionis legitimæ re ipſâ ſalvum, quia patre liberis non ſubſtituente, ipſi intra annos pubertatis de ſucceſsione ſua diſponere nequeunt, & idcirco non niſi in caſum quo noviſsimus deceſſerit, locus ſubſtitutioni eſt. Quod in ſucceſsione fideicommiſſaria non ità eſt, quippe cujus ut vis omnis, ita ordo quoque dependet ex teſtamento.
4 Num verò hic textus * etiam procedat, matre vel quo alio parente exiſtente in medio, quæritur, dubium movet, quod ij hodiè unà cum fratribus ſuccedant: & recentioribus viſum eſt, interpretationem eligendam, ut ſubſtitutio ità facta, inſtar fideicommiſsi ſtatuatur. *D. Vigl d. lo. Alciat. hic*, quia patri id animo fuiſſe ex ſubſtitutione noviſſimo facta, cenſendum ſit, & ob eam adeo aliud ſtatui nequeat. *ut hic.* veteribus contra, idque cùm ob matris in medio exiſtentis favorem, tum quia ſubſtitutio directa præſumptionibus non inducatur. *arg. l. jubemus. C. de Teſtam.* Prior tamen ſententia magis obtinet, quod fruſtrà ſubſtitutio noviſsimo fieret, niſi ea mens teſtatoris foret, ut liberi mutuò ſuccedant ſibi, *arg. hujus tex. junc. l. qui duos. 42. inf. eod.* Nec ad rem facit favor matris, quia is favori liberorum anteire nequit, maximè cum ea ſubſtitutione excludatur. Quod verò dicitur ſubſtitutionem directam præſumptionibus non induci verum non eſt, *cum per l. jam*
5 *hoc jure. ſup. tum per d. l. 42. inf. eod.* Illud Alciato non conſenſerim, * matrem ita admitti, ut reſtituat portionem ſuam noviſsimo decedente jure fideicommiſsi. Cùm ratio non ſinat ex iiſdem verbis unum jure ſubſtitutionis directæ, alium fideicommiſſariæ pariter & eodem caſu admitti. Licet uno caſu deficiente interdum alteri fiat locus, *ut in l. precibus. C. de Imp. & Al. Subſt.*

Ad l. coheredi. 41. §. Quod ſi heredem.

1 PAter filium * heredem inſtituit, ut ſi impubes diem obiiſſet, Titio hereditatem reſtitueret: heres legitimus eam reſtituere cogetur Trebellanicâ retentâ, *ut hic.* Fideicommiſſa enim dari etiam à ſuccedentibus ab inteſtato cenſentur, quia creditur teſtator ſponte ſua his relinquere legitimam hereditatem, *l. conficiuntur. 8. §. 1. inf. de Iur. Cod.* Il-
2 lud quæritur * utrum in dubio fideicommiſſum præſumatur relictum à filio impubere, an verò ab herede eius (*quod eò pertinet, ut ſi ab here-*

de reli-

Digitized by Google

de relictum dicamus, is Trebellianica non fruatur. ſi à filio ipſo, contra DD. hic.) Et quidem Doctores qui id utrimque diſputant, heredem ipſum rogatum ideo non detrahere Trebellianicam putant, quòd illi ea non debeatur, cum teſtamento rogatus non ſit. Sed hæc cauſa omnino inepta eſt, cùm juris ratio eum vocatum præſumat, *d. l. conficiuntur. §. 1.* Accedit quod fideicommiſſo relicto, nec adita hereditate, res perinde cenſeatur ac ſi hereditas adita eſſet; & valeat illud ac ſi relictum ſit ex teſtamento, *l. eam. 14. verſ. tunc enim. C. de Fideicom.* Vnde * Trebellanicam retineri etiam à quocunq; legitimo reſtituente fideicommiſſariam hereditatem ab inteſtato dicemus. *arg. Nou. 1. c. 1. verſ. etenim.* Niſi officio judicis admonitus annum totum moratus, non præſtet quod teſtamento fieri præceptum eſt, tum enim fideicommiſſario ipſi adire liberum eſt. *d. Nou. 1. c. 1. §. ſi quis autem.* 3

§. Qui patrem.

QVi patrem * & filium heredes inſtituit pro parte, eoſque invicem ſubſtituit: alijs dein coheredibus datis, completo aſſe ità ſcripſit, Hos omnes invicem ſubſtituo: Voluntatis quæſtio eſt, de quâ veroſimiliter ità ſtatuimus, poſteriorem ſcripturam ad reliquos tantum pertinere. *ut hic.* cum generi per ſpeciem derogetur, *ut DD. hic.* Quid ergo ſi alicui heredi inſtituto * in caſum non exiſtentium liberorum ſubſtitutionem fideicommiſſariā injungat, & unà injungat ne bona ante 25. annum alienet: an clauſula hac fideicommiſſo derogetur. Dubium movet hic textus, quòd ſc. prohibitione alienationis ſpeciali, derogatū videatur generali. Sed hoc dicendum non eſt, cùm & alii effectus fideicommiſſi ſint quàm prohibitio alienationis. Imo vero res fideicō. miſſo ſubjectæ alienari poſſunt, ſed modo quodam, ut puta exiſtente conditione fideicommiſſum ab initio irritum factum intelligatur, *l. ult. C. Com. de Leg.* 1 2

Ad l. qui duos. 42.

Vide noſtra ſuprà *ad l. 37. eod.* & plura ſuperiùs, *ad l. 14, num. 4. de Lib. & Poſth.*

Ad l. ex facto. 43. §. Lucius. 2.

Vide noſtra ſuprà *de Lib. & Poſt. l. 3. §. 2. & ſeq.*

Ad l. Lucius. 45.

FIlium legitimam unum, & alterum naturalem inſtitutum pater ſibi mutuo ſubſtituit; legitimus impubes deceſſit ſuperſtite matre, & fratre naturali coherede, quæritur, materne an frater naturalis hic ad ſucceſsionem vocetur: matremque vocari magis eſt. Cum extenſio hoc in caſu ab una ſpecie ad alteram non admittatur. *ut hic.* Num verò id aliàs ità ſit regulariter, ſuprà tractamus *in l. centurio. 15. num. 7. & 15. eod.* Quibus addi poſſunt quæ nos *Latè in l. ult. C. de Impub. Et Al. Subſt.*

Digitized by Google

§. Paulus.

1 OMnibus heredibus invicem * ſubſtitutis, ejus portio qui repudiat, jam aliquibus defunctis, ſoli ſuperſtiti ſeu uni, ſeu pluribus accreſcit. *ut hic. l. qui plures 38. ſup. eod.* Sed an in pupillari ſubſtitutione, *
2 frater utrimque conjunctus, præferatur fratri conſanguineo, quod Bartolus voluit *in l. re conjuncti. num. 62. De Leg. 3.* quia ille ſit hoc prior in ſucceſſione ab inteſtato, *Auth. itaque. C. Com. de Succeſs. Seq. Soc. Iun. ad l. ſi cognatis num 38. ver. 4. concluſio. De Reb. Dub.* At diverſum plerique placuit, & magis eſt, quia ſubſtituti partes deficientis ſortiantur pro quota ea in quam quiſque inſtitutus eſt. *l. qui liberto 8. in fi. ſup. eod.* Accedit quòd ceſſat ratio inteſtati condito teſtamento, *per vulg.* & ceſſat idcirco argumentum oppoſitum. hoc caſu omnino. *ita ſenſere Aret. Ripa, Alciatus. hic. & alij. allegati à Menoch. lib. 4. præſump. 75. num. 12.* Hoc ità, niſi * utrimque conjuncti ſeparatim inſtituti ſint, *l. cohæredi. §. qui di-*
3 *ſcretas. ſup. eod.* Idemque eſt * in ſubſtitutione fideicommiſſaria, *l. ult.*
4 *propè fin. Ad Trebell.* quod & per eam ſuccedatur teſtatori, *tot. tit. ſup. De Fid. Her. Pet.* quodque ſubſtitutionem ex inſtitutione metiamur, & illa dependeat ex hac. *l 8. princ. ſup. eod.* Idque Alciatus docuit, *hic. nũ. 48. poſt. Ripã conſ. 107. num. 6. lib. 2. & Dec. conſ. 304. num. 2.* Socinus * ta-
5 men junior *ad l. ſi cognatis num. 40. inf. De Reb. Dub.* & Curtius junior *conſ. 125. n. 4. 5. & 6.* contra diſputant; eò quòd in fideicommiſſis ſpectetur quis proprior cognatione gravato ſit. Sed hoc nihil ad rem, cum quia regula hæc rationes illas evertere nequeat, tum quia eidem propriè locus eſt ſi hoc actum ſit à teſtatore.

De Conditionibus Inſtitutionum.

Ad l. 1.

Hæc l. explicata eſt ſup. De Her. Inſt. l. ſi Mævia. 54. ubi agimus de impoſſibili conditione.

Ad l. 6.

Vide noſtra ad d. l. 45. De Her. Inſt.

Ad l. quæ ſub conditione.

EI, cui quid ſub conditione juriſiurandi relictum eſt, eadem conditio remittitur, ſive ſola poſita ſit, ſive alteri conjuncta. *ut hic.* Sed in contractibus diverſum obtinet, *l. ſi quis. 39. De Iurejur. l. ſi cum patruo. 6. Com. Utr. Iud.* quia hi utrique conſenſu ineuntur.

Ad l. conditiones. 9.

Vide noſtra ſuprà *De Her. Inſt. l. 45.*

Ad l.

Ad l. ei. qui 13.

Vide noſtra in l.86. De Her.Inſt. ubi & hæc allegatur.

Ad l.conditiones.14.

Vide noſtra ſuprà ad d.l.45.De Her.Inſt.

Ad l.ſi Titius.16.

Vi noſtra in d.l.45.

Ad l.ſi plures 17.

QVi prius purè, dein ſub conditione inſtituitur, ex priori inſtitutione fit heres, quia ea plenior eſt, *l. 27. §. 1. & fin. ſup. De Her. Inſt.* Sed in legatis valet voluntas poſterior, *l.non ad ea. 89. De Cond. & Dem.* Quod ſi plures inſtitutiones ſub diverſis conditionibus fiant, prior obtinet, ut in ſpecie præmiſſa, pura, *hic. & d.l.27.§.fin.* Quod ipſum quoque in legatis contra eſt, *l.51.87. & 89. De Cond. & Dem.*

Ad l. ſi pupillus. 26.

Vide noſtra ſuprà ad l.86.De Her.Inſt.

Ad l. ult.

Ad hanc l.commentati ſuprà ſumus locis diverſis.Et explicatur potiſſimum in noſtris ad l.28. De Lib. & Poſt.num.3.itemque ad l. 13.§. fin. eod. quæ obſtare videbatur, ſed ſolutionem vide ibidem. Allegatur etiam in noſtris ſuprà ad l.16.eod.tit. De Lib. & Poſt.& l.28.eod.t.

De Iure Deliberandi

TIT. VIII.

AD hunc titulum quæ pertinent pluribus proſequemur C.eod.quoniam nonnulla in hoc jure mutata ſunt.

Ad l. 3. & l. 4.

Regulariter ſemel tantùm tempus deliberandi conceditur, *l.ult.§. & hac quidem. C. eod.* niſi ob cauſam id ſæpius fiat. *ut hic* eam tamen magnam eſſe oportet, *ut hic in l.4.*

Ad l. ſi quis ſervus. 8.

Vide noſtra ad l. ult. in princ. C. de Rep. Her.

Digitized by Google

LIBER XXIX.

De Teſtamento Militis.

TIT. I.

Ad l. 1.

Militibus libera * & jure communi ſoluta teſtandi facultas eſt, idque ex Principum conſtitutionibus *ut hic. & tot. h. t.* Num vero * querela inofficioſi teſtamenti adverſus eorum diſpoſitiones ſit, videamus: ſed hoc dicendum non eſt, *l. de inofficioſo. C. h. t. l. ult. C. de Inoff. teſt.* Quod & Iure Novo non eſſe mutatum verius eſt. Licet verò * id Accurſius & Bartolus in dubium vocent, *gl. in l. ult. verſ. teſtamenta. C. de Inoff. Teſt. Bart. in Auth. ex cauſa. C. de Lib. Præt* hæc tamen ſententia magis obtinet, eò quod Iuſtiniano jus vetus, de privilegijs militum, mutare propoſitum non ſit, *Ludov. Rom. & Iaſ. in l ſicut. C h. t. Vigl. in §. ſed ſi. Inſt. de Exh. Lib.* Non mutat * Nov. 115. c. juſtum autem. Verb in rebus in quibus habent teſtandi licentiam: id n. refertur ad eos qui præter milites teſtandi licentiam habent, ut milites ipſos in caſtrenſibus ſi teſtentur tempore quo teſtari eos oportet jure communi, dum puta in expeditione non ſunt, ut rectè Dn. Viglius annotat, *d. lo.* Idem de teſtamentis * clericorum dicendum teſtantium de bonis quæ diſpoſitioni eorum relinquuntur *de quibus nos ſupra in l. 6. n. 6. Qui Teſt. Fac. Poſſ. cùm* nuſquam diverſum cautum ſit, ut rectè Salicetus notat *in Auth. presbiteros. & in Auth. ex cauſa. n. 18. C. de Lib. Præt.* & alij probant. *Covarr. poſt Andr. Sic. in c. quia nos. ex. de teſt.* Non mutat quod bona eorum craſtenſibus comparantur, *Nov. de Sanctiſſ. Epiſc. §. presbiteros.* quia clerici non degunt in expeditione. Minuſque ad rem facit argumentum legis. ſi filiam tuam. C. de Inoff. Teſt. ubi arbitrium teſtandi liberum (quale & clericis permiſſum eſt *d. c. quia nos.*) pro facultate libera exheredandi ponitur: quia id ita accipitur ob ſpeciem facti de eadem facultate propoſitam. Cum alias his verbis nihil aliud deſignetur, quàm ut conſueta & legitima teſtandi facultas ſit, *l. ſi quando. C. de Inoff. Teſt.*

Ad l. 4.

MVtus & ſurdus mileſante miſsionē cauſariam teſtamētum ex privilegio militari condere queunt, *ut hic.* Paganus tamen mutus & ſurdus teſtari nequeunt, niſi ſcribere, ſciant & ſolennitates adhibere jure communi receptas *l. diſcretis. 10. C. Qui Teſt. Fac. Poſſ.*

Ad l. idemque. 9.

QVod dicitur, * teſtamentum pagani, qui eo condito militare cepe-

rit,

rit, valere. *ut hic*, cùm modo accipiendum eſt', * niſi contraria ejus voluntas appareat; *l. in fraudem. 16. §. teſtamentum. inf. eod.* conſtetque vel ex cancellatione, inciſione, & voluntatis declaratione qualicunque deinde factâ, eum perſeverare in voluntate priore, aliàs non item *l. tribunus. 20. §. fi. junc. l. Titius. 26. inf. eod.*

Ad l. 16. §. Teſtamentum.

Vide quæ nos, ſup. in l. 9. *eod.*

Ad l. in fraudem. 15. §. teſtamentum.

Vidē noſtra ſuprà in l. idemque. 9.

Ad l. ſi certarum. 17. § ſi eodem.

Vide noſtra in l. 13. §. 1. De Lib. Et poſth. ubi hic §. explicatur.

Ad l. tribunus. 20.

Vi. noſtra ſupra ad l. 9. eod.

Ad l. Titius. 26.

Vi. noſtra ſuprà ad l. 9. eod.

Ad l. militis. 36. §. veteranus.

Vi. noſtra ſuprà ad l. 2. De Injuſto rup. & irr. teſt.

De Adquirenda Vel Omittenda Hereditate.

TIT. II.

Ad l. 1. & 2.

HEredem univerſam * hereditatem adire oportet, quod & verũ eſt, herede aliquo ex pluribus partibus inſtituto, nam & huic omnes partes adeundæ ſunt, *ut hic.* Sed an non * filius ſaltem, à patre heres inſtitutus, legitimam retinere queat reliquâ parte repudiatâ, videamus, magiſque eſt ne quidem huic id permittendum, *per hunc tex.* Nam & hac ratione quis ex parte fieret teſtatus & ex parte inteſtatus, quod adverſus rationem juris foret, *l. jus noſtrum. De Diu. Reg. Iur.* Non mutat quod dicitur filium* in legitima quaſi creditorem eſſe. *l. 1. § ſi impubere. De Collat.* creditorem verò hereditatem debitoris poſſe repudiare: quia nihilominus verum eſt, eum legitimam participare tanquam heredẽ, quippe quæ tertia vel altera hereditatis pars eſt pro numero liberorum. Nec refert quod ea quota bonorum eſſe videatur, *l. 8. §. 4. De Inoff. Teſt.* quia nihilominus verum manet, eam deferri jure ſucceſſionis. Minuſque ad rem facit quod perhibent,* filium renunciando hereditati non intelligi renunciare legitimæ, *per l. ſi quando. §. generaliter. C. de*

(margin: 1, 2, 3, 4, 5)

Inoff. Teſt. quia id eâ lege non probatur, quippe quæ ſimpliciter perhibet, filium qui agnovit judicium patris defuncti, non idcirco privari legitima, niſi ſingulatim renunciarit judicio defuncti. Perinde
6 nec * mutat quod legitimæ nulla conditio gravans adjici poteſt: neque enim id fit in propoſito; cùm legitimam ut heres accipiat, eoque parte reliqua repudiata iſtam retinere non poſſet, *per hunc tex.* Quid ergo ſi
7 filius ſubſtitutum * habeat, an tantundem dicamus, & id quoque verius eſt, *per l.ſi ſolus.80.inf.eod.* Non mutat argumentum à ſimili * ex l. ſi libertus patrono. 41. De Bo. Lib. quia argumentum à ſimili non obtinet in iis quæ contra rationem juris introducta ſunt, *l.quod contra. ſup.de LL*, cujuſmodi eſt ſpecies d.l.ſi libertus. Niſi dicamus ſubſtitutum ibi accipi pro eo qui ſubſtitutus in reliquo eſt, quod ſuperſit portioni debitæ patrono. Quod magis eſt.

Ad l. qui aliena. 5.

Principio hujus l. addi poſſunt, quæ nos in l. 1. C. Qui Adm. ad Bon. Poſſ.

§. Interdum.] Ad hunc §. vi. noſtra in l.cum heres.inf.eod.

1 §. Celſus] Metu coactus * fallens adeundo hereditatem, non fit heres. *ut hic.* Diverſum eſt ſi ſimpliciter quis metu coactus adeat non fallens, tum enim fit heres, & opus reſtitutione eſt, *l.85. inf.eod. l.ſi mu-*
2 *lier.21. §.pen.ſup. Quod Met.Cauſ.* Uti & matrimonium cogente * patre à filio contractum, quod non iniiſſet filius, ſi ſui arbitrii fuiſſet, ſub-
3 ſiſtit, *l.22 de Rit.Nupt.* Quod tamen * vix admittendum eſt, ſi pater filio juſtum metum intulerit. tum enim magis foret etiam matrimonium ejuſmodi reſcindendum eſſe, *arg.d.l.21. §.ſi dos. vi. D. Bronch. Cent.3. Enan. Aſſert.40.*

Ad l. is qui heres. 13.

1 HEres repudiare * hereditatem nequit, priuſquam ſit delata. Inſtitutus etiam ſub conditione ſi antequam exiſtat, repudiet, nihil agit, etiamſi eadem ſit in ejus poteſtate. *ut hic. & l.delata.151. De V.S.* Sic nec adiri eadem ante delationem poteſt, *l.ſi quis.21. §.2. inf.eod.* Neque enim ante conditionem exiſtentem intelligitur delata. Curator ta-
2 men * bonis antè datur rectè, & bona à creditoribus occupantur, ſi rogatus ante exiſtentem conditionem reſpondeat, ſe nolle adire, *l. in*
3 *plurium.70. inf.eod. l.1.inf. De Cur.Bo.* Alias verò * prætor ad partis poſtulationem heredi diem præfigere ſolet, intra quem ni adierit, creditoribus bonorum poſſeſſio decerni conſuevit, *l.ſi quis.23. §.item.ſup. De*
4 *Her.Inſt.* Malè * tamen qui hereditatem putant ante conditionem exiſtentem in jure poſſe repudiari plenè. *DD. poſt gl. hic. & in d.l.1.* moti d.l.70. & d.l. 1. quæ tamen hoc non perhibent. Nec ad rem facit l. 1. C. de Pact. quia ea non de repudiatione, ſed pacto agit, quod ſc. ſine conſi-

conſideratione aditionis vel repudiationis, exceptionem ex conventione parit. Magis igitur eſt, exiſtente conditione nihilominus hereditatem poſſe adiri, ut de Legato ſub conditione delato reſponſum eſt. *l. optione. 16. de Opt. Leg.* in quo ſub conditione relicto idem juris quod in hereditate eſt, *l. ſi ita. 45. §. 1. De Leg. 2. fac. Dec. ad l. qui poteſt. 143. De*
R.I. Bonorum tamen *poſſeſſio ante conditionem exiſtentem agno- 5
ſcitur rectè. *l. 2. §. 1. l. 6. De Bon. poſſ. Sec. Tab.* Sed eſt ea bonorum poſſeſſio ſine re, hoc eſt, ſine pleno effectu ſucceſſionis, donec conditio exiſtat.

Ad l. pro herede. 20.

Quando quis ſe pro herede gerere cenſeatur an minus, quod hic tractatur, pluribus agimus infrà, *in l. gerit. eod.*

Ad l. ſi quis. 21. §. 2.

HEreditatem nec adiri, [a] nec repudiari poſſe ante delatam eandem 1
explicuimus ſuprà *ad l. 13. eod.* Denique rectè Cujacius [b] hic in verb.
Si conditionem ignoret extitiſse: puto poſse adire hereditatem, negationem pu- 2
tat addendam, Cùm heres ignorans conditionem exſtitiſſe, non poſſit adire, *l. 21. De Condit. & Dem. Cujac. tr. 1. Ad Afr. Pac. Cent. 5. q. 96.*

Ad l. ſi is ad quem. 22. & l. 23.

QVi hereditatem [a] adire conatur, ſcire tenetur ex qua cauſa adeat: 1
nam ſi ex cauſa alia adeat quàm quæ ſucceſſioni [b] re ipſâ locum faciat, nihil agit etiamſi revera ſit heres, *ut hic. & l. ſi quis mihi.*
25. § aliter atque. eod. Sed quæritur, [c] Annon heres præſumatur habere 2
notitiam teſtamenti, poſtquam ſe immiſcuit hereditati. Quod Bartolus facilius in extraneis admiſit, in ſuo difficilius, *Bart. in l. ejus qui in provincia. in ſ. notab. De Reb. Cred. idque Alexandro ac Iaſoni probatum eſt.* Cum ſui heredes exiſtant ipſo jure, eóque notitia minimum ab eis requiratur. In ceteris contrà quia iſta ratio in eis ceſſet. Sed hanc ſententiam alij improbant, *Fulg. Caſtr. Cravet. & alij.* quia beneficium abſtinendi eis idem juris quod extraneis tribuat. Magis tamen eſt hanc rem conſiſtere in facto, puta ut qui intentionem ſuam in ignorantia aut ſcientia partis adverſæ fundat, eam probet. Licet enim quo caſu actor ſciviſſe aliquem contendit, is probare teneatur, *l. verius 21. De Probat.* ſi tamen ignorantiam pars aliqua alleget eadem & probanda eſt, *l. in exceptionibus. 19. De Prob.* verbi gr. in condictione indebiti. Ineptum proinde eſt, quòd Bart. & alij non pauci ex d. l. 21, generatim tradũt, ignorantiã præſumi. Cum interim ibi nihil aliud doceatur quàm actori incumbere probationem. Quod ſc. à natura primum & neceſſarium in ordine proceſſus eſt, cum eo non probante abſolvatur reus, *per vulg.*

Ad l. ſi quis. 21. §. Si quis planè.

Refertur in noſtris infrà *ad l.32. De Acq. Rer. Dom.* ubi vide.

§. Iuſſum.

Hic § allegatur ſuprà in noſtris *ad l. obligari. 9. De Auth. & Conſ. Tut.* Ei verò quod in d. l. 9. §. tutor, dicitur per epiſtolam aut poſt tempus interponi authoritatem non poſſe, Opponitur l. ſi per epiſtolam. 50. h. t. ſed ibi agitur unà de juſſu tutoris ſervo facta. In juſſu autem diverſum eſt quàm authoritate tutoris ſola. *ut hic.*

Ad l. cum quidam. 30. §. 1. verſ. quoniam.

Hic §. pertinet ad ea quæ nos in l. 7. ſup. De Statu Hom. Quibus adde noſtra *in l. Gallus. princ. De Lib. Et. Poſthum.*

§. Suum heredem certum eſt.

Huic §. opponitur l. 3. §. fi. ſup. Si Pars Her. Pet. Sed ibi agitur de eo quod ex proviſione juris in eventum ſtatuendum eſt; hic de eo, quod revera eſt.

Ad l. pupillum. 49.

Pupillus & hereditatem adire poteſt, licet authore tutore qui non adminiſtrat. *ut hic.* Vide Ad hanc l. noſtra ſuprà *ad l. 4. De Auth. Tut. quæ ſolet opponi.* Solutionem vide ibidem.

Ad l. 50.

Vide noſtra ſuprà ad l. 25. §. juſſum. eod.

Ad l. cum heres. 52.

EX reſcripto Divi Pii etiam filiusfamilias hereditatem adire poteſt cuius pater furioſus eſt. *ut hic.* Aliàs n.ne quidem bonorum poſſeſſionē filiusfamilias per ſe acquirere poſſet *l. ult. §. quarū. Quis Or. In Bō. Poſſ. Serv.* Magiſque eſt ipſum filium fieri heredem, *arg. hujus tex. in Verb. perinde habeatur atque ſi paterfamilias adeſſet. permiſitque ei & ſervos hereditatis manumittere.* Hoc ità ut interim uſusfructus quæratur patri *arg. l. furioſus. 63. inf. eod.* Durat enim interim quoq; patria poteſtas, *l. patre furioſo. ſup. De His Qui Sui Vel Al. Iur. Sunt.*

Ad l. Antiſtius. 62.

Vi. noſtra ſuprà ad l. 86. De Her. Inſt. ubi & hæc explicatur.

Ad l. furioſus. 63.

Vide noſtra ſuprà *ad l. cum heres. 57. h. t.*

Ad l. ex ſemiſſe. 75.

PEr errorem majorem minoremvé partem cernens, quàm ex qua ſcriptus

ptus eſt, nihil agit. *ut hic.* Adire tamen ignorans ex qua parte ſcriptus ſit, ſimpliciter partem incertam poteſt, *l.5.§.fin. Si Pars Her. Pet.*

Ad l. ſi ſervus. 82.

Huic l. opponitur l.49.§.5. De Her. Inſt. Solut. vi. ibidem.

Ad l. ſi metus. 85.

Vi. noſtra ſuprà *ad l.5.§. Celſus. h t.*

Ad l. gerit. 88.

1. Arg. hujus l.

2. Num ſatis declaret animum adeundi, qui ait ſe velle adire.

3. Quid juris ſit in quæſtionibus ſimilib. 4. & 5.

6. Quid ſtatuendum ſit in dubio.

7. Explicatio l.1. C. de Rep. Her.

8. Ceſſione, vel in ſolutum datione rerum hereditatis cum proteſtatione contraria num aditio fiat. 9. Num adire cenſeatur filius, qui proteſtatur ſe nonnulla adire loco legitimæ.

PRo herede * ſe gerere is cenſetur, qui animo heredis ſucceſſionem 1
agnoſcit. *ut hic.* Solum enim immixtionis ſeu uſurpationis factum hic nihil operatur, *l.4. C. Unde leg. l. 14. C de Iu. Delib.* cùm hereditatis aditio non tam facti quàm animi ſit, ut IC. ait, *in l. pro herede. 20. ſup. h. t.*
Illud quæritur, * An quis his verbis: Volo hereditatem adire, ani- 2
mum in hanc rem ſatis declaraſſe videatur, Quod Bartolus non putat, *Bart. hic. num. 10. quem ſeq. Menoch. lib. 4. præſump. 100. num. 10. & alibi. Maſcar. de Prob. vol. 1. concl. 41. num. 5.* Movetur argumento à ſimili, quaſi hac ratione non magis adiri hereditas cenſeatur, quam factum teſtandi, contrahendi inducatur verbis, volo teſtari, contrahere, & ſim. Aretinus & Cumanus contra, quia & ſolâ animi deſtinatione quis heres fiat, *ut hic, & l. ſi avia. C. de Iu. Delib. & §. fin. Inſt. De Her. Qual. & Diff.* Ego reſpondi rem ab animo immiſcentis pendere, ut ſi quis temere, vel cuſtodiendæ hereditatis cauſa (cum vel antè contrariũ proteſtatus eſſet, vel aliunde de diverſa ejus mente conſtaret) ejuſmodi verba protulerit, non protinus heres ſit, *tot. tit. C. Plus Val. Quod Ag.*

Digitized by Google

eoque caſu ſententia Bartoli obtineat, ſin minus & deſtinato conſilio id fiat, obtineat ſententia diverſa. Vnde qui ſe velle adire declarat, ſi poſteà excipiat in factum, ſe interim alterius cõſilii fuiſſe, quin ad probationem eius teneatur, non eſt dubitandum, *l. 1. C. de Rep. Her. l. in exceptionibus 19. De Prob.* Denique in * quæſtionibus ſimilibus, verbi grat. Num aditio hereditatis fructuum perceptione fiat (quod Bartolus, Menochius negant, *per l. pro herede. §. ſervos. ſup. eod.* Maſcardus *de Prob. vol. 3. concl. 118 3.* Immola & Aretinus affirmant *in hac l.* quaſi pro-
3
4 teſtatione ſit opus, *d. l. pro herede. in princ.*) item Num hereditatis * aditio fiat habitatione domus paternæ (quod ipſum rurſus alii negant, alii affirmant, *vi Bart. num. 21. item Caſtr. Immolam. hic. Maſcar. de Prob. vol. 1 concl 44 num. 22. Menoch. de Præſump. lib. 4. c. 1. num. 34*)
5 & Rurſus, Num præſumatur * ex eo, Quod ab herede conficitur inventarium (in quo non tam diſſentiunt DD. quàm eos diſſentire, minus conſideratè Maſcardus *de Prob. vol. 1. concl. 48.* & Menochius *lib. 4. præſ. c. 1 num. 94.* affirmant) In his inquam quæſtionibus omnibus idem quod in præmiſſa ſtatuimus, rem puta omnem hanc animi eſſe.
6 Illud quæſtione * dignum videtur, Quid ſtatuendum in dubio ſit, & quidem Vlpianus perhibet liberos, qui vel pietatis, vel cuſtodiæ causâ, vel conſimili alia hereditatem paternam, vel res aliquas ejus curant, teſtari ſolere, ſe id non animo immiſcendi facere, *d l. pro herede. ſup. eod.* Id tamen neceſſarium fore non tradit. In dubio igitur ità ſtatuimus, ea facta demum obligare curantem res hereditatis, quæ citra nomen & jus heredis expediri non poſſint. *d. l. pro herede. §. pen verſ itaque.* Nec
7 mutat * l. 1. C. de Rep. Her. ubi ſimplicius probatio liquida immiſceri injuncta videtur: quia ibi agitur de uſurpatione, ſeu habitatione domus paternæ uſui proprio applicatâ. Quod ferè factum tale eſt, ut citra nomen & jus heredis exerceri non poſſet. Vnde ibi rectè liquida probatio requiritur, id ſc. non factum velut ab herede, ſed cuſtodiæ vel alterius juſtæ rationis causâ. Quoties verò quis utilitati propriæ rem procuratam aut diſtractam non applicat, contrà dicimus; ponamus ſervos & jumenta curata, domum locatam, res tempore perituras diſtractas: rectè dicimus, curantem non teneri, niſi probent creditores id factum tanquam ab herede, *d. l. pro herede. §. ſervos. ſuprà eod.* Atque ita judicavit Senatus Capenſis ex diverſis conſiliis ICtorũ in cauſa Clants
8 contra Lanting. Illud ineptè à Socino * traditum eſt (licet Ruinus & Ancharanus quaſi ejuſdẽ ſẽtẽtiæ authores citentur à Maſcardo *vol. 1 de Prob. concl. 44. n. 3.* ſed malè) Ceſſione vel in ſolutum datione rerum hereditatis, etiamſi proteſtetur qui cedit vel in ſolutum dat, ſe id non facere animo adeundi, tamen cenſeri adire. Cum interim nihil certius ſit, quàm rem hanc totam ab animo pendere, qui puta vel maximè demonſtratur proteſtatione. *d. l. pro herede. princ. ſup. eod. l. etſi quis. §. plerique, De Relig. Et. Sump. Fu. Vi. Alc. conſil. 344.* Nec ad rem facit, quod dicimus

dicimus proteſtationem actui contrariam nihil operari, *ad quod allegatur d.l.pro herede .§. Papinianus.* principio enim id eo loco quo ad thema propoſitum non probatur, cum ibi de hereditate agatur à quâ ſe filius abſtinuit, is enim rurſus adire poteſt hereditate integrâ exiſtente. *l. ult. C. de. rep. & abſt. her.* Præterea ibi filius ſolutionem recepit tanquam heres, quod factum tale eſt ut perfici ſinè nomine & jure heredis non poſsit. Sed & hoc diſputatum eſt, Num adire * filius hereditatem cenſeatur, qui proteſtatur nonnulla ex bonis paternis poſsidere loco legitimæ. Quod magis eſt, eò quod hodie potiſsimum legitima non alio quàm heredis titulo haberi poſsit. *Nou. de Tri. Et Semiſ. quâ legitima dicitur triens vel ſemis hereditatis. item Nou. 115 c. aliud. ex quo legitima neceſſariò relinquenda titulo inſtitutionis eſt.* Iam verò illud certum eſt, aditione partis unius repudiari reliquam non poſſe. *l. 1. & 2. ſup. eod. l. ſi ſolus. 80 ſup. eod.* Non mutat quod legitima intelligitur deducto ære alieno, id enim ad ineundam rationem & conſtituendam ejus quantitatem pertinet; non etiam ad qualitatem juris ejuſdem percipiendæ. Nec mutat quod titulus inſtitutionis in favorem filij requiritur, unde in odium ejus idem non cenſetur torquendus: quia & aliàs per ſe legitima eſt vel triés vel ſemis hereditatis. *ut in d. Nou. de Tri. Et Sem.* Minus vero ad rem facit, quod perhibent filium legitimæ creditorem, creditor autem ſalvo debito reliquam hereditaté repudiare poteſt: Neque enim filius tam creditor legitimæ, quàm heres, ſucceſſionis paternæ eſt, ut quidem creditor omnino impropriè dicatur. Olim tamé, itemque poſtea ex conſtitutione *l. omnimodo. C. de Inoff. Teſt.* quin filius tanquam legatarius partem aliquam bonorum poſſidere ſinè aditione hereditatis potuerit dubitari nequit. Sed hoc jure Novellarum utpote noviſſimo receptum non eſt. 9

Ad l. per curatorem. 90.

PEr curatorem hereditas * acquiri nequit *ut hic.* Alia tamen exemplaria loco *curatorem* legunt *procuratorem.* Duarenus igitur, per procuratorem hereditatem rectè acquiri, *lib 2. Diſp. c. 27.* Duarenum Coſtalius ſequitur, *ad l. 1. de Off. Proconſ* eò quòd diverſum cautum non ſit, Hotomannus Cujacius contra, *Hot. in Illuſt. Quæſt. Cujac. 1. Obſ. c. 34.* & horum ſententia magis obtinet. Ratio eſt quia per procuratorem regulariter nihil acquiritur præter poſſeſſionem, *l. 1. C. Per Quas Perſ. Nob. Acq. §. ex his. Inſt. eod.* Accedit quod ſingulatim * de procuratore Cæſaris reſpondetur, acquirere eum Principi hereditatem poſſe *l. 1. §. fi. De Off. Proc. Cæſ.* cujus reſponſi non alia ratio dubitandi eſt, quàm quod procuratoribus privatorũ id conceſſum non eſt Nec refert quod bonorum * poſſeſſio per procuratorem ad hoc ſpeciatim conſtitutum acquiri poteſt. *l. 3. §. acquirere De Bon. Poſſ. adde l. ſi maritus. C. Mand.* quia in ea, utpote à juriſdictione prætoris profecta minus obtinet ratio

1 (beside line 1 of section)

Digitized by Google

tio civilis, à qua dependet heredit. aditio.

Ad l. ſi is. 91.

QVi bona patris, à cujus hereditate ſe abſtinuit, emit, creditoribus tenetur, *ut hic*. Niſi id bonâ fide fiat, *l. 2. C. de Rep. Her.* Denique & heres extraneus pro emptore, dote, donato, vel quo ſimili titulo poſſidens, omiſsâ cauſâ teſtamenti (exceptis pro herede & pro poſſeſſore titulis) conveniri à legatarijs, fideicommiſſarijs, creditoribus, nõ poteſt. *l. ult. inf. Si Quis Omiſ. Cauſa Teſt.*

Ad l. recuſari. 95.

1 REcuſari hereditas, * ſeu repudiari non verbis tantùm, ſed & quovis indicio voluntatis poteſt. *ut hic*. Quid ergo, ſi quis * enunciaverit,
2 ſe credere hereditatem ſibi non expedire & reſpuendam eſſe; num repudiata hoc medio cenſeatur poſt præteritionem menſium trium. Sed hoc dicendum non eſt, ut rectè Iaſon Decius probant, *Iaſ. in l. qui ſe patris n. 41. verſ. ſecundo limito. Dec. ib. n. 18 C. Unde Lib.* Cum id non aliter obtineat, quàm ſi intra trium menſium ſpatium apertiſſimè renunciet, *l. ult. §. ſimiliqueモdo. C. de Iu. Delib*, Malè igitur alii *Bart. in l. ult. §. cum igitur n. 1. C. de Iu. Delib. Mantica de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 14. n. 20.* in diverſum flexere, moti per eandem legem. Quippe quæ renunciationem præterea requirit diſertam. Plane ſi quis alias verbis * fu-
3 turi temporis uſus ſit, verbi gr. ſi quis dicat profiteor me nolle adire, vel nõ adibo, quin aditionem indicent, dubitãdum non eſt *per hunc tex. & l. 1. ſup. De Cur. Bon. Dan. & l. unic. §. 1. Quib. Ex Cauſ. In Poſſ. Fac. Mantica, d. lib. 12. tit. 14 n. 22, Menoch. lib. 4. præſ. 102. n. 9.* Quod igitur id alii in dubium trahunt, *Dec. in d. l. qui ſe poſt. num. 18. & alij. relati à Maſcardo.* ſinè probabili ratione eſt.

Teſtamenta Quemadmodum Aperiantur, Inſpiciantur Et Deſcribantur.

TIT III.

Ad l. 1.

OMnibus inſpiciendi teſtamenti facultas datur. neque enim tranſigi aut cognoſci veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque teſtamenti verbis. *ut hic*. Vide quæ nos ſuprà *ad l. de his. de Tranſact.*

Ad l. 2. §. ſi dubitetur.

SI inſpectio tabularum poſtuletur ejus qui vivere dubitatur, cognitio prætoris eſt, ut ſi liqueat eum vivere, id non concedatur. *ut hic*. Quærunt hoc loco * DD. an non aliquis præſumatur vivere centum annos, quod pleriſque videtur, *ex l. ut inter. 23. C. de Sacroſ. Eccl.* Id tamen ibi

non

Digitized by Google

non probatur,cum id quod DD. ibidem in argumentum trahunt,nihil aliud ſit, quàm longiſſimã hominis vitã eſſe centum annorum. Etenim ſi ea longiſſima vita eſt,non utique præſumendũ eſt quemque hominẽ tantum tempus ſuperſtitem fore. Vt rectè Corraſius doctrinam hanc reprobarit, *5. Miſcel.c.8.* Id igitur potius arbitrarium dicimus. Quæ verò * ratio ætatis futuræ habeatur in computatione alimentorum ad ineundum computum L.Falcidiæ,pereleganter traditum eſt infrà, in textu l.hereditatum.68 Ad L.Falc. 3

Si Quis Omiſſa Cauſa Teſtamenti Ab Inteſt. Vel Alio Modo Poſſid. Heredit.

TIT. IV.

l.1.§.ſi.

QVi per fraudem omiſerit hereditatem ex teſtamento ſibi delatam, legatorum petitione tenetur. *ut hic.* Hoc ità, ſi pecuniam ut hereditatem omitteret, acceperit,nam ſi gratis id fecerit, poſſeſſor tenetur, *l.4.princ.& §.1.inf.eod.*

l. 6. §. non ſimpliciter.

Allegatur in noſtris ad l.8.§.ſi mortis. De Inoff.Teſt.

Ad l.ult.

QVi ex titulo ſingulari poſſidet,omiſſâ causâ teſtamenti,à legatarijs & fideicommiſſarijs conveniri nequit.*ut hic.* Hoc ità ſi antiquiorẽ habeat cauſam. Nam ſi in fraudem legatariorum quis ex causâ lucrativâ poſſideat,diverſum dicimus, *l.2,in fi.ſup.eod.*

De Sc.Syllaniano Et Claudiano Quorum Teſtam. Ne Aperiantur. TIT. V.

Ad l.3.§.ſi quis moriens.

Si dominus * moriens dixerit à ſervo ſibi vim mortis illatam, ei credendum non eſt niſi probetur. *ut hic* Quòd ſi in ſervo ita eſt, adverſam ceteros * probabilius dicimus, affirmationem ejus rei indicium non facere ad torturam, ut rectè Alexander annotat, & Iaſon. probat. 1 2

Digitized by Google

Alex. lib. 3. conſil. 14. num. 5. Iaſ. in l. 1. n. 11. C. Com. De Leg. Proinde* quod Anglus hoc loco contrarium perhibet, recipiendum non eſt. Nã quod ille in ſententiæ ſuæ confirmationem adducit neminem præſumi immemorẽ ſalutis in articulo mortis: nihil ad rem facit, ut ex hoc textu conſtat. Nec n. quiſpiam torturæ ſubijciendus eſt, niſi certis indicijs & argumentis convictus, *l. milites. §. oportet C. de Quæſt.*

1

Ad l. cum fiſco. 9.

1 FIſco bonis propter* inultam mortem defuncti addictis nihilominus legata & fideicommiſſa præſtanda ſunt *ut hic.* Quæ ſententia generalis eſt quomodocunque * hereditate fiſco ex teſtamento tato addicta. *l. dicitur. De Iu. Fiſci not. à gl. in l. un. § pen. ad verb. pepercimus. C. de Cad. Toll. l. recuſare. §. ſi fiſco. Ad SC. Treb.* idque Baldo & Saliceto videtur & magis eſt. Nec ad rem * l ſi nemo. ſup. De Teſt. Tut. quia ea non obtinet fiſco hereditatem adeunte, quod loco inſtitutorum adire cenſeatur. Perinde nec* obſtat l. quod Divo. De Manum. Teſt. & l. 4. §. eadẽ conſtitutio. De Fideicom. Lib quia utraque ea ad Conſtitutionem Divi Marci pertinet de libertate ſervis conſervanda irrito teſtamento. Quod igitur* additur *in d. l. quod Divo. alioqum vacantibus fiſco vindicatis, non habere conſtitutionem locum,* id eò pertinet, quòd aliàs proviſum libertati ſit jure communi. Idemque dicendum de verſ. ceterum in d. l. 4. §. eadem.

2

3

4

5

De Iure Codicillorum.

TIT. VII.

Ad l. 1.

1 TEſtamentum imperfectè* conditum etiamſi ſolemnitatem codicilli habeat, non valet in vim codicilli, niſi id voluerit teſtator. *ut hic.* Quod ſi igitur id velit teſtator, exprimendum eſt, *l. ſi. §. illud. C. eod. l. coheredi. §. quodſi heredem. ſup. De vulg. Et Pup. Subſt.* Quod vero hic gl.
2 & DD. notant*, Si quod ago non valet ut ago, id neque valere ut valere poſſet, minus generale eſt, cùm exceptiones ea regula patiatur complures, *vide quæ nos ſuprà in l. 1. §. eum qui. De Conſt. pec.* Subjuncta verò teſtamento * clauſulâ codicillari, idem conſervatur in vim codicilli.
3 Quâ de re vide noſtra ſuprà *ad l. ex ea. 29. Qui teſt. fac. poſſ.* Et adde his quæ nos infrà hoc titulo ad *ad l. qui gravi. 11.*

Ad l. qui

Digitized by Google

Ad l.qui gravi.11.

1. Argumentum hujus l.

2. Solvuntur oppoſita. & num.3.4.5.

6. Poſtumus ab ignorante patre prateritus, an ob clauſulam codicillarem ſcriptis heredibus reſtituat hereditatem. & 7.8.9.10.

11. Et quid ſi pater ſupervivat donec poſtumus ſit natus. & 12.

13. Num legata debeantur ex teſtamento rupto à poſtumo ignoranti patri prateriro. & 14.

15. Quando hereditatem conſequatur filius prateritus à matre.

SI quis uxorem gravidam * ignorans, à filio libertates reliquit, natâ 1
poſt mortem patris filiâ, libertates à filio ſolo præſtantur. *ut hic.* At
obſtat quod *codicilli etiã agnatione poſtumi rumpũtur, *l.1.C.eod.* Sed 2
l. noſtra procedit quo caſu codicilli non dependent ex teſtamento,
ut in l.pen inf. eod. Sed rurſus obſtat, quod * individua in caſu propo- 3
ſito non debentur, *d. l.pen. in fi. fac. l sed cum .inf. eod.* ſed id non obtinet
in libertate ob favorem ejus ſingularem. Non mutat *etiam l.un §. ne 4
autem, C. de Cad. Toll. quia ibi tantum pro regula traditur, lucra &
onera coheredibus pro parte ferenda; quod in propoſito non obtinet,
quia & ad ſolum filium codicilli ſcripti ſunt, & pater uxorem gravidã
ignoravit. Minus verò *. ad rem facit l. alieno. §. 1. De Fid. lib. quia 5
ea accipienda eſt ubi ſciverit pater gravidam uxorem. An ergo * ex 6
teſtamento quo poſtumus ab ignorante patre præteritus eſt, idem ob
clauſulam codicillarem reſtituere hereditatem ſcriptis heredibus teneatur,
videamus, Sed hoc dicendũ non eſt, Siquidem teſtamento militis
eadem continetur *l.3. De Teſt. Mil.* Idem tamen rumpitur agnatione
poſtumi præteriti à patre ignorante. *l.33. §. ſecundum. De Teſt. Mil.*
cũ ſim Deniq; à * poſtumo hoc ne quidẽ legata debentur, *ut hic. & d. l.* 7
pen. inf. eod. ergò multò minus ab eo reſtituenda hereditas ipſa eſt. Neque
n. præſumendus pater eſt voluiſſe prælatum ſcriptum heredem 8
propriæ proli, *arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom cum ſim.* Non mutat, *
quod per clauſulam hanc teſtator voluntatem ſuam conſervatam de-

creverit in omnem eventum, *l. ex. ea ſcriptura. ſup. De Teſtam.* quia id non pertinet ad ſpeciem teſtamenti ex poſt facto rupti, ſed magis ad
9 abolendum vitium formæ. Perinde * nec ad rem facit *l. conficiuntur. §. ſi poſt. ſup. De Codicill.* quoniam ea ad legata & fideicommiſſa ſingularia pertinet. nam & in eo textu de legatis codicillo
10 relictis quæſtio eſt. Sic & in * l. alieno. §. 1. De Fid. Lib. de relicta libertate agitur. Nam ſi donatio nimia inter vivos facta revocatur ob liberorum nativitatem, *l. ſi unquam C. de Revoc. Don.* multò magis idem
11 dicimus de fideicommiſſo. Num verò, * ſi pater, qui uxorem uterum geſtare ignoravit, ſupervivat donec ſint nati, vel ulterius, teſtamentum non mutarit, idem ſit? Et hoc magis eſt. Cum & hic rumpatur teſtamentum, *not. in princ. l. Gallus. 29 ſup. De Lib. Et Poſth.* Non
12 mutat * quod teſtator diu ſupervivens in eadem voluntate cenſeatur perſeverare, *arg. l. athleta. § dat remiſſionem. De Excuſ. Tut. l. 3. C. de Inoff. Teſt. cum ſim.* id enim in propoſito non obtinet ubi voluntas prior agnatione poſtumi infracta eſt. An non * ergo legata relicta teſtamen-
13 to rupto à poſtumo ignoranter prætorito, debeantur: ſed hoc dicendum non eſt, cum ex teſtamento rupto nihil debeatur *tot. tit. De Injuſto Rup. Et Irr. Teſt.* Sed ex reſcripto Divi Hadriani ſcriptus heres * hoc caſu
14 bonorum poſſeſſionem impetrare poteſt, ut & conſequenter legata ac fideicommiſſa præſtentur *l. cum poſtumus. 12. ſup. d. tit. De Iniuſ. Teſt. ubi*
15 *vi. noſtra.* Sic ex ejuſdem Principis * decreto, filio præterito quem mater teſtatrix falſò audiverat deceſſiſſe, hereditas ad filium pertinet, ut tamen libertates & legata præſtentur. *l. cum mater. ſup. De Inoff. Teſt.*

Ad l. is qui unum. penult.

Vide noſtra latè in l. qui gravi. ſup. eod.

LIBER XXX.

De Legatis Et Fideicommiſſis.

LIB. I.

Ad l. 1.

1 PEr omnia exæquata * ſunt legata fideicommiſſis. *ut hic* Vnde colli-
2 gi queat id non à Iuſtiniano primum * introductũ eſſe, contra quàm ipſe perhibet. *l. 2. C. Com. De Leg. §. ſed non uſque. Inſt. De Leg.* Sed eſt l. noſtra ex Vlpiani lib. 67. ad edictum, *ut colligere eſt ex l. 1. inf. Quod Leg.* In interdicto verò Quod Legatorum, id etiam Vlpiani tempore obtinuit. Vt hoc non abſurde ſcripſerit juris auctor in eo genere interdicti.

Digitized by Google

cti. Cum & in neceſſitate fideicommiſſi tradendi, & retentione quartæ, & aliis nonnullis jam ante idem obtinuerit. Proinde quod Iuſtinianus id ſibi accepto ferendum perhibet, ad ea referendum eſt quæ ipſe
ſuppleuit. Quanquam * Florentinum exemplar hoc loco inſcriptio- 3
nem nominis Vlpiani omittat. Et re ipſâ probabile eſt, vocem per omnia hic ſuppletam à Triboniano eſſe, vel utique à gloſſatore aliquo parum erudite inſertam, & paulatim in textum receptam. *vi. quoque Duar. l. 2. Diſp. c. 9. Ant. Aug. lib. 3. Em. c. 9. Vigl. ad tit. Inſt. de Leg. §. legatariis.*

Ad l. 4.

Adde hanc l. ijs quæ nos in l. 3. §. fi. inf. De Sup. Leg.

Ad l. ſervi. 5. §. 1.

Vi. noſtra in l. 71. §. fi. inf. eod.

Ad l. Stichum. 6.

QVod hic * dicitur, ſpecies ejuſmodi, *Stichum qui meus erit cum mo-* 1
riar, conditionem continere, cum diverſum foret verbo præſentis temporis *eſt*, loco *erit* adpoſito, ei convenit l. nuper. 85. De Leg. 3. Sed
opponitur l. ſcribit. 34 §. fi De Auro Et Arg. Leg. * at hic locus men- 2
doſus eſt, cùm loco horum verborum, *demonſtrationem legati et argumẽti*, legendum ſit, deminutionem & augmentum. Cùm videlicet tempus mortis ſpectetur. *vi. Cujac. 2. Obſ. 39. ſeq. Pac. Cent. 3. Enant. c. 3.*

Ad l. Legatum. 7.

LEgatum ſervo delatum dominus poteſt repudiare, *vt hic.* Oppon. l. Titia. 34. § Lucia. inf. tit. prox. Sed ibi agitur de legato non ſolum delato, verum jam nunc acquiſito. Delatum enim repudiari poteſt, agnitum aut acquiſitum non item. *l. 1. §. Decretalis. De Suc. Ed.*

Ad l. ſi ex toto. 8.

AVctio legati [a] ut cum ipſo legato debetur, ſic etiam imminutum 1
quod eſt non debetur. *ut hic et l. ſi area. 39. De Leg. 2. l. ſi grege. 22. inf.*
h. t. Si tamen teſtator [b] domum legatam in univerſum diſtruxerit, a- 2
liamque repoſuerit, mutata credetur eius voluntas, & interibit legatũ,
niſi diverſum probetur *l. ſi ita. 65. §. fi. inf. eod.* Non mutat l. ſi chorus [c]. 3
79. §. area. inf. De Leg 3. ubi videtur acceſſorium areæ non deberi quia hoc ad domum magnificam & ſumptuoſam pertinet, cum interim in domo minoris momenti contrarium ſit, quippe quæ areæ accedit, *l. ſervum. 44 §. ſi area. inf. eod.* ità enim conciliandam his d. l 79. §. area. rectè
Duaremus annotat, *Duar. hic.* Nec refert [d] quod area impoſitione do- 4
mus videtur mutata, quia quod ſolo inædificatur, naturali ratione eidem cedit. *§. cum in ſuo. Inſt. de Rer. Div.*

Ad l. id quod. 9.

QVod apud hoſtes eſt legari poteſt, ut ſc. reſtitutum vel reverſum fiat noſtrum jure poſtliminij *ut hic l. ſervus ab hoſtibus. 98. inf. eod.* Sed id ad ea pertinet quæ in commercium cum hoſtibus cadunt, cetera enim, quæ eis vendere non licet, excipiuntur. *l. ab omnibus. 104. §. etiam. De Leg. 1. vi. l. cotem ferro. De Publ. Et Vec. l. 1. & 2. C. Quæ Res Export. Non Deb.* Immobilia igitur ut nec in contractum deduci, ſic nec legari poſſe dicendum eſt. *l. liber. homo. 103. De Verb. Obl. in fi.*

Ad l. cùm filio. 11.

1 HEreditate vel legato * filiof. aut ſervo relicto, pater aut dominus gravari poteſt ut reſtituat. Ac ita demum ex perſona * patris vel domini teſtamẽtũ vires accipit ſi ipſi injũctũ ſit ut fideicommiſſum hereditatis liberis aut ſervis reſtituatur. Et hæc eſt vera ſentẽtia hujus reſpõſi, de quâ tamẽ inter Accurſiũ ac Bartolũ, item Caſtrenſem & Iaſonem controverſum fuit, *DD ijdem hic.* Planè ſi patri injunctũ ſit extra-
2 neo poſt mortẽ ſuam reſtituere, ipſe Trebellanicam retinet *; ſin verò liberis, non item, cum per eos ſibi acquirat. Fideicommiſſario verò poſteriori hoc caſu mortuo antequã dies reſtitutionis adveniat, fideicõmiſſum cedit commodo patris gravati. *ut hic.* Quod in herede dicendũ non eſſet, quia jure veteri fideicommiſſum caducum fieret. Manebat enim apud gravatũ, *l. Iulianus 60. inf. tit. prox.* Sed ità ut reſtituendum fiſco foret ut cetera fideicommiſſa conditionalia. Quod hodie corre-
3 ctum eſt, * ut ſc. decedente fideicommiſſario ante conditionem exiſtẽtem, idem maneat apud gravatum, eumve cui id Conſtitutio Iuſtiniani decernit, *l. un. §. ſin autem ſub conditione. C. de Cad. Toll.* Ità ſolvendum hunc nodum, ſententijs complurium errantium omiſſis, magis obtinet, *vi. Du. Cujac. lib. 10. Obſ. c. 38. quem ſeq. Each. lib. 5. Contr. c. 56.*

Ad l. ſi mihi. 12.

1 RE eadem mihi * & tibi legatâ, ſi deinde die legatâ cedente tibi heres exiſtam, liberum mihi eſt rem legatam vel jure legati percipere,
2 vel ſucceſſionis. *ut hic.* Quæritur hoc loco an non heres * legatum tale defuncto relictum repudiare in alterius præjudicium queat. Dubiũ movet hic textus qui id ſimpliciter admittere videtur, Magis tamen eſt non poſſe, ſique contra fiat id imputari repudianti. *arg. l. liberto. De Bo. Lib.* Non mutat hæc l. noſtra, quia ea accipienda cum modo eſt, ne ſc. præjudiciũ eâ re tertio fiat. Nec ad rẽ facit l. ſi fundum. *81. § ſi Titius. inf. eod.* quia ibi non dicitur repudiationẽ præjudicio alterius fieri poſſe: ſed hoc tãtũm, rem defuncto legatã, nec repudiatã ab herede, poſſe à legatario vindicari, [illegible] defunctus exiſtimaverit rẽ alienam eſſe.

Quod

Quod ſi repudiata foret vindicari non poſſet, ſed actio perſonalis tantum ex teſtamento ſupereſſet in heredem; cùm teſtator eam reliquerit ut alienam.

Ad l. ſi duobus. 16.

1. Eadem re duobus conjunctim relictâ, quorum alter non ſupereſt, alteri ſolam partem deberi.

2. Solvitur §. fin. in ead. hac l. oppoſitus.

3. Mutatio juris novi in hac re.

4. Diverſitas Inſtitutionis à Legato hac in re.

5. Quid ſit in fideicom. conditionali altero non exiſtente conditione deficiente. & 6.

7. Naſcituri ſub conditione inſtituti, an nati avocent fideicōmiſſ. remotioribus gradu & 8. 9. 10.

Si duobus conjunctim [a] eadem res legetur, quorum alter in rerum
natura non eſt, alteri tamen pars debetur ſola. *ut hic.* Quia ſc. pars al- 1
tera pro non ſcripta eſt, eoque uni nil debetur præter partem ſuam, *l.
ſi Titio. 7. De Leg. 2.* Nec ad rem [b] facit §. fi. in ead hac l. quia in ſpecie 2
ejus ſubſtitit legatum, cum poſtumis ſuis legari etiam olim potuerit.
not in §. poſtumo Inſt. h. t. & ſubſiſtit idcirco legatum. Denique jure novo
etiam in ſpecie [c] l. noſtræ locus juri accreſcendi eſt, & eſt igitur hæc l. 3
abrogata, *ex. l. un. §. in primo. C. de Cad. Toll.* In hereditate [d] verò ſemper 4
obtinuit, partem etiam non exiſtentis accedere alteri, *l. quo loco. 20. De
Her. Inſt.* ne ſc. quis ex parte decedat teſtatus, & ex parte inteſtatus.
Denique & illud [e] conſtat, fideicommiſſum conditionale non aliis de- 5
ferri quam qui ſuperſunt eveniente conditione, *l. cum pater. §. hereditatē.
inf. De Leg. 2. l. intervenit. 77. inf. De Leg. Præſt.* Idque inter omnes conſtat, *teſte Alciato conſ. 594. n. 1. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 7 num. 92.* Hoc
ita, niſi ex voluntate [f] teſtatoris proximi quique in familia tam nati 6
quam naſcituri pariter admittantur, *l. in conditionibus. De Cod. Et Dem.*
Sed in hac re controverſum eſt, Si etiam poſt [g] conditionis eventum
naſcituri vocentur, utrum ii unà admittantur, ſi, quo tempore conditio 7
exſtitit, alii eodē gradu exſtiterint cōjuncti, & auferāt etiā gradu remotioribus qui tum exſtitere. Quod magis eſt, *per hanc l. in §. fi. & l. ſeq.*
Cum enim legato tam poſtumo quam jam nato relicto, etiam poſtea
natus cū prius nato admittatur: idē vel maximè dicemus ſi eorū mētio
fiat qui naſcituri ſunt. Nam & in ejuſmodi caſu à proximo cautio
præſtāda eſt, etiāſi nemo ulterior ex familia ſuperſit, *l. peto, 96. §. fratre, de
Leg. 2,*

Denique ratio ipſa id confirmat quippe quæ & poſthumum rumpere teſtamentum dictat. Atque id Caſtrenſi placuit, *conſ. 247.* & alii probāt,
8 *Ruin. lib. 2. conſ. 22. Rol. à Valle conſ. 70. n. 47. lib. 3.* Non mutat * quod Alciatus & Alexander in diverſum tendunt eò quod dominium in ſuſpenſo eſſe nequeat, *arg. l. ult. in fi. ſup. Com. Præd. & l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. De In Di. Addict.* id enim haud obtinet in jure fideicommiſſorum, & ſucceſſionum. Cum & poſtumi præteriti teſtamentum rū-
9 pant. Nec ad rem * facit quod conditio ſemel exſtiterit, eoque jam ſit exſtincta, *arg. l. ſi mater. §. 1. ſup. De Vulg. Subſt.* quia id quoque verum eſt in propoſito, cum conditio hic non nominatim ad jam natos, ſed & na-
10 ſcituros relata ſit. At opponitur * l. cum ità. §. in fideicommiſſo. inf. tit. prox, ſed ea obtinet, niſi teſtator parem rationem habuerit tam natorum quàm naſciturorum, ut econtra in quæſtione noſtra utrorumq; par ratio habetur.

Ad l. qui filiabus. 17.

1 QVōd initio hujus * l. dicitur, legatum filiabus relictū etiam ad poſthumas pertinere, ſi earū aliqua parte teſtamēti mentio facta ſit: ei
2 obſtat quod * filiarum nomine quoque poſtumæ veniunt *l. nomen. 164. De V. S. l. 6. De Teſt. Tut.* Qui enim in utero ſunt pro jam natis habētur quoties de eorum commodo agitur *l. 7. & l. pen. De Statu Hom. cum ſim.* Reſpondemus, quòd hæc l. eò pertinet, ne poſtuma exheredaretur, & conſequenter ut præveniretur ejus damnum. Idque eò quòd poſtumi olim ſolâ præteritione potuerit exheredari modò relictum ei aliquid legati nomine eſſet, *§ poſthumi. Inſt. de Exh. Lib.* Licet hodie tam poſthumæ quàm poſthumi nominatim inſtituendi ſint aut exheredādi.

Ad l. qui duos.

Vide noſtra ad l. 32. §. ſi plures. inf. eod.

l. ſi grege. 22.

Pertinet ad ea quæ nos in l. 8. ſup. eod ubi vide.

Ad l. quod in rerum. 24. §. ſi quis.

QVia fundus deſtinatione patriſfamilias & minuitur & augetur, *ut hic. & l. planè. 34. inf. eod. l. locus. 60. De V. S.* eoque ad minimā quantitatem terræ poſſit referri, quæſitum eſt; An valeat legatum fundi in genere relictum: Quod dicendum non eſt; cùm nec id in contractibus admittatur, idque ob incertitudinem rei, quæ vel ad minimam redigi, eoque actus illuſorius fieri poſſit *l. cum poſt. 69. §. gener. ſup. De Iu. Dot. l. ità ſtipulatus. 115. De V. O.* Idque pluribus probatum eſt, *teſte Ioan. de Imola in d. l. 115.* licet diſſenſerit Petrus de Bellapertica, *quem ibid. refert. Bart. in 8. oppoſ.* Non mutat l. ſi domus. 71. inf. cod. quæ legatum domus

domus in genere factum admittit, modò teſtator domos reliquerit: quia domus etiam minima alicujus pretij eſt. Planè ſi nulla domus in hereditate ſit, deriſorium quoque legatum erit. *d.l.71.*

Ad l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures.

LEgato generis * aut alternativo relicto, electio heredis eſt. *ut hic.* & 1
l. cum ſervus. 39. §. ſcio. inf eod. Hoc ità ſi de re certa ſenſerit * teſtator, 2
de qua verò ſenſerit, ſit incertum. *l. legato. 73. inf. eod.* vel per modum dānationis heres ſit oneratus, *l. qui concubinam. 29. §. 1. in fi. inf. De Leg. 3. l. ſi is. 15. l. ſi ita. 43. §. fi. De Leg. 2.* Quod ſi per * vindicationem aut ſi- 3
nendi modum relictum ſit, legatarij electio eſt, *l. planè. 24. §. pen. inf. eod. l. hujus modi. 84. De Leg. 1.* Eòque pertinet * l. ſi ſervus. 108. §. cum ho- 4
mo. *inf. eod.* & *§. ſi generaliter. Inſt. De Leg.* & *l. qui duos. 20. ſup. h. t.* Neque enim in iſta l. de certo ſervo teſtator ſenſit, ſed de alterutro ex duobus, idque ut apparet per modum vindicationis. In omni tamen hac re illud obſervandum, ut non optimum neque viliſſimum accipiatur, *d. l. legato. 37. princ. h. t. l. ſi heres. 110. inf. eod. l. ſancimus. §. 1. C. de Donat.*

Ad l. ſi pluribus. 33.

PLuribus eadem * re conjunctim relictis, quiſq; tantum partem ha- 1
bebit; ſi ſeparatim, refert utrum evidentiſſimè priori ademerit, quo caſu poſterior legatum ſolus accipit, priori ſc. ademptum. Sin minus, conſideratur num teſtator utrique præſtitum voluerit, quo caſu uni res alteri æſtimatio ſolvitur. Aliàs concurſu facient partes tanquam re conjuncti. *ut hic.* & *l. re conjuncti. 89. inf. De Leg.* Quid verò dicendum
ſit: ſi teſtator * ſcripſerit, Lego Titio quod Seio legavi, magiſque eſt 2
ejuſmodi verbis legatum adimi priori, *per. tex. diſertum in l. 5. inf. De Adim. Leg.* & *§. transferri. Inſt. de Ademp. Leg.* Idque Dyno probatum eſt,
in d. l. re conjunctis contrà quàm Bartolo videtur. Non mutat * hic tex- 3
tus, quo dicitur evidentiſſimè apparere debere de animo ademptionis, is enim animus prædicto modo diſertè exprimi intelligitur *ut in d. l. 5. et*
d. §. transferri. Planè quod * attinet ad l. Iulianus. ſup. De Her. Inſt. §. 4
ſi eadem. Inſt. de leg. l. quod ſi alij inf. de Ad leg in earum ſpeciebus nullis ejuſmodi formulæ abhibentur, ſed ſunt caſus earum ab his omnino diverſi.

Ad l. Planè. 34. §. 1.

SEntentia hujus, §. eſt, * rem ſæpius legatam ſemel modò deberi. Id 1
autem de legato corporis accipiendum; * nam quantitas eadem ſæ- 2
pius legata, ſæpius debetur; niſi contrariam voluntatem probet heres. *l. quinquaginta. 12. ſup. De Prob.* Diverſitatis ratio eſt, quia quantitas eadem ſæpius præſtari poteſt, corpus unum idemque non item. Quod
ſi duobus exemplaribus ejuſdem tabulæ, uno * major, altero minor 3

tio civilis, à qua dependet heredit. aditio.

Ad l. ſi is. 91.

QVi bona patris, à cujus hereditate ſe abſtinuit, emit, creditoribus tenetur, *vt hic*. Niſi id bonâ fide fiat, *l. 2. C. de Rep. Her.* Denique & heres extraneus pro emptore, dote, donato, vel quo ſimili titulo poſſidens, omiſsâ causâ teſtamenti (exceptis pro herede & pro poſſeſſore titulis) conveniri à legatarijs, fideicommiſſarijs, creditoribus, nō poteſt. *l. ult. inf. Si Quis Omiſ. Cauſa Teſt.*

Ad l. recuſari. 95.

1 REcuſari hereditas, * ſeu repudiari non verbis tantùm, ſed & quovis indicio voluntatis poteſt. *ut hic*. Quid ergo, ſi quis * enunciaverit,
2 ſe credere hereditatem ſibi non expedire & reſpuendam eſſe, num repudiata hoc medio cenſeatur poſt præteritionem menſium trium. Sed hoc dicendum non eſt, ut rectè Iaſon Decius probant, *Iaſ in l. qui ſe patris. n. 41. verſ. ſecundo limito. Dec. ib. n. 18 C. Unde Lib.* Cum id non aliter obtineat, quàm ſi intra trium menſium ſpatium apertiſſimè renunciet, *l. ult. §. ſimulque modo. C. de Iu Delib.* Malè igitur alii *Bart. in l. ult. §. cum igitur n. 1. C. de Iu. Delib. Mantica de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 14. n. 20.* in diverſum flexere, moti per eandem legem. Quippe quæ renunciationem præterea requirit diſertam. Plane ſi quis alias verbis * fu-
3 turi temporis uſus ſit, verbi gr. ſi quis dicat profiteor me nolle adire, vel nō adibo, quin aditionem indicent, dubitādum non eſt *per hunc tex. & l. 1. ſup. De Cur. Bon. Dan. & l. unus. §. 1. Quib. Ex Cauſ. In Poſſ. Fac. Mantica, d. lib. 12. tit. 14 n 22, Menoch. lib. 4. praeſ. 102. n 9*. Quod igitur id alii in dubium trahunt, *Dec. in d. l. qui ſe poſt. num. 18. & alij. relati à Maſcardo.* ſinè probabili ratione eſt.

Teſtamenta Quemadmodum Aperiantur, Inſpiciantur Et Deſcribantur.

TIT III.

Ad l. 1.

OMnibus inſpiciendi teſtamenti facultas datur. neque enim tranſigi aut cognoſci veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque teſtamenti verbis. *ut hic*. Vide quæ nos ſuprà *ad l. de his. de Tranſact.*

Ad l. 2. § ſi dubitetur.

SI inſpectio tabularum poſtuletur ejus qui vivere dubitatur, cognitio prætoris eſt, ut ſi liqueat eum vivere, id non concedatur. *ut hic*. Quærunt hoc loco* DD. an non aliquis præſumatur vivere centum annos, quod pleriſque videtur, *ex l. ut inter. 23. C. de Sacroſ. Eccl.* Id tamen ibi

non

non probatur, cum id quod DD. ibidem in argumentum trahunt, nihil aliud ſit, quàm longiſſimā hominis vitā eſſe centum annorum. Etenim ſi ea longiſſima vita eſt, non utique præſumendū eſt quemque hominē tantum tempus ſuperſtitem fore. Vt rectè Corraſius doctrinam hanc reprobarit, *5. Miſcel. c. 8.* Id igitur potius arbitrarium dicimus. Quæ verò * ratio ætatis futuræ habeatur in computatione alimentorum ad 3
ineundum computum L. Falcidiæ, pereleganter traditum eſt infrà, in textu l. hereditatum. 68 Ad L. Falc.

Si Quis Omiſſa Cauſa Teſtamenti Ab Inteſt. Vel Alio Modo Poſſid. Heredit.

TIT. IV.

l. 1. §. ſi.

QVi per fraudem omiſerit hereditatem ex teſtamento ſibi delatam, legatorum petitione tenetur. *ut hic.* Hoc ità, ſi pecuniam ut hereditatem omitteret, acceperit, nam ſi gratis id fecerit, poſſeſſor tenetur, *l. 4 princ. & §. 1. inf. eod.*

l. 6. §. non ſimpliciter.

Allegatur in noſtris ad l. 8. §. ſi mortis. De Inoff. Teſt.

Ad l. ult.

QVi ex titulo ſingulari poſſidet, omiſſâ cauſâ teſtamenti, à legatarijs & fideicommiſſarijs conveniri nequit. *ut hic.* Hoc ità ſi antiquiorē habeat cauſam. Nam ſi in fraudem legatariorum quis ex cauſâ lucrativâ poſſideat, diverſum dicimus, *l. 2. in fi. ſup. eod.*

De Sc. Syllaniano Et Claudiano Quorum Teſtam. Ne Aperiantur. TIT. V.

Ad l. 3. §. ſi quis moriens.

Si dóminus * moriens dixerit à ſervo ſibi vim mortis illatam, ei cre- a
dendum non eſt niſi probetur. *ut hic* Quòd ſi in ſervo ita eſt, adverſam ceteros * probabilius dicimus, affirmationem ejus rei indicium a
non facere ad torturam, ut rectè Alexander annotat, & Iaſon. probat.

Alex. lib. 3. conſil. 14. num. 5. Iaſ. in l. 1. n. 11. C. Com. De Leg. Proinde*
1 quod Anglus hoc loco contrarium perhibet, recipiendum non eſt. Nã quod ille in ſententiæ ſuæ confirmationem adducit neminem præſumi immemoré ſalutis in articulo mortis: nihil ad rem facit, ut ex hoc textu conſtat. Nec n. quiſpiam torturæ ſubijciendus eſt, niſi certis indicijs & argumentis convictus, *l. milites. §. oportet C. de Quæſt.*

Ad l. cum fiſco. 9.

1 FIſco bonis propter* inultam mortem defuncti addictis nihilominus legata & fideicommiſſa præſtanda ſunt *ut hic.* Quæ ſententia generalis eſt quotieſcunque * hereditate fiſco ex teſtamento rato ad-
2 dicta. *l. dicitur. De. Iu. Fiſci not. à gl. in l. un. § pen. ad verb. pepercimus. C. de Cad. Toll. l. recuſare. § ſi fiſco. Ad SC. Treb.* idque Baldo & Saliceto videtur & magis eſt. Nec ad rem * l. ſi nemo. ſup. De Teſt. Tut. quia ea non
3 obtinet fiſco hereditatem adeunte, quod loco inſtitutorum adire cen-
4 ſeatur. Perinde nec* obſtat l. quod Divo. De Manum. Teſt. & l. 4. § eadẽ conſtitutio. De Fideicom. Lib quia utraque ea ad Conſtitutionem Divi Marci pertinet de libertate ſervis conſervanda irrito teſtamento. Quod igitur* additur *in d. l. quod Divo. alioquin vacantibus fiſco vindica-*
5 *tis, non habere conſtitutionem locum,* id eò pertinet, quòd alias proviſum libertati ſit jure communi. Idemque dicendum de verſ. ceterum in d. l. 4. §. eadem.

De Iure Codicillorum.

TIT. VII.

Ad l. 1.

1 TEſtamentum imperfectè* conditum etiamſi ſolemnitatem codicilli habeat, non valet in vim codicilli, niſi id voluerit teſtator. *ut hic.* Quod ſi igitur id velit teſtator, exprimendum eſt, *l. fi. §. illud. C. eod. l. coheredi. §. quod ſi heredem. ſup. De vulg. Et Pup. Subſt.* Quod vero hic gl.
2 & DD. notant*, Si quod ago non valet ut ago, id neque valere ut valere poſſet, minus generale eſt, cùm exceptiones ea regula patiatur complures, *vide quæ nos ſuprà in l. 1. §. eum qui. De Conſt. pec.* Subjuncta verò teſtamento * clauſulâ codicillari, idem conſervatur in vim codicilli.
3 Quâ de re vide noſtra ſuprà *ad l. ex ea. 29. Qui teſt. fac. poſſ.* Et adde his quæ nos infrà hoc titulo ad *ad l. qui gravi. 11.*

Digitized by Google

Ad l. qui gravi. 11.

1. Argumentum hujus l.

2. Solvuntur oppoſita. & num. 3. 4. 5.

6. Poſtumus ab ignorante patre præteritus, an ob clauſulam codicillarem ſcriptis heredibus reſtituat hereditatem. & 7. 8. 9. 10.

11. Et quid ſi pater ſupervivat donec poſtumus ſit natus. & 12.

13. Num legata debeantur ex teſtamento rupto à poſtumo ignoranti patri præterito. & 14.

15. Quando hereditatem conſequatur filius præteritus à matre.

SI quis uxorem gravidam * ignorans, à filio libertates reliquit, natâ 1
poſt mortem patris filiâ, libertates à filio ſolo præſtantur. *ut hic.* At
obſtat quod *codicilli etiã agnatione poſtumi rumpũtur, *l. 1. C. eod.* Sed 2
l. noſtra procedit quo caſu codicilli non dependent ex teſtamento,
ut in l. pen. inf. eod. Sed rurſus obſtat, quod * individua in caſu propo- 3
ſito non debentur, *d. l. pen. in fi. fac. l. ſed cum. inf. eod.* ſed id non obtinet
in libertate ob favorem ejus ſingularem. Non mutat * etiam l. un. §. ne 4
autem, C. de Cad. Toll. quia ibi tantum pro regula traditur, lucra &
onera coheredibus pro parte ferenda; quod in propoſito non obtinet,
quia & ad ſolum filium codicilli ſcripti ſunt, & pater uxorem gravidã
ignoravit. Minus verò * ad rem facit l. alieno. §. 1. De Fid. lib. quia 5
ea accipienda eſt ubi ſciverit pater gravidam uxorem. An ergo * ex 6
teſtamento quo poſtumus ab ignorante patre præteritus eſt, idem ob
clauſulam codicillarem reſtituere hereditatem ſcriptis heredibus teneatur,
videamus, Sed hoc dicendũ non eſt, ſiquidem teſtamento militis
eadem continetur *l. 3. De Teſt. Mil.* Idem tamen rumpitur agnatione
poſtumi præteriti à patre ignorante. *l. 33. §. ſecundum. De Teſt. Mil.*
cũ ſim. Deniq; à * poſtumo hoc ne quidẽ legata debentur, *ut hic. & d. l.* 7
pen. inf. eod. ergò multò minus ab eo reſtituenda hereditas ipſa eſt. Ne-
que n. præſumendus pater eſt voluiſſe prælatum ſcriptum heredem 8
propriæ proli, *arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. cum ſim.* Non mutat, *
quod per clauſulam hanc teſtator voluntatem ſuam conſervatam de-

creverit in omnem eventum, *l. ex. ea ſcriptura. ſup. De Teſtam.* quia id non pertinet ad ſpeciem teſtamenti ex poſt facto rupti, ſed magis ad
9 abolendum vitium formæ. Perinde * nec ad rem facit *l. conficiuntur. §. ſi poſt. ſup. De Codicill.* quoniam ea ad legata & fideicommiſſa ſingularia pertinet. nam & in eo textu de legatis codicillo
10 relictis quæſtio eſt. Sic & in * l. alieno. §. 1. De Fid. Lib. de relicta libertate agitur. Nam ſi donatio nimia inter vivos facta revocatur ob liberorum nativitatem, *l. ſi unquam C. de Revoc. Don.* multò magis idem
11 dicimus de fideicommiſſo. Num verò, * ſi pater, qui uxorem uterum geſtare ignoravit, ſupervivat donec ſint nati, vel ulterius, teſtamentum non mutarit, idem ſit? Et hoc magis eſt. Cum & hic rumpatur teſtamentum, *not. in princ. l. Gallus. 29 ſup. De Lib. Et Poſth.* Non
12 mutat * quod teſtator diu ſupervivens in eadem voluntate cenſeatur perſeverare, *arg. l. athleta. § dat remiſſionem. De Excuſ. Tut. l. 3. C. de Inoff. Teſt. cum ſim.* id enim in propoſito non obtinet ubi voluntas prior agnatione poſtumi infracta eſt. An non * ergo legata relicta teſtamen-
13 to rupto à poſtumo ignoranter præterito, debeantur: ſed hoc dicendum non eſt, cum ex teſtamento rupto nihil debeatur *tot. tit. De Injuſto Rup.*
14 *Et Irr. Teſt.* Sed ex reſcripto Divi Hadriani ſcriptus heres * hoc caſu bonorum poſſeſſionem impetrare poteſt, ut & conſequenter legata ac fideicommiſſa præſtentur *l. cum poſtumus. 12. ſup. d. tit. De Inius. Teſt. ubi*
15 *vi. noſtra.* Sic ex ejuſdem Principis * decreto, filio præterito quem mater teſtatrix falſò audiverat deceſſiſſe, hereditas ad filium pertinet, ut tamen libertates & legata præſtentur. *l. cum mater. ſup. De Inoff. Teſt.*

Ad l. is qui unum. penult.

Vide noſtra latè in l. qui gravi. ſup. eod.

LIBER XXX.

De Legatis Et Fideicommiſſis.

LIB. I.

Ad l. 1.

1 PEr omnia exæquata * ſunt legata fideicommiſſis. *ut hic.* Unde colli-
2 gi queat id non à Iuſtiniano primum * introductū eſſe, contra quàm ipſe perhibet. *l. 2. C. Com. De Leg. § ſed non uſque. Inſt. De Leg.* Sed eſt l. noſtra ex Vlpiani lib. 67. ad edictum, *ut colligere eſt ex l. 1. inf. Quod Leg.* In interdicto verò Quod Legatorum, id etiam Vlpiani tempore obtinuit. Vt hoc non abſurde ſcripſerit juris auctor in eo genere interdicti.

ctl. Cum & in neceſſitate fideicommiſſi tradendi, & retentione quartæ,& aliis nonnullis jam ante idem obtinuerit. Proinde quod Iuſtinianus id ſibi accepto ferendum perhibet, ad ea referendum eſt quæ ipſe ſuppleuit. Quanquam * Florentinum exemplar hoc loco inſcriptionem nominis Vlpiani omittat. Et re ipsâ probabile eſt, vocem per omnia hic ſuppletam à Triboniano eſſe, vel utique à gloſſatore aliquo parum erudite inſertam, & paulatim in textum receptam. *vi. quoque Duar. l. 2. Diſp. c. 9. Ant Aug. lib. 3. Em. c. 9. Vigl. ad tit. Inſt. de Leg. §. legatariys.* 3

Ad l. 4.

Adde hanc l. ijs quæ nos in l. 3. §. fi. inf. De Sup. Leg.

Ad l. ſervi. 5. §. 1.

Vi. noſtra in l. 71. §. fi. inf. eod.

Ad l. Stichum. 6.

QVod hic * dicitur, ſpecies ejuſmodi, *Stichum qui meus erit cum moriar,* conditionem continere, cum diverſum foret verbo præſentis temporis *eſt*, loco *erit* adpoſito, ei convenit l. nuper. 85. De Leg. 3. Sed opponitur l. ſcribit. 34 §. fi De Auro Et Arg. Leg. * at hic locus mendoſus eſt, cùm loco horum verborum, *demonſtrationem legati et argumẽti,* legendum ſit, deminutionem & augmentum. Cùm videlicet tempus mortis ſpectetur, *vi. Cujac. 2. Obſ 39. ſeq. Pac. Cent. 3. Enant. c. 3.* 1 2

Ad l. Legatum. 7.

LEgatum ſervo delatum dominus poteſt repudiare, *ut hic.* Oppon. l. Titia. 34. § Lucia, inf. tit. prox. Sed ibi agitur de legato non ſolum delato, verum jam nunc acquiſito. Delatum enim repudiari poteſt, agnitum aut acquiſitum non item. *l. 1. §. Decretalis. De Suc. Ed.*

Ad l. ſi ex toto. 8.

AVctio legati [a] ut cum ipſo legato debetur, ſic etiam imminutum quod eſt non debetur *ut hic et l. ſi area. 39. De Leg. 2. l. ſi grege. 22. inf. h. t.* Si tamen teſtator [b] domum legatam in univerſum diſſtruxerit, aliamque repoſuerit, mutata credetur eius voluntas, & interibit legatũ, niſi diverſum probetur *l. ſi ita. 65. §. fi. inf eod.* Non mutat l. ſi chorus [c]. 79 §. area. inf. De Leg 3. ubi videtur acceſſorium areæ non deberi quia hoc ad domum magnificam & ſumptuoſam pertinet, cum interim in domo minoris momenti contrarium ſit, quippe quæ areæ accedit, *l. ſervum. 44 §. ſi area, inf. eod* Ità enim conciliandam his d. l 79. §. area. rectè Duarenus annotat, *Duar. hic.* Nec refert [d] quod area impoſitione domus videtur mutata, quia quod ſolo inædificatur, naturali ratione eidem cedit. *§. cum in ſuo. Inſt. de Rer. Diu.* 1 2 3 4

Digitized by Google

Ad l. id quod. 9.

QVod apud hoſtes eſt legari poteſt, ut ſc. reſtitutum vel reverſum fiat noſtrum jure poſtliminij *ut hic l. ſervus ab hoſtibus. 98. inf. eod.* Sed id ad ea pertinet quæ in commercium cum hoſtibus cadunt, cetera enim, quæ eis vendere non licet, excipiuntur. *l. ab omnibus. 104. §. etiam. De Leg. 1. vi. l. cotem ferro. De Publ. Et Vec. l. 1. & 2. C. Quæ Res Export. Non Deb.* Immobilia igitur ut nec in contractum deduci, ſic nec legari poſſe dicendum eſt. *l. liber. homo. 103. De Verb. Obl. in fi.*

Ad l. cùm filio. 11.

1 HEreditate vel legato * filiof. aut ſervo relicto, pater aut dominus gravari poteſt ut reſtituat. Ac ita demum ex perſona * patris vel domini teſtamētū vires accipit ſi ipſi injūctū ſit ut fideicommiſſum hereditatis liberis aut ſervis reſtituatur. Et hæc eſt vera ſentētia hujus reſpōſi, de quâ tamē inter Accurſiū ac Bartolū, item Caſtrenſem & Iaſonem controverſum fuit, *DD ijdem hic.* Planè ſi patri injunctū ſit extra-
2 neo poſt mortē ſuam reſtituere, ipſe Trebellanicam retinet *; ſin verò liberis, non item, cum per eos ſibi acquirat. Fideicommiſſario verò poſteriori hoc caſu mortuo antequā dies reſtitutionis adveniat, fideicōmiſſum cedit commodo patris gravati. *ut hic.* Quod in herede dicendū non eſſet, quia jure veteri fideicommiſſum caducum fieret. Manebat enim apud gravatū, *l. Iulianus 60. inf. tit. prox.* Sed ità ut reſtituendum fiſco foret ut cetera fideicommiſſa conditionalia. Quod hodie corre-
3 ctum eſt, * ut ſc. decedente fideicommiſſario ante conditionem exiſtētem, idem maneat apud gravatum, eumve cui id Conſtitutio Iuſtiniani decernit, *l. un. §. ſin autem ſub conditione. C. de Cad. Toll.* Ità ſolvendum hunc nodum, ſententijs complurium errantium omiſſis, magis obtinet, *vi. Dn. Cujac. lib. 10. Obſ. c. 38. quem ſeq. Each. lib. 5. Contr. c. 56.*

Ad l. ſi mihi. 12.

1 REadem mihi * & tibi legatâ, ſi deinde die legatâ cedente tibi heres exiſtam, liberum mihi eſt rem legatam vel jure legati percipere,
2 vel ſucceſſionis. *ut hic.* Quæritur hoc loco an non heres * legatum tale defuncto relictum repudiare in alterius præjudicium queat. Dubiū movet hic textus qui id ſimpliciter admittere videtur, Magis tamen eſt non poſſe, ſique contra fiat id imputari repudianti. *arg. l. liberto. De Bo. Lib.* Non mutat hæc l. noſtra, quia ea accipienda cum modo eſt, ne ſc. præjudiciū eâ re tertio fiat. Nec ad rē facit l. ſi fundum. *81. § ſi Titius. inf. eod.* quia ibi non dicitur repudiationē præjudicio alterius fieri poſſe: ſed hoc tãtùm, rem defuncto legatā, nec repudiatā ab herede, poſſe à legatario vindicari, idq; etiāſi defunctus exiſtimaverit rē alienam eſſe.

Quod

Quod ſi repudiata foret vindicari non poſſet, ſed actio perſonalis tantum ex teſtamento ſupereſſet in heredem; cùm teſtator eam reliquerit ut alienam.

Ad l. ſi duobus. 16.

1. Eadem re duobus conjunctim relictâ, quorum alter non ſupereſt, alteri ſolam partem deberi.
2. Solvitur §. fin. in ead. hac l. oppoſitus.
3. Mutatio juris novi in hac re.
4. Diverſitas Inſtitutionis à Legato hac in re.
5. Quid ſit in fideicom. conditionali altero non exiſtente conditione deficiente. & 6.
7. Naſcituri ſub conditione inſtituti, an nati avocent fideicōmiſſ. remotioribus gradu & 8. 9. 10.

Si duobus conjunctim [a] eadem res legetur, quorum alter in rerum 1
natura non eſt, alteri tamen pars debetur ſola. *ut hic.* Quia ſc. pars al-
tera pro non ſcripta eſt, eoque uni nil debetur præter partem ſuam, *l.*
ſi Titio. 7. De Leg. 2. Nec ad rem [b] facit §. fi. in ead hac l. quia in ſpecie 2
ejus ſubſtitit legatum, cum poſtumis ſuis legari etiam olim potuerit.
not in §. poſtumo Inſt. h. t. & ſubſiſtit idcirco legatum. Denique jure novo
etiam in ſpecie [c] l. noſtræ locus juri accreſcendi eſt, & eſt igitur hæc l.
abrogata. *ex. l. un. §. in primo. C. de Cad. Toll.* In hereditate [d] verò ſemper 3 4
obtinuit, partem etiam non exiſtentis accedere alteri, *l. quo loco. 20. De*
Her. Inſt. ne ſc. quis ex parte decedat teſtatus, & ex parte inteſtatus.
Denique & illud [e] conſtat, fideicommiſſum conditionale non aliis de- 5
ferri quam qui ſuperſunt eveniente conditione, *l. cum pater. §. hereditatē.*
inf. De Leg. 2. l. intervenit. 77. inf De Leg. Præſt. Idque inter omnes con-
ſtat, *teſte Alciato conſ. 594. n. 1. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gl. 7 num. 92.* Hoc
ita, niſi ex voluntate [f] teſtatoris proximi quique in familia tam nati 6
quam naſcituri pariter admittantur, *l. in conditionibus. De Cod. Et Dem.*
Sed in hac re controverſum eſt, Si etiam poſt [g] conditionis eventum
naſcituri vocentur, utrum ii unà admittantur, ſi, quo tempore conditio 7
exſtitit, alii eodē gradu exſtiterint cōjuncti, & auferāt etiā gradu remo-
tioribus qui tum exſtitere. Quod magis eſt, *per hanc l. in §. ſi. & l. ſeq.*
Cum enim legato tam poſtumo quam jam nato relicto, etiam poſtea
natus cū prius nato admittatur: idē vel maximè dicemus ſi eorū mētio
fiat qui naſcituri ſunt. Nam & in ejuſmodi caſu à proximo cautio
præſtāda eſt, etiāſi nemo ulterior ex familia ſuperſit, *l. peto, 96. §. fratre. de*
Leg. 2.

domus in genere factum admittit, modò teſtator domos reliquerit: quia domus etiam minima alicujus pretij eſt. Planè ſi nulla domus in hereditate ſit, deriſorium quoque legatum erit. *d. l. 71.*

Ad l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures.

LEgato generis * aut alternativo relicto, electio heredis eſt. *ut hic. & l. cum ſervus. 39. §. ſcio. inf. eod.* Hoc ità ſi de re certa ſenſerit * teſtator, de qua verò ſenſerit, ſit incertum. *l. legato. 73. inf. eod.* vel per modum dānationis heres ſit oneratus, *l. qui concubinam. 29. §. 1. in fi. inf. De Leg. 3. l. ſi is. 15. l. ſi ita. 43. §. fi. De Leg. 2.* Quod ſi per * vindicationem aut ſinendi modum relictum ſit, legatarij electio eſt, *l. planè. 24. §. pen. inf. eod. l. hujus modi. 84. De Leg. 1.* Eóque pertinet * l. ſi ſervus. 108. §. cum homo. *inf. eod. & §. ſi generaliter. Inſt. De Leg. & l. qui duos. 20. ſup. h. t.* Neque enim in iſta l. de certo ſervo teſtator ſenſit, ſed de alterutro ex duobus, idque ut apparet per modum vindicationis. In omni tamen hac re illud obſervandum, ut non optimum neque viliſſimum accipiatur, *d. l. legato. 37. princ. h. t. l. ſi heres. 110. inf. eod. l. ſancimus. §. 1. C. de Donat.*

1
2
3
4

Ad l. ſi pluribus. 33.

PLuribus eadem * re conjunctim relictis, quiſq; tantum partem habebit; ſi ſeparatim, refert utrum evidentiſſimè priori ademerit, quo caſu poſterior legatum ſolus accipit, priori ſc. ademptum. Sin minus, conſideratur num teſtator utrique præſtitum voluerit, quo caſu uni res alteri æſtimatio ſolvitur. Aliàs concurſu facient partes tanquam re conjuncti. *ut hic. & l. re conjunctis. 89. inf. De Leg.* Quid verò dicendum ſit: ſi teſtator * ſcripſerit, Lego Titio quod Seio legavi, magiſque eſt ejuſmodi verbis legatum adimi priori, *per. tex. diſertum in l. 5. inf. De Adim. Leg. & §. transferri. Inſt. de Ademp. Leg.* Idque Dyno probatum eſt, *in d. l. re conjunctis* contrà quàm Bartolo videtur. Non mutat * hic textus, quo dicitur evidentiſſimè apparere debere de animo ademptionis, is enim animus prædicto modo diſertè exprimi intelligitur *ut in d. l. 5. et d. §. transferri.* Planè quod * attinet ad l. Iulianus. ſup. De Her. Inſt. §. ſi eadem. Inſt. de leg l. quod ſi alij inf. de Ad leg in earum ſpeciebus nullis ejuſmodi formulæ abhibentur, ſed ſunt caſus earum ab his omnino diverſi.

1
2
3
4

Ad l. Planè. 34. §. 1.

SEntentia hujus, §. eſt, * rem ſæpius legatam ſemel modò deberi. Id autem de legato corporis accipiendum, * nam quantitas eadem ſæpius legata, ſæpius debetur, niſi contrariam voluntatem probet heres. *l. quinquaginta. 12. ſup. De Prob.* Diverſitatis ratio eſt, quia quantitas eadem ſæpius præſtari poteſt, corpus unum idemque non item. Quod ſi duobus exemplaribus ejuſdem tabulæ, uno * major, altero minor

1
2
3

Nn ſumma

ſumma eidem relicta ſit, ut aliàs in dubio, ſola ſumma minor debetur. *l. Sempronius. 47. inf. tit. prox.* Vt & quantitas alimentorum nomine relicta codicillis debetur, quo caſu codicillis à quantitate teſtamento relicta receſſum eſt, quod & factum intelligitur, ſi prius teſtamento aliquibus, dein omnibus quantitas diverſa relicta ſit. *l. libertis, 18. De*
4 *Alim. Leg.* Quia quod in* alimenta legatur hoc modo, ſemel tãtùm debetur, niſi contrariam probet legatarius voluntatem. *l. alimenta. 16. §. Baſilica. eod. tit. de Alim.*

§. Quod ſi rem emiſſem.

1 SI rem mihi * legatam emero ad pretium, in heredem actio eſt, *ut hic.* Quod extrà dubium eſt re aliena legatâ, *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 12. Iaſ. et Alc. ib. De Verb. Obl.* Num verò idem ſit emptâ re teſtatoris à tertio, quæritur, idque magis obtinet, *per hunc tex. qui procedit indiſtinctè. Bart. in d. lo.* Licet diverſum ſit re legatario quæſita ex cau-
2 ſa lucrativa, *§. ſi res aliena. Inſt. de Legat.* Opponit huic * ſententiæ Alexander, *ibidem* quod legatarius ſit dominus legati, Vt emptio nulla ſit, nec pretium repeti poſſit, *l. ſuæ rei. De Cont. Empt.* Et hoc * quidem
3 legatario ſciente magis eſt, ità tamen ut heres actiones ſuas cedere legatario cogatur. *Alciat. d. lo. num. 35. verſ. item in quantum.* Actionum enim ceſſio ſine diſpendio heredis fit, ut ea ſummæ innitatur æquitati.
4 *l. in creditore. 38. De Evict.* Quin & ſi ab * ipſo herede ſcienti legatario res empta ſit, videtur pretium repeti non poſſe, *per d. l. ſuæ rei.* Quod
5 non ita eſt * ſi ignorans ſibi legatam ab herede emerit, & alienarit denuo priuſquam ſciret ſibi legatam. *l. ſi à ſubſtituto. 45. inf. eod.* Licet idẽ ſit re non alienata: *l. hujuſmodi. 48. §. qui ſervum. inf. eod.* Nec refert quod actio ex teſtamento ſupereſſe videatur, quo caſu ſcit legatarius rem emens, eam ſibi legatam, *arg. l. cui res. 29. De Act. Emp.* quia hac ratione legatum repudiatum intelligitur. Quando enim hoc caſu ita demum legatum utile eſt, ſi alienata res ſit priuſquam legatarius ſciret eam ſibi legatam, diverſum eſt ſi ſciverit id ab initio, *l. ſi à ſubſtituto, 45 inf. h. t.* Nam ſi agnitione legati querelæ inofficioſi renunciari quandoque potuit, *l. 8. § ſi conditioni. ſup. De Inoff. Tes.* & conſequenter hereditati toti, multò magis dicimus comparantẽ rem ſuam prudenter, pretio renunciare. Nec ad rem facit quòd ex teſtamento actio & actio empti diverſis ex cauſis ſint: quia & condictio ſine cauſa in ſpecie d. l. ſuæ rei foret, niſi obſtaret conſcientia rei ſuæ, quam tamen ſcienti compe-
6 tere nemo dicet. Quid ergo ſi ematur res ſub * conditione relicta, eâdem pendente? magiſque eſt id fieri poſſe, quia legatum ante conditionem exiſtentem repudiari non poteſt. *l. ſi ità ſcriptum. §. ſi ſub conditione, inf. tit. prox.* Maximè re legatâ denuo alienata, priuſquam legatam ſibi eam legatarius ſciret. Sed hoc ità accipiendum: ut conditione exiſtente quoque repeti pretium queat, ut rectè Bartolus, Iaſon, Ripa docuere,

Digitized by Google

docuere, *in l. qui Roma. §. duo fratres. De V.Obl.* contra quàm Alciatus ſenſit, *ibid.n.38.et 39.* Eſt enim emptionis cauſa, non lucrativa, ſed onerosa, in quo genere ejuſmodi caſu repetitio pretij eſt regulariter. *§. ſi res aliena. Inſt. eod.* Non mutat arg. à contrario ſenſu ex l. cui res. De Act. Emp. quia eo nihil aliud probatur, quam actionem ex empto ceſſare, ubi quis ſciens emerit rem ſuam.

Ad l. legato. 37. princ. & §. 1.

QValis res præſtanda ſit legato generali relicto, & cui electio competat, *de quibus hic.* pluribus ſuprà proſequimur *ad l. 22. §. ſi plures. eod.*

Ad l. cum ſervus. 39. §. conſtat. 7.

REs alienæ * quoque legari poſſunt, modò tales ſint quæ parari (hoc eſt comparari) queant, & commercio non exemptæ, *ut hic.* Sed ità ſi 1
ſciverit teſtator * rem eſſe alienam, *l. unum. 67. §. ſi rem. inf. tit. 1.* vel legetur perſonæ teſtatori conjunctæ, ſive uxori ſive alteri, *l. cum alienam. 10.* 2
C. de Leg. Sed an Iure Canonico * legatum rei alienæ valeat, videamus, valere Statuendum eſt. Licet enim id gl. Iaſ. & Sichar. *in d. l. 10.* 3
negent hæc tamen ſententia magis obtinet, *arg. c. 1. & 2. de novi op. nunc.* Nec mutat c. filius ex. de Teſtam. quia ibi juri civili non derogatur, ſed tantum obtinet id c. in ſpecie ibi propoſita, ut rectè ibidem Covarruvias docuit, *ſeq. Fach. lib. 5. Contr. c. 39. poſt Manticam de conjec. ult. vol. lib. 9. tit. 10.* Quin & ſi ibi contrarium cautum eſſet (ut minus) non obtineret tamen definitio ea; cum jus civile hac in re nitatur bonâ ratione. Num verò feudum legatum * valeat, eatenus ſaltem ut 4
æſtimatio præſtetur, diſputatum eſt. Quia tamen feudum teſtamento alienari non poteſt. *c. 1. de ſucc. feu. c. 1. §. donare. qual. ol. feud. al. pot.* rectè pleriſque viſum eſt, ſi contrà fiat, æſtimationem non deberi, *Bal. in d. §. donare. n. 3. Cur. Iun. in tr. feud. p. 4. quæſt. pen. n. 136. Aret. hic. Alex. conſil. 19. n. 6. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 4. p. 2. pr. 119. n. 6.* Nec refert quod alii ex adverſo contendunt, *Ioan. Fab. ad §. non ſolum. Inſt. de leg. Bal. ſibi contrarius in d. c. 1. n. 3. de ſucc. feu.* moti d. l. cum alienam. & eo quod dicimus, in dubio eam interpretationem accipiendam quâ conſervetur potius negotium quàm pereat, *l. quoties. De Reb. Dub.* quia hæc non obtinent, eò quòd legatum feudi omnino inutile ſit. Si enim æſtimatio deberetur, legatum valeret, ut de legato rei alienæ reſponſum eſt. at non valet, *ut in d. §. donare. & d. c. 1. de ſucc. feu.* æſtimatio igitur non debetur.

Ad l. ſed ſi res. 40.

REi quæ * relinquitur alicui jure fideicommiſſi, cujus ipſi commercium non eſt, æſtimatio debetur, *ut hic. & l. filius. 114. §. ſi quid alicui* 1

cui h. t. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi ſervo. 16. junc. §. ſeq. inf. De Leg. 3. Sed hoc ad fideicommiſſarios pertinet, *ut hic. & d. l. 11. §. ex his. De Leg. 3.* Relictum
2 tamen * legatario incapaci, ut reſtituat fideicommiſſario capaci, valet, *ut hic.* quia legatarius magis miniſterium teſtatori præbet, quàm jus aliquod ſibi acquirit, *l. aliud. 71. de V. S. l. non videtur 51. de R. Iur.* Ab hærede quoque cui commercium alicujus rei non eſt, legatario cui idem eſt, relinquitur rectè, *l. mortuo. 49. §. Labeo. inf. tit. 1.* Differentiæ ratio eſt, quia fideicommiſſa ex benigniori interpretatione voluntatis deſcendunt, eoque magnus eorum favor eſt, *§. 1. Inſt. de Fid. her.* Dicitur quidem fideicommiſſum interdũ legatum, *ut in l. Babius. 30. De Pact. Dot. & d. §. ſi ſervo.* rarò autem vice verſa legatum dicitur fideicommiſſum. *ut recte Cujac. 4. Obſ. c. 23.* Quam tamen differentiam legati & fideicommiſſi rectè hodiè dicimus ſublatam, *per l. 2. C. Com. de Leg. vi. eleganter Ampliſſ. Dominũ Marcum Lycluma IC. celeberrimum, lib. 7. Memb. c. 32.* Denique ea quæ commercio exempta ſunt, legari non poſſe inter omnes conſtat, *ut l. prox. §. pen. ſup.* quibus comparantur bona Cæſaris, quippe quæ & ipſa non ſolent alienari, *ut in §. fi. d. l. ult.* Quod ſi verò quis incapax ratione delicti ſit, ne quidem æſtimationem percipit.

Ad l. cetera. 41. §. 1. & 2.

1 QVæ ædibus juncta ſunt * legari nequeunt. Vnde nec marmor aut columna ædibus juncta legantur, nec convaleſcet legatum etiamſi
2 poſteà ſeparẽtur. Quod quidem per * regulam Catonianam efficitur, niſi ſub conditione, ſi quandoque ſeparentur, legatum ſit. Regula enim
3 * Catoniana ad conditionalia non pertinet. *ut hic.* Obſtat l. 1. §. fin. De Reg. Caton. ſed ibi agitur de legato conditionali, & error ibi interpunctionis eſt, cum verba ea, *ſi eum vivo teſtatore alienaveris,* ad præcedentia referẽda ſint, duobus pũctis omiſſis, & reponẽdis poſt vocẽ *alienaveris.*

Ad l. Senatus. 43. §. Legatum.

An & quatenus legatum in alterius arbitrium conferri poſſit, pluribus explicamus ſuprà, *in l. illa inſtitutio. 32. de Her. Inſt. ubi & hic §. explicatur in noſtris.*

Ad l. ſervum. 44. §. ſi pocula.

1 POculis legatis * etiam maſſâ ex iis facta, vel contra legatum ſubſiſtit, ut & legatâ lanâ ſi factum ex ea veſtimentum ſit, *ut hic.* Ei verò
2 quod de lana dicimus * obſtat l. lana. 88. inf. de Leg. 3. ubi dicitur legatum hoc caſu non deberi. Quod & verum eſt, niſi perſeverarit teſtator in eadem voluntate. Præſens itaque textus ità obtinet, ſi priorem
3 voluntatem continuarit. *ut hic.* Probationem * tamen voluntatis non mutatæ, & in legato veſtimenti continuatæ, legatario incũbere magis eſt, cùm regulare ſit, legatâ lanâ, veſtem ex ea factã non deberi. *d. l. 88.*

§. ſi areæ.] De area legata cui domus impoſita eſt, vide noſtra ſuprà ad l. 8. eod. ubi & hæc explicatur.

Ad l. ſi à ſubſtituto. 45. princ.

Vide quæ nos ſuprà ad l. 33. §. quod ſi rem. eod.

Ad

Digitized by Google

Ad l. ſi cui. 54 princ.

LEgato alicui relicto * ubi 14 annorum erit, aut ſimiliter, legatum 1
non debetur, niſi anno completo. *ut hic. l. non putabam 48. de Cond. et
Dem l. pen. C. Quan. Di Leg. Ced.* Non obſtat * l. qui filium. 47. §. Fabius. 2
inf. ad SC. Treb. quia ibi agitur de eo cui relictum eſt, ubi annum
certum contigerit, id verò eſt, primùm attigerit.

Ad l. ſed ſi certos. 51.

SI quis certos nummos, veluti * quos in arca habeo, leget, aut lancē 1
certam, corpora ipſa debebuntur, & quidem adeo ut heres ea permu-
tare per ſe non poſſit. *ut hic.* Unde & ſi certam quantitatem leget quæ * 2
quo in loco ſit, & ea minor deprehendatur, tantò minus debetur,
niſi tempore mortis ſumma fuerit tota. *l. ſi ſervus 108. §. qui quinque. inf.
eod.* Quod & in Stipulationibus * ita eſt, *ut in eod. §. qui quinque* At obſtat 3
ei quod de Stipulationibus dicimus, l. ſi ità. 126.* De V. Obl. licet ve- 4
rò aliter alii *Iaſ. & Duar. ibid.* ego tamen nullam Stipulationem *in d. l.
126.* dici puto in integram ſummam, idque per hunc tex. efficitur; nul-
la puta dicitur, ut conditionalis non eſſe intelligatur, eóque non defi-
ciat ob defectum conditionis, ſed ab initio non ſubſiſtat in eo corpore,
ſeu quantitate; ſubſiſtat interim in eo quod eſt revera. *arg. l. 1. §. ſi Stipu-
lanti. 4. inf. De V. O.* Non mutat * etiam quòd falſa demonſtratio non
vitiat legatum. *l. demonſtratio. 17. inf. De Cond. & Dem.* hoc enim ità ve- 5
rum eſt, ſi quid ſit de quo teſtatorem conſtat ſenſiſſe, non autem de eo
quod non eſt, vel ſupereſt, *l. quibus. 40. §. pen. eod.* Planè ſi certa * ſum- 6
ma legetur quaſi alicui debita, falſa demonſtratio legatum non vitiat,
l. ſi ſic. 75. §. 1. inf. eod. cùm ea undecunque ſolvi poſſit.

Ad l. nemo. 55.

NEmo cavere poteſt * ne leges in teſtamento ſuo habeant locum, *ut 1
hic. adde l. 5. §. Iulianus, ſup. De Adm. Tut. & Teſtandi, C. de Teſt.* Sic
legis Falcidiæ * commodum heredi teſtamento adimi non poteſt. *l. 15. 2
§. 1. l. 27. inf. Ad l. Falc.* Quod tamen mutatum * eſt Novellâ. 1. §. ſi ve- 3
rò expreſſim. Sic primùm à D. Marco introductum eſt, ut cautio
ad quam * heres tenetur, ut de legatis ſub conditione vel in diem 4
relictis, ſatiſdare cogatur, remitti poſſit, *l. 2. C. Ut in poſſ. Leg. l. pactum.
46. ſup. de Pact.* Licet cautio ab uſufructuario præſtanda remitti non
poſſit, *l. 1. & 4. C. de Uſufr. l. pen. C. Ut in Poſſ. leg.* Idque in uſufructu
ſpeciale, & diverſum quàm in legatis ceteris eſt, eò quòd negligant
ſæpe fructuarij res uſuifructui ſibi relictas, utpote non ſuas. Num verò
* Inventarii confectio heredibus remitti poſsit, videamus & rectè Ca- 5
ſtrenſis reſpondit, patrem remittere eā tutori poſſe, *l. ult. C. Arb. Tut.
per l. debitorum. C. de Pact.* Sed & remitti eam poſſe præjudicio legata-
riorum, cùm legata à beneficio dependeant teſtatoris ipſius, eoque &
ab eo jus eorum minui queat. *arg. l. videamus. §. pen. & l. ſeq. De In Lit.
Iur. Caſtr. hic. & poſt eum Bronch. Cent. 3. c. 58. creditorum non item.*

Digitized by Google

Ad l. ſi res. 57.

Vide noſtra ſup. in l. 19. Qui Pot. in pig. Hab. ubi & hæc allegatur.

Ad l. ſi ita. 65. §. 1.

Vide noſtra latè ſuprà *in l. illa inſtitutio. 32. De Her. Inſt.* ubi & hæc explicatur.

§. fin.] Explicatur in noſtris *ad l. 8. h. t.* ſuprà ubi pluribus agimus an & quatenus mutatione domus intereat legatum an minus.

Ad l. ſi poſt mortem. 68. §. fin.

SErvus Titio legatus eſt, & poſt mortem Titii liber eſſe juſſus, non valet legatum, quia certum eſt Titium moriturum. *ut hic.* Sed hoc reſpectu heredis legatarii cum referendus hic §. quoque ſit ad §. ſi purè antepen. in hac ead. l. Obſtat enim aliàs *l. pecudum. 65. § pen. inf. tit. prox.* ex qua certum eſt, aditâ hereditate Titio competere legatum.

Ad l. ſervo legato. 69.

1. INterdum [a] alius habet adverſus heredem actionem, quam cui dari juſſit, ut cùm heres qui creditori defuncti ſolvere jubetur, à coheredibus convenitur ut illi ſatisfaciat, *& in ſim. caſib. ut hic in tex.* quia ipſorum potiſſimum intereſt, debitum ſolvi. *adde l. fideicommiſſa. §. interdum. De Leg. 3.*

2. Opponitur [c] l. 5. C. de Iur. dot. ubi non uxor cujus potiſſimum intereſt dotem conſervari, ſed maritus agit; ſed ea non pertinet ad cauſam teſtamenti. Si enim genero legetur dos, ipſe quoque ex teſtamento aget, *l. tali. 48. §. fin. ſup. de Iu. Dot. & l. Titio. 71. §. Titio genero. De Cond. & Dem.*

Ad l. ſi ſervus. 70.

Vide noſtra ſuprà *in l. 58. de Evict.*

Ad l. ſi domus. 71.

Vide noſtra ad l. 24. §. ſi quis ſup. eod. ubi & hæc explicatur.

Ad l. licet. 74.

1. AB inſtituto [a] relicta à ſubſtituto quidem repetita cenſentur, ſed ita niſi evidens voluntas diverſa ſit. *ut hic.* Quid ergo ſi nominatim

2. ab aliquo heredum quæ [b] ſint relicta, num tantùdem dicamus? & quidem videtur id difficiliùs admitti, *arg. l. ſi plures. De Leg. 3. verb. nominatim damnare debet. & l. Celſus. §. quod alicujus. inf. tit. prox. l. 1. § quod ex ſubſtitutione. inf. Ad L. Falc.* Idque communiùs admiſſum Menochius refert *lib. 4. Præſ. par. 2. pr. 108. num. 24. & Mant. de Conj. Ult. Vol. lib. 8. tit. 2. num. 15.* Aliis tamen contra viſum eſt *per hunc textum, & l. non juſtam, C. ad Treb.* Et verò ſi inſtitutum oneratum voluit, quem affectu prætulit heres; & ſubſtitutum iiſdem legatis haud dubiè voluit oneratũ

Cuman.

Digitized by Google

Cuman.& Caſtr.hic. Alc.de Præſump.reg.2. præſ.35. & poſt eos Fach.lib. 3. contr.c.39. quod magis eſt. Nec tamē minus vera eſt [c] ſententia diverſa, quia ea cum modo accipienda eſt, ut, puta, ita obtineat, ſi vox *nominatim* reſtrictivè accipiatur, pro *ſingulatim*, cum hoc caſu manifeſta 3
ſit voluntas teſtatoris, ab inſtituto ſolo relictum eſſe,in dubio enim relicta ab inſtituto à ſubſtituto relicta præſumuntur, *vt hic in fi.legis.& l. ſi Titio.61 §.Iulianus.inf.tit.prox.* Et hoc nec ceteri negarunt, ut reipſa hic nulla ſit diverſitas opinionum.Deniq; & res à coherede relicta qui partem ſuam repudiat, ab altero qui non repudiat, debentur. Quod ad ſimilitudinem hujus juris introductum eſt, quo ab inſtitutis relicta à ſubſtitutis præſtantur, *d.l.61.§.Iulianus.*

Ad l.ſi ſic legatum.75. princip.

Vide noſtra latè ſuprà an & quatenus heredis inſtitutio aut legatum in arbitrium aut voluntatem alterius conferri queant an minus, *ad l. illa inſtitutio.32. De Her.Inſt.*

§.1.] Explicatur in noſtris ſuprà ad l. 51. ubi plenè tradimus, an & quatenus legatum quantitatis deſignatæ circumſtantiis, ſubſiſtat an minus.

Ad l.ſi quis teſtamento.79.

SI quis Titio & Seio decem dederit, dena, hoc eſt, ſingulis decem dediſſe cenſetur. *vt hic.* Nec ad rem faciunt l.ſtipulatio iſta.38.§.eum qui. & l.eum qui ita.56. princ. l.ſi mihi & Titio.110. De V.Obl. quia eæ ad contractus pertinent, in quibus regulariter interpretatio ſumitur adverſus eum qui contractum legeſque ejus edixit. *l.veteribus. De Pact.cum ſim.* Vt in propoſitis ll. fit adverſus ſtipulatorem. At in ultimis voluntatibus plenior diſponentis interpretatio fit, *arg. l.plenum.§. ſed ſi pecoris.ſup. De Uſu.& Hab.*

Ad l.ſi fundum.92.

SI legatarius præſens [a] fuerit cùm fundus uni ex heredibus venderetur, idque ipſo aſſentiente, debetur nihilominus pretium inde redactum, licet heres qui eum redemit, ſi velit, ipſum nihilominus fundum legatario ſolvere poſſit. *tex.hic.* Obſtat [c] l.nihil.120.§.1. inf. h.t. 1
& l.Lucius.§.inſulam. inf. tit.prox. Sed eæ ita accipiendæ ſunt, ſi fideicommiſſarius aut legatarius ita conſenſum adhibuerit, ut juri ſuo renunciarint. Eo enim quod quis actui præſens ſit, etiamſi [d] aſſignet unà, non præjudicat ſibi, *vt hic.* Niſi forſitan quis ipſe conſcripſerit [e] inſtrumentum totum manu ſuâ. *vt in l.fidejuſſor.26.§. pater.ſup. de Pign.* 2
Vi. noſtra ſuprà, *ad l.Gajus.39. De Pig.Act.* 3 4

Ad l. ſervus.98.

Quas res hoſtium legare poſſimus, vi. ſuprà in noſtris *ad l.9.eod.ubi & hæc*

& hac allegatur.

Ad l. ſi ſervus. 108. §. qui quinque

AD hunc locum Vide noſtra ad l. ſed ſi. 51. ſup. eod. ubi & hæc allegatur.

Ad l. filius. 115.

§. *Si quid alicui. 5.*) Ad hunc §. Vi. noſtra ſuprà in l. 40. eod. ubi eum explicamus.

§. *Sed ſi liberos.*) Pater cogi nequit liberos ſuos emancipare, etiamſi id à teſtatore rogatus ſit. *ut hic.* Si tamen agnoverit legatum ità relictū ut filium emanciparet, extra ordinem ad hoc cogi poteſt, perinde ac ſi ei legatum ſub hac conditione foret. *l. ſi cui legatum. 92. De Cond. Et Dē. inf. Paul. 4. Sent. tit. 13.*

§. Divi Severus. 14.)

1 SI quis rem vetet è familia * alienari, liberis, poſteris, libertis, aut heredibus conſulens, voluntas ſervanda eſt. *ut hic.* Quod ſi ab herede contra fiat, vel àlienando, vel aliūm inſtituendo: proximus in familia fideicommiſſum petet. *l. peto. 69 § fratre. inf. tit. prox.* Non mutat l. cum pater. * 77. §. cum inter. inf. tit. prox. ubi pars fideicommiſſi ejuſmodi
2 permittitur devenire ad heredem extraneum: reſpondetur n. id fieri poſſe ſucceſſione ab inteſtato; non etiam diſpoſitione teſtāmētaria, Priori enim caſu non cenſetur alienare. *Bart. & Caſtr. in d. §. cum inter quos & ſequitur Dn. Bronchorſt Cent. 3. Enant. Aſſert. 61.* Illud quæritur num
3 proximis * è familia actio fideicommiſſorum ejuſmodi nomine ſit adverſus fiſcum qui bona gravati ob delictum, ante mortem ejus naturalē occupavit. Quod magis eſt, & pleriſque probatum; *Iaſ. hic Bart. ad l. imperator. De Fid. Lib. Alex. lib. 1. conſ. 23. Ruin. conſil. 23. lib. 5.* Idque deciſionibus Grammatici continetur, *dec. 105. n. 31.* & in praxi ſervatur. *Boſſius de Bonor. Publ. n. 42.* Et hoc argumento eo evincitur; quia fideicommiſſo ita relicto, ſi heres non pareat voluntati ſed alienet fideicommiſſum, perinde atque extero herede inſtituto, petere protinus proximus è familia poteſt, *d. l. 69. § fratre. inf. t. 1.* Opponi ſolet hic textus *in verb. ſed hæc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe.* Sed hoc intelligendū de viceſima hereditatum quam fiſcus olim conſequebatur, *ut Cujac. lib. 9. Ob. 24.* Non mutat * etiam d. l. 69. §. fratre, *verb.* ſi non voluntaria
4 facta ſit alienatio: licet enim hæc alienatio neceſſaria videri queat, procedit tamen ex voluntaria cauſa. *arg. l. imperatores. inf. De Iu. Fiſci. verb. ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti.* Prorſus ut aliàs qui ſponte rem alienat, poſtea medio actionis ad neceſſitatem exſequendi actus tenetur. Sed neque * ad rem facit, quod fiſcus inſtar legitimi ſucceſſoris cenſetur, le-
5 gitimus verò ſucceſſor etiam ad fideicommiſſum ejuſmodi admittatur *l. cum pater. §. cum inter. inf. tit. 1.* Quod enim hic de legitimo ſucceſſore dicitur, de eo accipiendum qui fideicommiſſo cenſetur contineri. Ratio

quidem

quidem dubitandi in d. §. cum intereſt, quod natus è liberta fidei-commiſſo familiæ libertorum contineri non videbatur, utputa ex femina natus: quia tamen in fideicommiſſo libertis relicto nullum jus agnationis cum teſtatore conſiderari poteſt, idcirco ibidem diverſum reſponſum eſt. Quod verò attinet ad l. cum pater. [f] §. hereditatem. inf. tit. 1. & l. Statius. §. Cornelio felici. De ju. Fiſci, quibus reſponſum eſt, fiſcum fideicommiſſum retinere quamdiu heres gravatus ſupereſt; quodq; bonis reſtitutioni ſimpliciter ſubjectis, ineſt alienationis prohibitio: diſtinguendum ita eſt, quod fideicommiſſa reſtitutioni ſimpliciter ſubjecta, non reſtituantur ante mortem heredis, adeoque alienatio eorum ſimpliciter non ſit interdicta, ſed ita, ut die demum incerta mortis vel alia exiſtente, fideicommiſſario facultas petendi fideicõmiſſi ſit. *l. ult. §. pen. C. de Fideicommiſſ.* quod in propoſito diverſum eſt, cùm fideicommiſſum peti ſtatim à rei alienatione queat. *ut ſup. dictum.* 6

§. cum pater. 15. & §. ſed etſi.

1. *Fundo familiæ relicto ne alienetur, quid ſit juris eo alienato. & 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

Filio à patre ſuo [a] herede inſtituto, ex quo tres nepotes in poteſtate habet, pater injunxit ne fundum alienaret, filius duos liberos heredes inſtituit, tertium exheredavit, fundum eum extraneo legavit, vel unum inſtituit, & duos exheredavit, & fundum extraneo legavit, non paruit voluntati paternæ. *ut hic.* Exheredatus igitur [b] fideicommiſſum 1 2
petet. *§ ſed etſi. prox. inf. in ead hac. l.* Facit tamen ſcriptus heres ceteris [c] partem; ita puta, ut exheredatus, ſi integrum fideicommiſſum petat, exceptione doli repellatur, *l. unum ex familia. §. ſed ſi uno inf. tit. 1.* Repellitur interim [d] heres ipſe quoque pro parte ſua exceptione vel in 3 4
factum, vel doli eadem. *arg. l. cum à matre. C. de Rei vind. & l. ſive poſſidetis. C. de Evict.* Vt enim quiſque obligationem propriam præſtare tenetur, *l. filius. C. de Revoc. His Quæ in Fr. Cred. d. l. ſive poſſidetis.* ſic & ejus cui ſuccedit, *l. ex qua perſona. 149. de R. Iur. d. l. cùm à matre.* Non mutat [e] 5
quod dicitur, factum ſuum quod nullum eſt, ab unoquoq; oppugnari poſſe, *not. in l. poſt mortem. ſup. De Adop.* factum enim alienationis hoc caſu non eſt nullum, cùm actio ſuperſit, quam exceptione vel doli, vel in factum elidi oportet, *d. l. unum ex familia. §. ſed ſi uno. cum ſim.* Perinde nec [f] mutat arg. l. 2. C. de Inoff. Don. quia eâ nihil aliud traditur, quàm 6
inofficioſam patris donationem in fraudem legitimæ liberorum factam, pro parte debita poſſe revocari, unde eadem à propoſito omnino diverſa eſt. Idem reſpondetur ad l. 2. Si Quid in Frau. Patroni. & l.

domus in genere factum admittit, modò teſtator domos reliquerit: quia domus etiam minima alicujus pretij eſt. Planè ſi nulla domus in hereditate ſit, deriſorium quoque legatum erit. *d.l.71.*

Ad l. ſi quis à filio. 32. §. ſi quis plures.

LEgato generis * aut alternativo relicto, electio heredis eſt. *ut hic. & l. cum ſervus. 39. §. ſcio. inf. eod.* 1
Hoc ità ſi de re certa ſenſerit * teſtator, 2
de qua verò ſenſerit, ſit incertum. *l. legato. 73. inf. eod.* vel per modum dãnationis heres ſit oneratus, *l. qui concubinam. 29. §. 1. in fi. inf. De Leg. 3. l. ſi is. 15. l. ſi ita. 43. §. fi. De Leg. 2.* Quòd ſi per * vindicationem aut ſi- 3
nendi modum relictum ſit, legatarij electio eſt, *l. planè. 24. §. pen. inf. eod. l. hujus modi. 84. De Leg. 1.* Eóque pertinet * l. ſi ſervus. 108. §. cum ho- 4
mo. *inf. eod. & §. ſi generaliter. Inſt. De Leg. & l. qui duos. 20. ſup. h. t.* Neque enim in iſta l. de certo ſervo teſtator ſenſit, ſed de alterutro ex duobus, idque ut apparet per modum vindicationis. In omni tamen hac re illud obſervandum, ut non optimum neque viliſſimum accipiatur, *d. l. legato. 37. princ. h. t. l. ſi heres. 110. inf. eod. l. ſancimus. §. 1. C. de Donat.*

Ad l. ſi pluribus. 33.

PLuribus eadem * re conjunctim relictis, quiſq; tantum partem ha- 1
bebit; ſi ſeparatim, refert utrum evidentiſſimè priori ademerit, quo caſu poſterior legatum ſolus accipit, priori ſc. ademptum. Sin minus, conſideratur num teſtator utrique præſtitum voluerit, quo caſu uni res alteri æſtimatio ſolvitur. Aliàs concurſu facient partes tanquam re conjuncti. *ut hic. & l. re conjunctis. 89. inf. De Leg.* Quid verò dicendum ſit: ſi teſtator * ſcripſerit, Lego Titio quod Seio legavi, magiſque eſt 2
ejuſmodi verbis legatum adimi priori, *per. tex. diſertum in l. 5. inf. De Adim. Leg. & §. transferri. Inſt. de Ademp. Leg.* Idque Dyno probatum eſt, *in d. l. re conjunctis* contrà quàm Bartolo videtur. Non mutat * hic tex- 3
tus, quo dicitur evidentiſſimè apparere debere de animo ademptionis, is enim animus prædicto modo disertè exprimi intelligitur *ut in d. l. 5. et d. §. transferri.* Planè quod * attinet ad l. Iulianus. ſup. De Her. Inſt. §. 4
ſi eadem. Inſt. de leg. l. quod ſi alij inf. de Ad leg. in earum ſpeciebus nullis ejuſmodi formulæ abhibentur, ſed ſunt caſus earum ab his omnino diverſi.

Ad l. Planè. 34. §. 1.

SEntentia hujus, §. eſt, * rem ſæpius legatam ſemel modò deberi. Id 1
autem de legato corporis accipiendum; * nam quantitas eadem ſæ- 2
pius legata, ſæpius debetur, niſi contrariam voluntatem probet heres. *l. quinquaginta. 12. ſup. De Prob.* Diverſitatis ratio eſt, quia quantitas eadem ſæpius præſtari poteſt, corpus unum idemque non item. Quod ſi duobus exemplaribus ejuſdem tabulæ, uno * major, altero minor 3

ſumma eidem relicta ſit,ut aliàs in dubio, ſola ſumma minor debetur.
l.Sempronius.47. inf.tit.prox. Vt & quantitas alimentorum nomine reli-
cta codicillis debetur, quo caſu codicillis à quantitate teſtamento re-
licta receſſum eſt,quod & factum intelligitur, ſi prius teſtamento ali-
quibus, dein omnibus quantitas diverſa relicta ſit. *l. libertis, 18. De*
4 *Alim. Leg.* Quia quod in * alimenta legatur hoc modo, ſemel tãtùm
debetur, niſi contrariam probet legatarius voluntatem. *l. alimenta.16.§.*
Baſilica.eod.tit.de Alim.

§. Quod ſi rem emiſſem.

SI rem mihi * legatam emero ad pretium, in heredem actio eſt, *ut hic.*
1 Quod extrà dubium eſt re aliena legatâ, *Bart.in l.qui Romæ.§.duo fra-*
tres.q.12.Iaſ.et Alc.ib.De Verb.Obl. Num verò idem ſit emptâ re teſta-
toris à tertio, quæritur, idque magis obtinet, *per hunc tex. qui procedit*
indiſtinctè. Bart.in d.lo. Licet diverſum ſit re legatario quæſita ex cau-
2 ſa lucrativa, *§.ſi res aliena.Inſt. de Legat.* Opponit huic * ſententiæ Ale-
xander, *ibidem* quod legatarius ſit dominus legati, Vt emptio nulla ſit,
nec pretium repeti poſſit, *l.ſuæ rei.. De Cont.Empt.* Et hoc * quidem
3 legatario ſciente magis eſt, ità tamen ut heres actiones ſuas cedere le-
gatario cogatur. *Alciat.d. lo, num. 35.verſ.item in quantum.* Actionum
enim ceſſio ſine diſpendio heredis fit,ut ea ſummæ innitatur æquitati.
l.in creditore. 38. De Evict. Quin & ſi ab * ipſo herede ſcienti legatario
4 res empta ſit, videtur pretium repeti non poſſe, *per d. l. ſuæ rei.* Quod
5 non ita eſt * ſi ignorans ſibi legatam ab herede emerit, & alienarit de-
nuo priuſquam ſciret ſibi legatam. *l.ſi à ſubſtituto.45. inf.eod.* Licet idẽ
ſit re non alienata: *l.hujuſmodi.48.§.qui ſervum.inf.eod.* Nec refert quod
actio ex teſtamento ſupereſſe videatur, quo caſu ſcit legatarius rem e-
mens, eam ſibi legatam, *arg. l.cui res.29.De Act. Emp.* quia hac ratio-
ne legatum repudiatum intelligitur. Quando enim hoc caſu ita de-
mum legatum utile eſt, ſi alienata res ſit priuſquam legatarius ſciret
eam ſibi legatam, diverſum eſt ſi ſciverit id ab initio, *l.ſi à ſubſtituto.45*
inf.h.t. Nam ſi agnitione legati querelæ inofficioſi renunciari quando-
que potuit, *l.8.§.ſi conditioni.ſup.De Inoff.Teſ.* & conſequenter heredi-
tati toti, multò magis dicimus comparantẽ rem ſuam prudenter, pre-
tio renunciare. Nec ad rem facit quòd ex teſtamento actio & actio em-
pti diverſis ex cauſis ſint: quia & condictio ſine cauſa in ſpecie d.l.ſuæ
rei foret, niſi obſtaret conſcientia rei ſuæ, quam tamen ſcienti compe-
6 tere nemo dicet. Quid ergo ſi ematur res ſub * conditione relicta, eã-
dem pendente? magiſque eſt id fieri poſſe, quia legatum ante conditi-
onem exiſtentem repudiari non poteſt. *l.ſi ità ſcriptum.§.ſi ſub conditione.*
inf.tit.prox. Maximè re legatâ denuo alienata, priuſquam legatam ſi-
bi eam legatarius ſciret. Sed hoc ità accipiendum; ut conditione exi-
ſtente quoque repeti pretium queat, ut rectè Bartolus, Iaſon, Ripa
docuere,

Digitized by Google

docuere, *in l. qui Roma. §. duo fratres. De V.Obl.* contra quàm Alciatus ſenſit, *ibid.n.38.et 39.* Eſt enim emptionis cauſa, non lucrativa, ſed onerosa, in quo genere ejuſmodi caſu repetitio pretij eſt regulariter. *§. ſi res aliena. Inſt. eod.* Non mutat arg. à contrario ſenſu ex l. cui res. De Act. Emp. quia eo nihil aliud probatur, quam actionem ex empto ceſſare, ubi quis ſciens emerit rem ſuam.

Ad l. legato. 37. princ. & §. 1.

Qvalis res præſtanda ſit legato generali relicto, & cui electio competat, *de quibus hic.* pluribus ſuprà proſequimur *ad l. 22. §. ſi plures. eod.*

Ad l. cum ſervus. 39. §. conſtat. 7.

Res alienæ * quoque legari poſſunt, modò tales ſint quæ parari (hoc eſt comparari) queant, & commercio non exemptæ. *ut hic.* Sed ità ſi ſciverit teſtator * rem eſſe alienam, *l. unum. 67. §. ſi rem. inf. tit. 1.* vel legetur perſonæ teſtatori conjunctæ, ſive uxori ſive alteri, *l. cum alienam. 10. C. de Leg.* Sed an Iure Canonico * legatum rei alienæ valeat, videamus, valere Statuendum eſt. Licet enim id gl. Iaſ. & Sichar. *in d. l. 10.* negent hæc tamen ſententia magis obtinet, *arg. c. 1. & 2. de novi op. nunc.* Nec mutat c. filius ex. de Teſtam. quia ibi juri civili non derogatur, ſed tantum obtinet id c. in ſpecie ibi propoſita, ut rectè ibidem Covarruvias docuit, *ſeq. Fach. lib. 5. Contr. c. 39. poſt Manticam de conjec. ult. vol. lib. 9. tit. 10.* Quin & ſi ibi contrarium cautum eſſet (ut minus) non obtineret tamen definitio ea; cum jus civile hac in re nitatur bonâ ratione. Num verò feudum legatum * valeat, eatenus ſaltem ut æſtimatio præſtetur, diſputatum eſt. Quia tamen feudum teſtamento alienari non poteſt. *c. 1. de ſucc. feu. c. 1. §. donare. qual. ol. feud. al. por.* rectè pleriſque viſum eſt, ſi contrà fiat, æſtimationem non deberi, *Bal. in d. §. donare. n. 3. Cur. Iun. in tr. feud. p. 4. quæſt. pen. n. 136. Aret. hic. Alex. conſil. 19. n. 6. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 4. p. 2. pr. 119. n. 6.* Nec refert quod alii ex adverſo contendunt, *Ioan. Fab. ad §. non ſolum. Inſt. de leg. Bal. ſibi contrarius in d. c. 1. n. 3. de ſucc. feu.* moti d. l. cum alienam. & eo quod diximus, in dubio eam interpretationem accipiendam quâ conſervetur potius negotium quàm pereat, *l. quoties. De Reb. Dub.* quia hæc non obtinent, eò quòd legatum feudi omnino inutile ſit. Si enim æſtimatio deberetur, legatum valeret, ut de legato rei alienæ reſponſum eſt. at non valet, *ut in d. §. donare. & d. c. 1. de ſucc. feu.* æſtimatio igitur non debetur.

Ad l. ſed ſi res. 40.

Rei quæ * relinquitur alicui jure fideicommiſſi, cujus ipſi commercium non eſt, æſtimatio debetur, *ut hic. & l. filius. 114. §. ſi quid alicui hi-*

cui h.t. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi ſervo. 16. junc. §. ſeq. inf. De Leg. 3. Sed hoc ad fideicommiſſarios pertinet, *ut hic. & d. L. 11. §. ex his. De Leg. 3.* Relictum
2 tamen * legatario incapaci, ut reſtituat fideicommiſſario capaci, valet, *ut hic.* quia legatarius magis miniſterium teſtatori præbet, quàm jus aliquod ſibi acquirit, *l. aliud. 71. de V. S. l. non videtur. 51. de R. Iur.* Ab hærede quoque cui commercium alicujus rei non eſt, legatario cui idem eſt, relinquitur rectè, *l. mortuo. 49. §. Labeo. inf. tit. 1.* Differentiæ ratio eſt, quia fideicommiſſa ex benigniori interpretatione voluntatis deſcendunt, eoque magnus eorum favor eſt, *§. 1. Inſt. de Fid. her.* Dicitur quidem fideicommiſſum interdū legatum, *ut in l. Bæbius. 30. De Pact. Dot. & d. §. ſi ſervo.* ratò autem vice verſa legatum dicitur fideicommiſſum. *ut recte Cujac. 4. Obſ. c. 23.* Quam tamen differentiam legari & fideicommiſſi rectè hodiè dicimus ſublatam, *per l. 2. C. Com. de Leg. vi. eleganter Ampliſſ. Dominū Marcum Lyclama IC. celeberrimum, lib. 7. Memb. c. 32.* Denique ea quæ commercio exempta ſunt, legari non poſſe inter omnes conſtat, *ut l. prox. §. pen. ſup.* quibus comparantur bona Cæſaris, quippe quæ & ipſa non ſolent alienari, *ut in §. fi. d. l. ult.* Quod ſi verò quis incapax ratione delicti ſit, ne quidem æſtimationem percipit.

Ad l. cetera. 41. §. 1. & 2.

1 QVæ ædibus juncta ſunt * legari nequeunt. Vnde nec marmor aut columna ædibus juncta legantur, nec convaleſcet legatum etiamſi
2 poſteà ſeparetur. Quod quidem per * regulam Catonianam efficitur, niſi ſub conditione, ſi quandoque ſeparentur, legatum ſit. Regula enim
3 * Catoniana ad conditionalia non pertinet. *ut hic.* Obſtat l. 1. §. fin. De Reg. Caton. ſed ibi agitur de legato conditionali, & error ibi interpunctionis eſt, cum verba ea, *ſi eum vivo teſtatore alienaveris,* ad præcedentiē referēda ſint, duobus pūctis omiſſis, & reponēdis poſt vocē *alienaveris.*

Ad l. Senatus. 43. §. Legatum.

An & quatenus legatum in alterius arbitrium conferri poſſit, pluribus explicamus ſuprà, *in l. illa inſtitutio. 32. de Her. Inſt. ubi & hic §. explicatur in noſtris.*

Ad l. ſervum. 44. §. ſi pocula.

1 POculis legatis * etiam maſſā ex iis facta, vel contra legatum ſubſiſtit, ut & legatā lanā ſi factum ex ea veſtimentum ſit, *ut hic.* Ei verò
2 quod de lana dicimus * obſtat l. lana. 88. inf. de Leg. 3. ubi dicitur legatum hoc caſu non deberi. Quod & verum eſt, niſi perſeverarit teſtator in eadem voluntate. Præſens itaque textus ità obtinet, ſi priorem
3 voluntatem continuarit. *ut hic.* Probationem * tamen voluntatis non mutatæ, & in legato veſtimenti continuatæ, legatario incūbere magis eſt, cùm regulare ſit, legatā lanā, veſtem ex ea factā non deberi. *d. l. 88.*

§. ſi areæ.] De area legata cui domus impoſita eſt, vide noſtra ſuprà ad l. 8. eod. ubi & hæc explicatur.

Ad l. ſi à ſubſtituto. 45. princ.

Vide quæ nos ſuprà ad l. 33. §. quod ſi rem. eod.

Ad

Digitized by Google

Ad l. ſi cui. 54 princ.

LEgato alicui relicto * ubi 14 annorum erit, aut ſimiliter, legatum 1
non debetur, niſi anno completo. *ut hic. l. non putabam 48. de Cond. et Dem l. pen. C. Quan. Di Leg. Ced.* Non obſtat * l. qui filium. 47. §. Fabius. 2
inf. ad SC. Treb. quia ibi agitur de eo cui relictum eſt, ubi annum certum contigerit, id verò eſt, primùm attigerit.

Ad l. ſed ſi certos. 51.

SI quis certos nummos, veluti * quos in arca habeo, leget, aut lancē 1
certam, corpora ipſa debebuntur, & quidem adeo ut heres ea permutare per ſe non poſſit. *ut hic.* Vnde & ſi certam quantitatem leget quæ * 2
quo in loco ſit, & ea minor deprehendatur, tantò minus debetur, niſi tempore mortis ſumma fuerit tota. *l. ſi ſervus 108. §. qui quinque. inf. eod,* Quod & in Stipulationibus * ita eſt, *ut in eod. §. qui quinque* At obſtat 3
ei quod de Stipulationibus dicimus, l. ſi ita. 120.* De V. Obl. licet ve- 4
rò aliter alii *Iaſ. & Duar. ibid.* ego tamen nullam Stipulationem *in d. l. 120.* dici puto in integram ſummam, idque per hunc tex. efficitur; nulla puta dicitur, ut conditionalis non eſſe intelligatur, eóque non deficiat ob defectum conditionis, ſed ab initio non ſubſiſtat in eo corpore, ſeu quantitate; ſubſiſtat interim in eo quod eſt revera. *arg. l. 1. §. ſi Stipulanti, 4. inf. De V. O.* Non mutat * etiam quòd falſa demonſtratio non 5
vitiat legatum. *l. demonſtratio. 17, inf. De Cond. & Dem.* hoc enim ità verum eſt, ſi quid ſit de quo teſtatorem conſtat ſenſiſſe, non autem de eo quod non eſt, vel ſupereſt, *l. quibus. 40. §. pen. eod.* Planè ſi certa * ſum- 6
ma legetur quaſi alicui debita, falſa demonſtratio legatum non vitiat, *l. ſi ſic. 75. §. 1, inf. eod.* cùm ea undecunque ſolvi poſſit.

Ad l. nemo. 55.

NEmo cavere poteſt * ne leges in teſtamento ſuo habeant locum, *ut hic. adde l. 5. §. Iulianus, ſup. De Adm. Tut. & l Teſtandi, C. de Teſt.* Sic 1
legis Falcidiæ * commodum heredi teſtamento adimi non poteſt. *l. 15.* 2
§. 1. l. 27. inf. Ad l. Falc. Quod tamen mutatum * eſt Novellâ. 1. §. ſi ve- 3
rò expreſſim. Sic primùm à D. Marco introductum eſt, ut cautio ad quam * heres tenetur, ut de legatis ſub conditione vel in diem 4
relictis, ſatiſdare cogatur, remitti poſſit, *l. 2. C. Ut in poſſ. Leg. l pactum. 46. ſup. de Pact.* Licet cautio ab uſufructuario præſtanda remitti non poſſit, *l. 1. & 4. C. de Uſufr. l. pen. C. Ut in Poſſ. leg.* Idque in uſufructu ſpeciale, & diverſum quàm in legatis ceteris eſt, eò quòd negligant ſæpe fructuarij res uſuifructui ſibi relictas, utpote non ſuas. Num verò
* Inventarii confectio heredibus remitti poſsit, videamus & rectè Ca- 5
ſtrenſis reſpondit, patrem remittere eā tutori poſſe, *l. ult. C. Arb. Tut. per l. debitorum. C. de Pact.* Sed & remitti eam poſſe præjudicio legatariorum, cùm legata à beneficio dependeant teſtatoris ipſius, eoque & ab eo jus eorum minui queat. *arg. l. videamus, §. pen. & l. ſeq. De In Lit. Iur. Caſtr. hic. & poſt eum Bronch. Cent. 3. c. 58. creditorum non item.*

Ad l.ſi res.57.

Vide noſtra ſup.in l.19. Qui Pot.in pig.Hab. ubi & hæc allegatur.

Ad l.ſi ita.65.§.1.

VIde noſtra latè ſuprà *in l.illa inſtitutio. 32. De Her. Inſt.* ubi & hæc explicatur.

§.fin.] Explicatur in noſtris *ad l.8.h.t.* ſuprà ubi pluribus agimus an & quatenus mutatione domus intereat legatum an minus.

Ad l.ſi poſt mortem.68.§.fin.

SErvus Titio legatus eſt, & poſt mortem Titii liber eſſe juſſus, non valet legatum, quia certum eſt Titium moriturum. *ut hic.* Sed hoc reſpectu heredis legatarii cum referendus hic §.quoque ſit ad §.ſi purè. antepen. in hac ead.l. Obſtat enim aliàs *l.pecudum.65.§.pen.inf.tit.prox.* ex qua certum eſt, aditâ hereditate Titio competere legatum.

Ad l.ſervo legato.69.

1. INterdum [a] alius habet adverſus heredem actionem, quam cui dari juſſit, ut cùm heres qui creditori defuncti ſolvere jubetur, à coheredibus convenitur ut illi ſatisfaciat, *& in ſim.caſib.ut hic in tex.* quia ipſorum potiſſimum intereſt, debitum ſolvi. *adde l.fideicommiſſa. §. inter-*
2. *dum. De Leg. 3.* Opponitur [c] l. 5. C.de Iur.dot. ubi non uxor cujus potiſſimum intereſt dotem conſervari, ſed maritus agit; ſed ea non pertinet ad cauſam teſtamenti. Si enim genero legetur dos, ipſe quoque ex teſtamento aget, *l.tali.48. §.fin. ſup.de Iu.Dot.& l.Titio.71.§.Titio genero.De Cond.& Dem.*

Ad l.ſi ſervus.70.

Vide noſtra ſuprà *in l.58.de Evict.*

Ad l.ſi domus.71.

Vide noſtra ad l.24. §.ſi quis.ſup. eod. ubi & hæc explicatur.

Ad l.licet.74.

1. AB inſtituto [a] relicta à ſubſtituto quidem repetita cenſentur, ſed ita niſi evidens voluntas diverſa ſit. *ut hic.* Quid ergo ſi nominatim
2. ab aliquo heredum quæ [b] ſint relicta, num tantùdem dicamus? & quidem videtur id difficiliùs admitti, *arg.l.ſi plures. De Leg.3. verb. nominatim damnare debet.& l.Celſus.§.quod alicujus.inf.tit.prox. l.1.§.quod ex ſubſtitutione.inf. Ad L. Falc.* Idque communiùs admiſſum Menochius refert *lib.4.Praeſ.par.2.pr.108. num.24.& Mant.de Conj.Ult.Vol.lib.8.tit.2.num.15.* Aliis tamen contra viſum eſt *per hunc textum,& l.non juſtam. C.ad Treb.* Et verò ſi inſtitutum oneratum voluit, quem affectu prætulit heres; & ſubſtitutum iiſdem legatis haud dubiè voluit oneratũ

Cuman.

*Cuman.& Caſtr.hic. Alc.de Præſump.reg.2.præſ.35.& poſt eos Fach.lib. 3. contr.c.39.*quod magis eſt. Nec tamé minus vera eſt [c] ſententia diverſa, quia ea cum modo accipienda eſt, ut, puta, ita obtineat, ſi vox *nominatim* reſtrictivè accipiatur, pro *ſingulatim*, cum hoc caſu manifeſta ſit voluntas teſtatoris, ab inſtituto ſolo relictum eſſe.in dubio enim relicta ab inſtituto à ſubſtituto relicta præſumuntur, *vt hic in fi.legis.& l. ſi Titio.61 §.Iulianus.inf.tit.prox.* Et hoc nec ceteri negarunt, ut reipſa hic nulla ſit diverſitas opinionum.Deniq; & res à coherede relicta qui partem ſuam repudiat, ab altero qui non repudiat, debentur. Quod ad ſimilitudinem hujus juris introductum eſt, quo ab inſtitutis relicta à ſubſtitutis præſtantur, *d.l.61.§.Iulianus.* 3

Ad l.ſi ſic legatum.75.princip.

Vide noſtra latè ſuprà an & quatenus heredis inſtitutio aut legatum in arbitrium aut voluntatem alterius conferri queant an minus, *ad l. illa inſtitutio.32.De Her.Inſt.*

§.1.] Explicatur in noſtris ſuprà ad l. 51. ubi plenè tradimus, an & quatenus legatum quantitatis deſignatæ circumſtantiis, ſubſiſtat an minus.

Ad l.ſi quis teſtamento.79.

SI quis Titio & Seio decem dederit, dena, hoc eſt, ſingulis decem dediſſe cenſetur. *vt hic.*Nec ad rem faciunt l.ſtipulatio iſta.38.§.eum qui.& l.eum qui ita.56. princ.l.ſi mihi & Titio.110.De V.Obl. quia eæ ad contractus pertinent, in quibus regulariter interpretatio ſumitur adverſus eum qui contractum legeſque ejus edixit. *l.veteribus. De Pact.cum ſim.* Vt in propoſitis ll.fit adverſus ſtipulatorem. At in ultimis voluntatibus plenior diſponentis interpretatio fit, *arg. l.plenum.§. ſed ſi pecoris.ſup. De Vſu.& Hab.*

Ad l.ſi fundum.92.

SI legatarius præſens [a] fuerit cùm fundus uni ex heredibus venderetur, idque ipſo aſſentiente, debetur nihilominus pretium inde redactum, licet heres qui eum redemit, ſi velit, ipſum nihilominus fundum legatario ſolvere poſſit. *tex.hic.* Obſtat [c] l.nihil.120.§.1.inf. h.t. & l.Lucius.§.inſulam.inf.tit.prox. Sed eæ ita accipiendæ ſunt, ſi fideicommiſſarius aut legatarius ita conſenſum adhibuerit, ut juri ſuo renunciarint. Eo enim quod quis actui præſens ſit, etiamſi [d] aſſignet unà, non præjudicat ſibi, *vt hic.* Niſi forſitan quis ipſe conſcripſerit [e] inſtrumentum totum manu ſuâ. *vt in l.fidejuſſor.26.§. pater.ſup. de Pign.* Vi.noſtra ſuprà, *ad l.Gajus.39. De Pig.Act.*

1

2

3

4

Ad l. ſervus.98.

Quas res hoſtium legare poſſimus, vi. ſuprà in noſtris *ad l.9.eod.ubi & hæc*

quidem dubitandi in d. §. cum intereſt, quod natus è liberta fidei-commiſſo familiæ libertorum contineri non videbatur, utputa ex femina natus: quia tamen in fideicommiſſo libertis relicto nullum jus agnationis cum teſtatore conſiderari poteſt, idcirco ibidem diverſum reſponſum eſt, Quod verò attinet ad l. cum pater. [f] §. hereditatem. inf. tit. 1. & l. Statius. §. Cornelio felici. De ju. Fiſci. quibus reſponſum eſt, fiſcum fideicommiſſum retinere quamdiu heres gravatus ſupereſt; quodq; bonis reſtitutioni ſimpliciter ſubjectis, ineſt alienationis prohibitio: diſtinguendum ita eſt, quod fideicommiſſa reſtitutioni ſimpliciter ſubjecta, non reſtituantur ante mortem heredis, adeoque alienatio eorum ſimpliciter non ſit interdicta, ſed ita, ut die demum incerta mortis vel alia exiſtente, fideicommiſſario facultas petendi fideicōmiſſi ſit. *l. ult. §. pen. C. de Fideicommiſſ.* quod in propoſito diverſum eſt, cùm fideicommiſſum peti ſtatim à rei alienatione queat. *ut ſup. dictum.* 6

§. cum pater. 15. & §. ſed etſi.

1. Fundo familiæ relicto ne alienetur, quid ſit juris eo alienato. & 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Filio à patre ſuo [a] herede inſtituto, ex quo tres nepotes in poteſtate habet, pater injunxit ne fundum alienaret, filius duos liberos heredes inſtituit, tertium exheredavit, fundum eum extraneo legavit, vel unum inſtituit, & duos exheredavit, & fundum extraneo legavit, non paruit voluntati paternæ. *ut hic.* Exheredatus igitur [b] fideicommiſſum petet. *§ ſed etſi. prox. inſ. in ead hac. l.* Facit tamen ſcriptus heres ceteris [c] partem; ita puta, ut exheredatus, ſi integrum fideicommiſſum petat, exceptione doli repellatur, *l. unum ex familia. §. ſed ſi uno inf. tit. 1.* Repellitur interim [d] heres ipſe quoque pro parte ſua exceptione vel in factum, vel doli eadem. *arg. l. cum à matre. C. de Rei vind. & l. ſive poſſidetis. C. de Evict.* Vt enim quiſque obligationem propriam præſtare tenetur, *l. filius. C. de Revoc. His Quæ in Fr. Cred. d. l. ſive poſſidetis.* ſic & ejus cui ſuccedit, *l. ex qua perſona. 149. de R. Iur. d. l. cùm à matre.* Non mutat [e] quod dicitur, factum ſuum quod nullum eſt, ab unoquoq; oppugnari poſſe, *not. in l. poſt mortem. ſup. De Adop.* factum enim alienationis hoc caſu non eſt nullum, cùm actio ſuperſit, quam exceptione vel doli, vel in factum elidi oportet, *d. l. unum ex familia. §. ſed ſi uno. cum ſim.* Perinde nec [f] mutat arg. l. 2. C. de Inoff. Don. quia eâ nihil aliud traditur, quàm inofficioſam patris donationem in fraudem legitimæ liberorum factam, pro parte debita poſſe revocari, unde eadem à propoſito omnino diverſa eſt. Idem reſpondetur ad l. 2. Si Quid in Frau. Patroni. & l.

[Marginal numbers beside lines: 1 (line 1), 2 (line 5), 3 (line 7), 4 (line 9), 5 (line 13), 6 (line 17)]

Digitized by Google

1,& 2. C. eod. iſto tit. Quantum verò ad l. ult. C. de Evict. attinet, ea
7 vindicandi jus non [g] heredi, ſed fidejuſſori defuncti tribuit, & quidem
8 evictionis lite etiamnum pendente. Opponi etiam * ſolet l. debitor. Ad SC. Treb. ſed ea agit de herede qui hereditatem reſtituit ex fideicommiſſo, non etiam de eo qui quid contra fideicommiſſum legavit, aut alienavit. Idque rectè Menochius docuit *lib. 1. conſ. 89.* & Pinellus probat, *ad l. 1. par. 3. num. 82. C. de Bo. Mat.* contra quam Natta diſputat, *conſ. 470.* nimis profectò ineptè, tametſi opinio ejus & alios deprehenderit aſſentientes.

Ad l. à fratris. penult.

1 A Fratris poſtumo quoque [a] fideicommiſſum dari poteſt, *ut hic.* Nam & is Iure Prætorio inſtitui olim potuit, ut ſc. bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas conſequeretur, *§. 1. Inſt. De Bon. poſſ.* Atque ita
2 [b] accipienda eſt l. poſtumus. De Inoff. Teſt. & ſi quæ ſunt ſimiles. Deni-
3 que malè [c] ex hac l. colligi, ſententiam Galli *in l. Gallus. ſup eod.* pertinere ad poſtumum alienum, ibidem docuimus. *num. 6. 7. & 8.*

LIBER XXXI.

De Leg. & Fideicommiſſ.

LIB. II.

Ad l. 1.

AN & quatenus valeat legatum in arbitrium alterius collatum, pluribus explicuimus ſuprà, *ad l. illa inſtitutio 32. De Her. Inſt.*

Ad l. ſi quis. 8.

1 QVi duos [a] amicos ejuſdem nominis, verbi gr. Titios habet, Titioque ſimpliciter legat, cùm uterque paratus ſit defendere legatū:
2 heredis electio eſt cui ſolvat, ut ab eo defendatur, *ut hic.* Hoc ita ſi [c] heres ſpontè ſolvere paratus ſit, aliàs enim ſi probatio deficiat de quo ſenſerit teſtator, neutri ſolvere tenetur, *l. 3. §. ſi duobus inf. De Adim. Leg. &*
3 *l. duo ſunt. ſup. De Teſt. tut.* Vti & eodem caſu [c] uni legato adempto, utrique ademptum cenſetur, *l. ſi fuerit, 10. inf. De Reb. Dub.* Vnde & rectè in *d. §.* ſi duobus pro voce *utrique*, in nonnullis exemplaribus legitur *neutri*, & male vulgò, *utrique*.

Ad l. & Proculo. 29.

1 LEgatum ſervo duobus * communi ab uno dominorum repudiatum,

Digitized by Google

tum, alteri non accreſcit, quia conjunctim utrique legatum non eſt, *vt hic*. Obſtat l. 1. §. 1. De Vſufr. Accreſc. ſed * illa ad uſumfructum 2
pertinet, non ut jure accreſcēdi dominus alter eum ſolus habeat (quod nec in d. §. dicitur) ſed jure dominii, cùm hic non tam domini perſona quàm ſervi ſpectetur. Diverſitatis verò * ratio inter proprietatem 3
& uſumfructum eſt, quod uſusfructus pars regulariter facilius ex cōjunctione accedit perſonæ, Vtpote perſonalis ex propria qualitate ſui, quod in proprietate diverſum eſt. *vi, noſtra ad d. l. 1. §. interdum. num. 4. & 5. & 6. ſup, de Vſufr. Accreſc.*

Ad l. Lucius. 23.

Relata eſt in noſtris infrà ad l. 36. eod.

Ad l. pater. 29.

DVobus heredibus * inſtitutis, unoque legatis aut fideicommiſſis 1
oneratо qui dein heres non exiſtit, pars oneris ipſius in alterum redundat. Idemque obtinet in fideicommiſſis à legitimis relictis, poſtquam obtinuit fideicommiſſa ab inſtitutis relicta, etiam à ſubſtitutis præſtari; ut & fideicommiſſo à legatario relicto qui id repudiat, idem obtinet. *hic in princ. & l. ſi Titio. 61. §. 1. inf. eod. fac. l. quod ſi alterutro. 78. inf. Ad L. Falc. l. non juſtam. 4. C. Ad SC. Treb. l. un. §. pro ſecundo. C. de* 2
Cad. Tol. Niſi tamen * contraria teſtatoris voluntas ſit, *l. 2. ſup. De His Quæ in Teſt. Del.* Vt cùm nominatim, ſeu reſtrictivè ab aliquo legatur, *vt hic. in §. 1. & 2.* tum enim variare jus cenſetur. *arg. l. nonnunquam. 24. inf. Ad SC. Treb.*

Ad l. cum ita. 32. §. in fideicommiſſo.

1. In fideicommiſſo familiæ relicto, quis ordo ſervetur. & num. 2.

3. Num fratrū & ſororum liberi in fideicommiſſis parentibus relictis gaudeant jure repræſentationis una cum patruis & avunculis. & 4.

IN fideicommiſſo familiæ * relicto in primis vocantur nominati, dein 1
qui proximi in familia ſunt, niſi defunctus ad ulteriores voluntatem ſuam extenderit ſpeciatim, *vt hic.* Proximus autem * eſt, quem nemo 2
antecedit, *l. proximus. 92. De V. Sign.* Planè num in fideicommiſſis liberi quoque jure repræſentationis * gaudeant, & cum patruis aut avuncu- 3
lis concurrant diſputatum eſt. Sed hoc dici non poteſt, *per hunc tex.*

 & ſim.

& ſim. quia jus repræſentationis tantùm ab inteſtato introductum ſit. *Nov. de Her. Ab Inte*: & fideicommiſſum familiæ relictum etiam jure novellarum cautum eſt, deferri gradatim. *Nov. 1. c. 1 adde l. ult. C. de V. Sign.* Siquidem utcunque legitimæ ſucceſſionis jus ad heredis heredem deferri eo caſu poſſit, non tamen id cauſam ſubſtitutionis ex teſtamento ſequi poteſt heredem ſubſtituti, *l. totus. 81. De Acq. Her. l. ſi ex pluribus. 9. inf. De Su. Et Leg.* Cum nulla ſubſtitutio etiam inter liberos valeat ex perſona defuncti, *l. ſed ſi plures. 10. princ. ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt.* eò quod heres ſubſtituti non veniat ex judicio defuncti, *l. qui liberis. 8 §. ſi. eod. iſto tit. vi. Cujac. Conſultat. 15.* Et verò ſi ne quidem querelā inofficioſi adverſus patrui diſpoſitionem fratrum liberi ullo caſu habent, uti conſtitutus eſt; *l. fratris. 21. & l. fratres. 27. C. de Quer. Inoff. Teſt.* multò minus jure repræſentationis ex ipſo teſtamenti jure integro admitti queunt. Nec refert quod nonnulli ex adverſo diſputant à ſimilitudine ſucceſſionis legitimæ *ex d. ju. Novellarum.* quoniam ex præmiſſis conſtat, jam ab antiquo diverſam teſtati ab inteſtati cauſa, rationem eſſe. Ad cetera verò argumenta omnia ex Iure Digeſtorum aut Codicis conficta, generatim reſpondemus ea in propoſito locum non habere, eò quòd utroque iſto jure tranſmiſſionis jus omnino fuerit ignotū. Vt omnino ineptum ſit ex jure vetuſtiore Novellis contraniti. Vndè licet aliàs nepotes liberorum nomine veniant, non tamen id admittitur in ſubſtitutione fideicommiſſo facta, niſi in ipſam perſonam patris ſupereſtitis ceſſerit dies, *l. ſi in perſonam. C. de Fideicom. adde tex. & DD. in l. un. §. ſin autē C. de Cad. Toll. Commun. dicit Salic. in d. l. ſi in perſonā.*
4 *& Bellon. conſil. 50. num. 5.* Denique illud ſingulare eſt, ut, * ſi pater filio filiáve, nepote nepteve, aut quo alio ex poſteritate ſuâ inſtituto, defuncto eo hereditatem fideicommiſerit reſtituendam, id non aliter locum habere quàm ſi inſtituti ſine liberis decedant. *vi. l. cùm acutiſſimi. C. de Fideicom.* ut tamen liberis exiſtentibus deficiat aditio· *l. generaliter. §. cum quidam. C. de Inſt. Et Subſt.*

Ad l. Titia. 34. §. Lucia Titia.

OPponi huic §. ſolet l. 7. ſup. tit prox. ſolvi ibid. Refertur etiam in noſtris ſup. *ad l. Cajus. 39. De Pig. Act.* ubi pluribus tractamus, an & quatenus ſibi præſens actui quoquo modo ad ſe pertinenti præjudicet vel minus.

§. Cajus.) Maritus teſtator cum quædam è domo ſua in prætorium uxoris tranſtuliſſet, vetuit, ab heredibus mulierem inquietas, quòd nullæ pecuniæ aliæ ipſius apud eam eſſent: ea quæ in prætorium ſeu domum uxoris delata erunt, ab eâ repetere heredibus non permittitur. Hoc ità, ſi mulier probet eam fuiſſe voluntatē teſtatoris, aliàs non itē. *ut hic.* Nec mutat l. qui uxori. 18. inf. De Auro Et Arg. Leg. ubi dicitur diverſam voluntatem teſtatoris probandam heredi eſſe: id enim accipiendum cum modo eſt, puta, ſi, ut in eâ lege, veſtes unà nominatim uxori

ori, quaſi ejus eſſent, ſint legatæ. Falſa enim demonſtratio non vitiat legatum. *l. demonſtratio. 17. l. falſa. 33. inf. De Condit Et Dem.*

Ad l. legatum. 36.

LEgatum eſt, donatio teſtamento relicta.) Additur alibi, Ab herede præſtanda. *§. 1. Inſt. De Leg.* minus neceſſario, cum & legata à vivo teſtatore præſtari queant, *l. Lucius. 22. ſup. eod. adde l. filia. C. eod.* Sed neque Theophilus in paraphraſi Inſtitutionum eorum verborum meminit, & à diverſis aliis quàm herede legari poteſt, *l. 5. §. fin. cũ l. ſeq. De Leg. 3. l. ab eo. C. de Fidcicõ.* ut non abſq; ſuſpicione probabili ſit, ea verba poſteriora Inſtitutionibus ab imperito aliquo gloſſatore adjecta. Deniq; rectè hoc textu evincitur, ſi quis donet aliquid præſenti & acceptanti, nihilominus legatum eſſe. Accedit quòd & teſtibus, quos utique præſentes eſſe oportet, legari poteſt *l. dictantibus. C. de Teſtam. l. ſi quis ità. De Reb. Dub. §. legatarij. Inſt. de Teſtam.* Idque Ioanni Fabro & pleriſque probatur. *Fab. in §. legatum. Inſt. de Leg. Iacob. Niger ad rubr. de leg. 1. n. 13 Socin. Iun. ibid. n. 63* Nec mutat quod legatarij præſentiam non exigit legatum. *l. cum pater. 77. §. ſurdo. inf. h. t.* quodque donatio ſpecifica, conſenſu præſentis ferè à legato diſtinguatur: id enim donationem mortis cauſa arguere poteſt, ſi ea lege donatum ſit quâ donatio mortis cauſa fit; non etiam donationẽ inter vivos, ut malè Angelus Aretinus ſenſit *in d. §. legatum.* & Menochius probat.

Ad l. ſi areæ. 39.

VIde noſtra ſuprà ad l. 8. De Leg. 1. Vbi hæc explicatur, Quibus tamen addi queunt noſtra in l. uſuſfructus. 36. ſup. De Vſufr.

Ad l. ſi ita ſcriptum. 45. §. ſi ſub aditione.

Vide quæ nos ſuprà *in l. is qui heres. De Acq. Her.*

Ad l. ſempronius. 47.

Vide noſtra ad l. 34. ſuprà tit. 1.

Ad l. mortuo bove. 49. princ.

Opponi huic l. ſolet l. ſolum § fin. ſup. De Rei Vind. Solui ibid.

Ad l. quod principi. 56.

Vide noſtra ſuprà ad l. 31. num. 4. De LL. ubi hæc explicatur.

§. Iulianus) Ad hunc §. vide noſtra in l. licet. 47.

Ad l. Mævius. 66. §. Non idem.

QVod in fine huius §. dicitur, homine generatim in Stipulationem à duobus deducto, ad ſimilitudinem legati duobus teſtamentis relicti, ſoluto ab alterutro promiſſore homine certo, ne quidem ſi is Stipulatoris eſſe deſierit, ab altero ſolui promiſſore poſſe, ei obſtat l. ſi quis duos. 67. De Sol. Cujus ſententia quidem benignior eſt. Licet enim id inter veteres controverſum fuerit, *ut in l. oppoſita.* & l. huius noſtræ ſententia jure ſtricto vera ſit, ſententia tamen diverſa obtinuit *l. qui decem §. Stichum, De Sol.* & quidem ut apparet, favore ſolutionis.

Digitized by Google

§. evictis. 8.

1. Ob rem uni prælegatam evictionis nomine actio non eſt.

2. Si teſtator hereditatem diviſerit, num ob evictionem actio ſit.

3. Quid ſi ſciant partes res periculo evictionis eſſe ſubjectas.

1 RE aliqua uni * heredum prælegatâ, non competit actio ob ejus e-
2 victionem. *vt hic.* Diviſione verò à teſtatore * facta, num etiam actio competat eadem ex cauſa, videamus. Dubium movet quod hac ratione cuique ſua cenſentur quaſi prælegata, *l. ex facto. 35. §. 1. ſup. De Her. Inſt.* Eoque Bartolus & nonnulli inclinant, qui tantum exceptionem, actionem dandam non putant. A quibus rectè Fulgoſus receſſit. Nec obſtat hic textus, eum enim haud ità intelligimus, quaſi ſola exceptio hoc nomine ſit, ſed quod provocatione ad judicem factâ, & cauſæ cognitione ſuper judicio familiæ erciſcundæ interpoſita, ad judicem pertineat, ne ceteri percipiant prælegata ſua, niſi parati ſint patris judicium fratri conſervare. Reſtituendi igitur vox ibi ideo adhibita eſt, ut conſtet, ceteros prælegata ſua percipere non poſſe, niſi indemnem fratrem conſervent. Cùm enim hoc caſu conjectura ſeu præſumptio voluntatis ſit, *vt hic.* nulla ratio patitur actionem negari, *fac. l. cùm proponebatur. ſup. eod.* Maximè cùm regulare ſit inter coheredes evictionis nomine actionem eſſe, *l. ſi familiæ. C. Fam. Erciſ. l. ſi fratres. C.*
3 *Com. vtr. Iud. l. heredes. §. pen. ſup. fam. erciſc.* Denique ſi partes * ſciant res diviſas periculo evictionis ſubjectas, niſi ſtipulatio vel pactum interceſſerit nomine evictionis, actio ceſſabit. *d. l. ſi fratres. & arg. l. ſi fundum. C. de Evict.* Sed hoc Guido de Zuzaria ita temperabat, niſi res periculoſa obveniſſet uni alicui ſoli, *& poſt eum Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. De Verb. Obl.* Quod & Alciato placuit, *ibid. num. 40.* qui tamen id ita accipit, niſi quis acceperit periculo obnoxia, ob hoc quòd ea tempore diviſionis viliora cenſerentur, minoriſque acceperit, reſpectu periculi futuri. Quod verum eſt, ſi id actum ſit, alias enim ſimplicius
4 periculum ad ſcientem pertinet, *per dd. ll.* Planè, cum * moribus hodiernis diviſiones ſæpè ſorte fiant, ſi proteſtatio vel ab aliquo, vel cõmuni omnium nomine fiat, de evictione actionem ſuperfore cui obtigerint bona periculoſa, cautũ & omnibus & ſingulis videtur, & quaſi
5 ex lege conventionis actio ſupererit. Quod verò alii autumant *, quo
caſu

caſu pars cujuſque heredis periculo obnoxia ſit, evictionem ceſſare, *Caſtr. in d. l. ſi familiæ. n. 2. poſt.* Cum id nuſquam relatum, nec conveniens adeo rationi eſt. Cum nihil habeant quod prætendant ceteri, quamdiu partes ipſorum re ipſâ non ſint evictæ. *Salic. ibid. Ripa in d. l. qui Romæ. §. Duo fratres.* Et verò, quid ni, ut in permutatione & emptione ab ignaro rē periculo eſſe obnoxiam, evictio præſtatur, præſtetur & in diviſione, nulla ratio ſuadet.

§. Mando. 24.

SI quis dicat mando filiæ, pro* ſalute ipſius ſollicitus, ut quoad liberos tollat teſtamentum non faciat, ità enim poterit ſinè periculo vivere: fideicommiſſum relictum non eſt. *ut hic.* Nec mutat l. qui filium 1
77. princ. * inf. Ad SC. Treb. quia in hac noſtra cura parentis argumentum præbet, conſilium potius quam fideicommiſſum dari; at in d. l. 77. circumſtantiæ conſilium non ſuadent, ſed fideicommiſſum potius commodo fratris relictum; cum ibi ſimplicius teſtamentum fieri prohibeatur. 2

Ad l. legatum. 80.

VIde noſtra in l. cum heredes, 22. inf. De Acq. Poſſ. ubi hæc explicatur.

Ad l. ſi quis teſtamento. 81.

VIde noſtra ſuprà, in *l. 12. De Injuſto Rup. Et Ir. Teſt. n. 9. & l. 17. 16. n. 1. 2. 3.*

Ad l. debitor. 82.

QVod principio * hujus l. dicitur, legatum ejus quod quis in diem debebat, creditori relictum, inutile eſſe ſi vivo teſtatore venerit dies: ei obſtat l. 5. inf. Ad L. Falc. §. ex contrario. Inſt. h. t. Et quidem * verum eſt regulariter utile eſſe legatum quia ſubſtitit ab initio: Sed hoc toties effectum habet quoties quis commodi aliquid vel ab actione ex teſtamento, vel rei vindicatione habere poteſt. *ut in ll. oppoſitis* aliàs non item. *ut hic.* Vnde ob * multiplices actiones jure novo ob legatum competentes, legatum plerumque & ferè ſemper utile eſt etiamſi antè ceſſerit dies. 1 2 3

Ad l. creditorem. 85.

CReditor, cui res * pignori data legata à debitore eſt, nihilominus petere creditum poteſt, niſi evidenter probetur, compenſare voluiſſe teſtatorem. *ut hic. l. creditor. C. eod.* Quod verò id * alii cum modo accipiunt, puta compenſationem fieri ſi debitum ex cauſa voluntariâ deſcendat, non autem ſi ex cauſa neceſſaria. *Covar. in c. officij. de teſtam. Mãtica de præſump. ult. vol. lib. 10. tit. 2.* id juri parum conveniens eſt, & meritò jam aliis improbatum. *Duar. hic. Corraſ. 3. Miſcell. c. 1.* Ad ll. verò in illam ſententiam allatas quod attinet, eæ, diſtinctionem iſtam nulla ratione 1 2

ratione probant, *Videri tamen ab otioſis poteſt. Fach. lib. 5. Contr. c. 33. 34. 35.* nec confutatione earum, digna in hanc rem argumenta præbent.

§. Imperator Alexander.

AN & quatenus donatio omnium bonorũ valeat vel minus (quod hic tractare decreveram, ſed methodi gratia rejeci in locum ſuum) alibi tractamus plenè. *Vide noſtra ad l. 1. & 2. C. de Inoff. Dom.*

Ad l. Cajus. 86. §. 1.

Vide noſtra in l. prædijs. 95. §. qui domum penult. inf. tit. prox.

Ad l. Titia. 87. §. ſcia.

Vide noſtra ſupra in l. 3. De Vulg. Subſt.

Ad l. Lucius. 88. §. Lucius. 6.

Opponi ſolet l. 13. princ. ſup. De Her. Inſt. ſoluimus ibidem.

§. Damæ.

QVod in fine* hujus § dicitur, appellatione filiorum & naturales liberos contineri, adeo certum de ijs eſt qui ex patre ſervo durante
1 ſervitute nati ſunt, ut nullâ indigeat diſputatione. *per hunc tex.* Ad ceteros verò quod attinet, *voluntatis quæſtio eſt. *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. Ad Trebell.* In qua non eſt exiſtimandum * Vlpianum à Papiniano
2 diſſenſiſſe, (Vt malè Forſterus ratus eſt) cum Papiniani ſententia in
3 ijs obtineat qui ex libertinis naſcuntur; Vlpianus verò dein per adverſativam conjunctionem *autem*, agat de naturalibus non indiſtinctè, ſed de naturalibus non natis ex matrimonio legitimo. Quod igitur Vlpianus ex ſententiâ ſuâ de naturalibus liberis dicit, de naturalibus ceteris accipiendum eſt.

Ad l. ult. §. fin.

1. Argumentum hujus. §. de uxore quæ inſtituta à marito, codicillis occluſis prædium fideicommiſſũ ignorãs alienavit. & n. 2. 3. & 4. & n. 7. & 8.
5 Quid ſi re expreſſè vetita alienari, nihilominus contra fiat. & n. 6.

TEſtator uxorem * heredem inſtituit, codicilliſque occluſis, teſta-
1 mento vetuit eos ante mortem uxoris aperiri. Vxor prædium aliquod, ſibi parum utile rata, vendidit; Defunctâ uxore deprehenditur hereditas alteri fideicommiſſo relicta: quæritur fideicommiſſarius prædium recipere, an vero ſolum pretium ab herede debeat: & ob juſtam mulieris.

Digitized by Google

mulieris & heredis ignorãtiam reſpondetur, ab herede fideicõmiſſario pretium dandum. *ut hic.* Idem tamen in fideicommiſſo * particulari eſſe, benignius dicimus, cum ratio juſtæ ignorantiæ quoque ad id pertineat, ut rectè Caſtrenſis docuit, *ad l. ult. §. ſed quia. n. 4. C. Com. de Leg.* Malè enim Alexander *in l. Marcellus. §. res quæ. n. 4. Ad Treb.* diverſum ſenſit, eò quod in propoſitâ facti ſpecie de hereditate proponatur: cum interim ratio ſubjuncta utrique fideicommiſſo communis ſit. Planè ſi qui ad reſtitutionem pretij * tenetur ſolvendo non ſit, res ipſa vindicari poteſt. *l. planè. 97. §. qui rogatus. De Leg. 1. Iaſ. in Auth. res quæ. C. Com. de Leg.* Quod verò * Alexander *in d. l. Marcellus. §. res quæ. n. 6.* autumat non etiam idem eſſe re alteri donata, non vendita, id accipiendum cum modo eſt, puta, ut antè dictum, ſi heres ſolvendo non ſit. Aliàs enim ratio juſtæ ignorantiæ obtinet, cum donatio hodie non minus obliget quam venditio. *§. 1. Inſt. de Don. l. ſi cum argentum. C. eod.* Denique & ſi res * expreſſè vetita ſit alienari res ipſa ab emptore peti poterit *l. cum pater. 77. § libertis & ibi gl. probata ſup. eod* Idque à Rota Romana definitum eſt, *in deciſ. noviſſimis. p. 1. dec. 21. & 22.* Imò & ſi ſimplicius maritus ſignificaverit, * hereditatem poſt mortem uxoris reſtitutioni ſubjectã, tantundem dicendum eſt. Neque enim tum uxor ignorantiam prætẽdere poteſt & ceſſat idcirco ratio hujus §. Sed illud admittendum non eſt * ut definitionem hujus §. ceſſare dicamus, re fideicommiſſâ purè vel die certâ (quod malè Caſtrenſis perhibet *in l. ult. §. ſed quia. n. 4. C. Com. de Leg. & Alex. in d. l. Marcellus. §. res quæ poſt n. 4 inf. Ad Treb.*) neq; enim eo caſu ratio hujus textus ceſſat, quæ à juſta ignorantiâ dependet. Non mutat * d. l. ult. §. quia autem. cum. §. ſeq. quòd ea obtineat ubi ſciverit heres vel venditor rem reſtitutioni ſubjectam eſſe.

(Margin: 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8)

LIB. XXXII.

De Legat. Et Fideicom.

LIB. III.

Ad l. fideicommiſſa. 11. §. Sic fideicommiſſum relictum. 5. & §. 6. & 7.

Vide noſtra in l. illa inſtitutio ſup. De Her. Inſt. ubi omnes hi explicantur.

§. Si in opere.) Ad hunc §. vi. quæ nos infra ad l. in exſecutione. De Verb. O.

Ad l. ſi quis in principio. 22.

P p Qui

Digitized by Google

QVi in principio teſtamenti aſcripſit cui bis legavero, ei ſemel tantùm deberi volo, ſciens ſæpius idem legavit; bis ità debetur, ſi ſpecialiter dixerit teſtator, ſe pœnitere, & velle ut legatarius plura legata accipiat. *ut hic.* Vnde ſi quis teſtamentum adhibita ſimili clauſula condat, poſterius verò deinde ſinè additione voluntatis prioris mutatæ, quid juris ſit, quæritur: magiſque eſt ſtatuendum idem eſſe. *per hunc tex. arg. l. non poſſunt. ſup. De LL.* Idque pleriſque viſum eſt, *Caſtr. Alex. & alij ſup. ad l. 2. De Lib. & Poſt. quos ſequitur Mantica de Conjec. Vlt. Vol. lib. 12. tit. 8. n. 8.* Bartolus contrà. *Bart. hic. num. 9.* motus d. l. 2. De Lib. Et Poſt. Sed ea nihil ad rem facit, cum non præceſſerit in ſpecie ejus l. derogatoria ejuſmodi clauſula, ut rectè Covarruvias reſpondet *in rubr. de Teſtam. in 2. par. n. 19.*

Ad l. ex imperfecto. 23.

VIde noſtra in l. Princeps ſup. De LL. ubi pluribus agimus, An & quatenus Princeps Legibus aſtringatur, vel minus.

Ad l. Paula. 27. §. Iulianus. 2.

Ad hunc §. vi. noſtra infra ad l. Lucius. 12. De Alim. Leg.

Ad l. cum quis decedens. 37.

1 DEcedens codicillis * faſſus eſt, ſe depoſitum aliudve ab alio accepiſſe, alterique reſtitutum ſe juraſſe, credenda ſcriptura eſt ut reſtituatur ei cui reſtituere defunctus juſſit, etiamſi nulla alia probatio exſtet *ut hic.* Nam & ſi non debeatur *, quaſi ex fideicommiſſo actio eſt.
2 *l. Lucius. 88. §. quisquis. 10. ſup. tit. 1. l. qui uxori 18. De Au. & Arg. Leg.* Si tamen affirmatio interpoſiti juramenti ceſſet, legatarius hic ceteris non præferetur, *arg. hujus tex. verb. ſcilicet cum juramentum. &c. Coſtal. in l. qui teſtamentum. 27. ſup. de Prob. poſt Bart. in d. l. uxori:* & confeſſio revocari poterit, ut rectè Bartolus autumat; *Bart. hic.* Vnde & qui ſe fœneratorem fatetur & plurimum lucri ex vetitis uſuris percepiſſe, ex confeſſione ejuſmodi nō obligatur; niſi juravit, aut profiteatur ſe de uſuris reſtituendis juraſſe. *per hunc tex. & Auth. quod obtinet. C. de Prob.* Hæc ita,
3 niſi confeſſio ea incapaci fraudē legis* *ut hic in §. Titio. prox. inf. l. fiat 27. ſup. De Prob.* ut quidem nec ſpurio cui legari nequit, confeſſio ejuſmodi proſit. *Coſt. hic allegans Bart. in l. 1. C. de Nat. Lib.*

Ad l. pater. 38. §. Fideicommiſit. 6.

1 LEgatum collegio *, diſſoluto eodem non debetur, unde ſi id ab herede relictum ſit, manet apud heredem, ſi à legatario, manet apud eum *ut hic.* Hodie tamen diſſolutis collegijs monachorum, bona eorū
2 uſibus pijs reſeruantur. Quod moribus obtinuit. Illud quæritur *, nū, ſi canonicis relinquatur, collegio (quod capitulum vulgo) an vero ſingulis relictum ſit, ſed magis eſt collegio relictum, *l. 2. De Reb. Dub. inf.* Denique id & argumento à ſimili evincitur, cum enim epiſcopo relinquitur,

Digitized by Google

linquitur, eccleſiæ relictum cenſetur. *c. requiſiviſti. de teſtam.* Nam ſi Canonicis * relinquatur, eccleſiæ relictum non eſt, quia diſpar ratio 3
patrimonij eccleſiæ, & collegij eſt. Idque moribus introductum eſt ferè univerſalibus, cum ex ratione juris noſtri id non adeo expeditum foret, *arg. l. annua. §. Attia. De Ann. Leg.*

Ad l. Pamphilo. 39. §. propoſitum.

QVi ſinè liberis & * cognatis deceſſit, Cajo Sejo contubernali ſuo, 1
amicis advocatis, dixit ſe certa prædia eidem Cajo Sejo relinquere velle; quod cum ſcripto à Cajo ipſo exceptum eſſet, denuo rogatus teſtator eſt, num ea dixiſſet, reſpondit maximè, quæritur num prædia ex cauſa fideicõmiſſi ad Cajum Sejum pertinerent: quod magis eſt, *ut hic.*
Dubium movebat *, quod legatum ſibi aſſcribere permiſſum non ſit, 2
l. 3. & 4. C. de His Qui ſibi In Teſt. Adſcrib. Et hanc difficultatem ut Accurſius evitet, teſtatorem hunc militem fuiſſe perhibet, motus voce cõtubernalis, hic adhibitâ, quæ militibus frequentius tribuitur. Sed ea ſentẽtia admitti non poteſt, *per l. pẽ. & ult. C. De His. Qui ſibi.* Igitur ità ſtatuendum eſt, id in propoſito ideo admitti quod legitimi ſucceſſores deficiunt. *arg. l. 1. eod. iſto t.* Illud quæſitum * eſt, Si quis non requiſi- 3
tus à teſtatore, ſed gnarus volũtatis ipſius, vel motu ſuo prout ipſe cõſultum rationi putat, conceperit teſtamentum, dein teſtibus adhibitis coram eis teſtatorem rogaverit, num hæc ejus voluntas ſit, iſque id affirmaverit, an valeat teſtam. Quod plerique non putant, *Ioan. Andr. in ad. ad. Spec. tit. de teſt. §. in primis. n 8. Iaſ. in l. jubemus. ad fin C. de Teſt. Clar. in §. teſtamentum q. 37. verſ. tertiò ſcias.* Sed Alexander *lib 3. conſ. 33. n. 11.* & Menochius *conſil. 45. n 34 lib. 1.* contra. Poſteriores moti hac lege fuere, & l. hac conſultiſſima. C. Qui Teſt. Fac. Poſſ. Id tamen neutra eâ lege probatur, Magiſque eſt, quæſtionem totam facti cenſendam; ut quidem ſi is qui tabulas conſcribit, ab ipſo teſtatore voluntatem ejus cognoverit, teſtamentum ratum ſit, ſin minus diverſum dicamus. Nihil enim ineptius, fraudi, falſitatique magis obnoxium fuerit, quam ſi quem motu ſuo ſinè teſtatoris requiſitu teſtamentum concipere permittatur, idque ex ſola affirmatione decumbentis, plerumque animo vix minus quam corpore ægri, ratum cenſeri. Et verò quis animo ſanus ex præſcripto alterius, abſque ſui conceptu animi prævio, voluntatem ſuam extremam condat.

Ad l. uxorem. 41. §. concubinæ.

HOc §. evincitur * nepotes quoque filiorum nomine venire, quod 1
quidem ex æqua interpretatione fit, *l. juſta. De V. S.* ut & in *l. ſenatuſconſulto. De Ritu Nup. ſup. l. filium, habeo. ad Maced.* cum propria loquendi ratione aliter filij aliter nepotes appellentur. Vt quidem in legatis & fideicommiſſis obtinet, *l. quod ſi nepotes. ſup. De Teſt. Tut.* Vnde

& formulâ Galli opus fuit, quò nepotes poſtumi perinde uti filij poſtumi inſtitui poſſent. *l. Gallus. 29. princ. & §. 1. ubi not. De Lib. Et Poſth.* Vti & alibi reſponſum eſt; quoties quis non omnibus poſteris præſtitum vult, toties neceſſarium eſſe, ut vel filij, nepotis, vel quibus aliàs teſtator præſtari voluit, cognationum nomina uſurpentur *l. liberorum. 122. De V. S.* Extenſio igitur, non fit,* niſi aliunde conſtet de eâ teſtatoris mente (ut in propoſito, quo teſtator villicum, contubernalem, filiosque legavit unà cum ipſo fundo, ut probabili ratione liberos quoque tanquam parentibus acceſſorios reliquiſſe videatur; niſi diverſa ejus appareat volũtas, *d l. 122. §. 1.*) vel alioquin ſeparatio gravior eſſet, *l. Lucius. De Her. Inſt.* ſuos extranei excluderent, aut conſuetudo teſtatoris id ſuaderet. *l. alimenta. De Alim. Leg. inf. vi. Alc. in l. filii. 48. De V. S.*

Ad l. hoc legatum. 45.

Vi. noſtra infrà ad l. 47. h. t.

Ad l. ſi quid earum. 47. § fin.

1 IN quæſtione hac,* utrum legatum uxori relictum teſtamento condito uxore primâ viva, etiam ſecundæ debitum intelligatur, ſtatuendũ

2 eſt: deberi *l. hoc legatum. 45. ſup. eod. arg. l. ſi cognatis. inf. De Reb. Dub. & arg. l. cum ità. §. in fideicommiſſo. ſup. De Leg. 2.* Non mutat hic textus *, quia is in ijs procedit quæ prioris uxoris cauſa comparata ſunt nominatim, hæc enim ità demum legato continentur, ſi vel tradita ſint uxori ſecundæ, vel nominatim aſſignata. *ut hic.*

Ad l. ſuos. 73. § cum qui.

1 QVi venalitiariam [a] ſervorum exercet, ſi mancipia ſua leget non videtur ea legaſſe quæ negotiationi parata ſunt, ſed ſola ea quæ uſui

2 deſerviunt legantis. *ut hic.* Idque & in negotiatoribus rerum ceterarũ ità eſt, *l. pediculis. § cum quæreretur. inf. De Auro Et Arg. Leg.* At opponitur, quod id etiam [b] tum obtinet cum bonorum omnium quæ certo in loco ſunt relictum legatum eſt, *l. generali. § uxori. De Vſufr. Leg.* ſed id non tam obſtat quàm confirmat ſententiam hanc, cum utriſque legibus doceatur, negotiatorem legato rei ſuo uſui deſtinatæ, non comprehendere ea quibus mercaturam exercet, ut malè Pinellus laborarit de harum legum conciliatione. *Pin. ad rubr. C. de Bon. Mat. par. 1 n. 38, ubi reprehendit Decium, in l. 1. num. 24. De Reg. Iur. quem defendit Fach. lib. 5. Contr. c. 67.* Maximè cum generale ſit, bonis domo vel quo alio certo loco contentis legatis, non cenſeri legata quæ fortuitò ibidem ſunt, uti & legata intelliguntur omnino quæ fortuito abſunt, *l. ſi ità legatum. 86. inf. eod.* Illud omittendum [c] non eſt, Fideicommiſſo omnium bonorum etiam res negotijs paratas contineri; ſalvo tamen creditoribus & quibuſque ceteris, jure ſuo. *arg. l. Julianus. 66 ſup. eod.*

Ad

Digitized by Google

Ad l. ſi chorus. 79. §. area.

Vi. noſtra in l. 8. ſup. De Leg. 1.

Ad l. conjunctim. 80.

QVot modis * conjuncti dicantur pluribus ſuprà explicamus, *ad l.* 1
1. De Vſufr. Accreſc. n. 2. 3. 4. 5. 6. ubi vide. Nũ vero * re & verbis 2
conjuncti partes ab initio faciant ut conjuncti verbis, an verò ità demum, ſi uterque hereditatem adeat vel legatum agnoſcat, quæſitum eſt: Et poſterius quidẽ probabile videtur, *per hunc tex. & l. quidã relegatus in fine. & ll. ſeqq. inf. De Reb. Dub. fac. §. ſi eadẽ. Inſt. De Leg.* & Bartolo placuit *ad l. re cõjuncti. n. 22. Ripa n. 74. Iaſ. n. 28. inf. eod.* Diverſum tamẽ Zaſius tradidit, *lib. Sing. Reſp. 1. c. 18.* & Duareno, *lib. 1. De Iu. Accreſ. c. 11.* ac Goveano *lib. de I. Accreſ. prope princ.* viſum eſt. Movẽtur quòd hæc conjunctio haud conſtituat ſpeciem novam, ſed participet ab utroque, itemq; l. planè. 34. §. ſi conjunctim. ſup. De Leg. 1. & rurſus arg. l. un. §. ubi autem. C. de Cad. Toll. Magis tamen eſt eam conſtituere ſpeciem tertiã, *l. triplici. De V. Sig. & d. l. re conjuncti. inf. h. t.* Verum interim manet, potentia (ut ajunt) hoc eſt juris delati reſpectu, re & verbis conjunctos ab initio facere partem; quomodo accipienda ſententia poſterior eſt, non tamen actu quomodo accipienda ſententia prior eſt, & leges in eam allegatæ.

Ad l. quod his 83.

Vide noſtra ſuprà ad l. 6. De Leg. 1.

Ad l. ſi ità. 86.

DE legato eorum quæ in domo, certove quo alio in loco ſunt, egimus pluribus ſuprà eod. *ad l. ſuos. 73. §. eum qui.*

Ad l. re conjuncti. 89.

QVi ex conjunctis alteris præferantur vel minus, omiſſis interpretum eã de re rixis, tractavimus ſolidis argumentis ſuprà *ad l. 1. nũ. 7. & l. pen. num. 5. & 6. De Vſufr. Accreſc. ubi vide.*

Ad l. prædijs. 95. §. qui domum. penult.

DOmo legatã unà * & hortus illius gratia comparatus venit, *ut hic.* 1
Vnde & probabilius dicimus, legato prætorio, ſeu * caſtro (ut DD) 2
cum adjunctis (quæ pertinentia DD) prædia minora, ceteraque bona quæ teſtator ibi poſſedit, unà legata cenſeri, ſi paterfamilias bonis ibi poſſeſſis tanquam annexis ſit uſus. Vniverſum enim id à domini deſtinatione dependet, *ut hic. & l. quod in rerum. 24. ſup. De Leg. 1. l. Cajus. 86. §. 1. ſup tit. prox.* Idem eſt, ſi pariter uno pretio ſint comparatæ, & penſiones ſimiliter accepto latas conſtet. *ut hic in §. fin.*

LIB. XXXIII.

De Annuis Legatis, Et Fideic.

NOs pauca de hac materia hoc loco, quia eam alibi fuſius peregimus, *lib. 1. c. 14. lib. 2. c. 1. & 2. in trac. noſtro de Ann. Redit.*

Ad l. 3. §. fin.

1 QVantitate * certa legata, ut, donec ea præſtetur, annuum aliquid velut uſura pendatur, annuum excedere modum uſurarum legitimum non debet. *ut hic.* prorſus ut in contractibus, *l. placuit. ſup. De Uſur.* Num verò teſtator Iure Canonico Statuere * uſuras poſſit, variè
2 diſputatum eſt, *à Bart. hic. Cagnol. ad l. curabit. n. 14. C. de Act. Emp. Alc. 5. Paradox. c. ult. Menoch. lib. 5. Conſil. 441.* Quâ in re Canoniſtis communiter diſtinctum ita eſt, ut poſtulari poſſint uſuræ, ſi ſortem repetere ab herede legatarij nequeant, ſi verò repetere eam poſsint, non item *D D. qui ſuprà.* Idque Rota Romana ſequitur, *Puteus in deciſ. Rotæ Rō. lib. 1. deciſ. 106. Soc in l. 2. n. 9. De His Quæ Pœnæ Nom.* Rationem addunt,
3 quod ſi * repetendi facultatem legatarius habeat, hæc res in mutuum cadere videatur, aliàs non item; eóque poſteriori hoc caſu conſtitutioni redituum potius quàm uſuris proprijs ſimilis ſit. Sed hæc in ejuſmodi caſu in terris imperij magis ad rationem Iuris Civilis quàm Canonici rediguntur.

Ad l. ſi in ſingulos. 4.

1 LEgatum annuum initio * cujuſque anni cedit, & primi quidem anni legatum purum eſt, ſequentium conditionale, unde conſtat plura eſſe legata, ineſt enim huic legato conditio, ſi legatarius vivat, & defuncto eo exſpirat. *ut hic.* Vnde quidem ſimile id legatum uſuifructui legato eſt, ſed diverſitas hæc ſubeſt, quod uſufructuarius fructus ſuos nō faciat, niſi eos perceperit; cū legatū annuum initio anni debeatur. *l. in ſingulos. 8. inf. eod.* Vide plura hac de re in tractatu noſtro de Annuis Redit. *lib. 1. c. 14. & lib. 2. c. 1. & 2.* Opponi verò l. noſtræ ſolet * l. Fir-
2 mio, 16. §. fi. inf. Quan. Di. Leg. Ced. ſed ea obtinet in ſpecie qua annuum non tam perſonæ quam patrimonio relictum eſt. Cum & ſubjungatur ibidem in fine, ſi perſonæ in alimenta legatum ſit, legatum perſonale eſſe.

Ad l. legatum. 17. §. vivi.

Vide noſtra infrà ad l. 5. De Trit. Vin. vel ol. Leg.

Ad l. annua. 20. §. Attia.

Vide noſtra ſuprà ad l. pater, 38. §. fideicommiſit. 6. De Leg. 3.

De

Digitized by Google

De Vſu Et Vſ.Red.Et Habit. Et Oper Per Leg. Vel Fid.Dat.

Ad l. 1.

Vide noſtra ad l.Mela.14.inf.De Alim.Leg.

Ad l.ſi uſusfructus. 14.

Vide noſtra infrà ad l.16.h.t.n.ult.

Ad l. legatum. 16.

NOtandum hic * eſt,legatum civitati, cuive alteri univerſitati relictum,cujus in ea uſus eſſe nequit, non fieri inutile, ſed heredibus 1
pariter & primoribus civitatis diſpiciendum cui uſui commodius id applicetur. *ut hic.* Et verò ſi licitus legati uſus ſit, curamque * ejus
aut præſidium teſtator heredibus injunxerit, non tãtùm id ad heredes, 2
ſed & ad heredes heredum & ità deinceps in perpetuum, redigendũ eſt. Cum corpori relictum perpetuò cenſeatur. *l.annuam.ſup.tit.1.* Planè uſufructu civitati relicto, * diverſum dicimus, quia is, ne proprietas 3
ſemper ſit inutilis,durat modò centum annos.*l.ſi uſusfructus.14.ſup.eod.cum ſim.*

Ad l.ſi alii.19.

Vide noſtra in l.Neratius.3.§.non ſolum.ſup.De Vſufr.Leg.

Ad l. uxori. 34.

MAritus uſumfructum * fundi legavit uxori in quinquennium à die 1
mortis ſuæ, & peracto quinquennio fundum alii reſtitui juſsit. uxore tametſi intra quinquennium defuncta, peracto demum quinquennio fundus ad fideicommiſſarios pertinebit. *ut hic.* Vnde facilis definitu controverſia eſt, * Quâ diſputatur,utrum uſufructu uxori le- 2
gato donec vidua fuerit,poſt mortem ejus Sejo ſubſtituto, ſi dein mulier tranſeat ad ſecunda vota, Sejo protinus fideicommiſſum debeatur, an minus. Poſterius enim magis dicimus, *per hunc tex.* Idque rectè Socinus docuit *in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.De Lib.Et Poſt.*& Ruino viſum eſt. Non mutat quod * alii opponunt, ſublata cauſa dilationis, 3
dilationem quoque ipſam ſublatam, *arg.l.à filia.§.alumno,inf. Ad Treb.* id enim argumentum & ſi quæ ſimilia ſunt tolluntur omnino hac lege.Maximè cum * & aliàs,quoties ſpecies aliqua jure definita non eſt,
ad ſimiles tranſeamus,*l.non poſſunt.De LL.* ut quidem alii adverſus ra- 4
tionem id in dubium vocatint. *inter quos eſt Bart. in auth. hoc locum. C. Si Mul.Sec.Nup.*

Ad l.qui fructus.25.

VIde noſtra in l.ult.De Vſu.Ear.Rer. Quæ Vſu.Conſu.ubi & hæc explicatur.

Ad l.

Digitized by Google

tem.verſ.exactio. *C.de Rei Ux.* *Act.* nullum commodum repræſentationis eſt, hæc verò ſi non cóſiſtat in immobilibus, quia tum ſolutio dotis dilationem habet: *ut in d.l.un*, & idcirco repræſentationis commodum manifeſtum eſt. *vi.gl.& alios hic.*

Ad l.pater dotem.7.princ.

Vi. Cujac. lib. 11. Obſ. 29.

Ad l.Seja.11.

Vide noſtra in l.33.Sol.Matr.prope fin.

De Tritico, Vino Vel Oleo Legato TIT. VI.

Ad l.cum certus.5.

CVm certa * quantitas ex eo quod certo in fundo naſceretur, legata eſſet, ſi minus naſceretur, plus quàm natũ eſſet non debetur. *ut hic.* 1
Non mutat* l ex eo. 13.inf.eod. l.legatum. 17. §.vivi.ſup. De Adi. Leg. 2
l. Lucius. 22. De Alim. Vel Cib. Leg. Ea enim obtinent in legato annuo, quippe in quo, ſi aliquo anno minus, plus altero naſcatur, nihilominus integra quantitas præſtanda eſt. Nec obſtat huic ſolutioni * l. 3
inter. 83. §. ſacram. verſ. pro quo. De V. O. quia ibi non ex reditu ſed ſimplicius ex fundo legatum erat. Quod * ſi contractu aliquo etiam 4
ex reditu certa quantitas debeatur, perinde ut in legato, id ex obventione primi anni deducendum interpretamur. *fa. l. ſi debitor. 39. §. 1. De Contr. Emp.*

Ad l ex eo. 13.

Vide noſtra ſuprà ad l. 5. h t.

De Instructo Vel Instrum. Legato TIT. VII.

Ad l. 1.

SIve fundus cum * inſtrumento legetur, ſive inſtructus, duo legata 1
ſunt, fundi puta & inſtrumenti, fundo tamen alienato, non debebitur inſtrumentum. *ut hic.* & utroque caſu legatum inſtrumenti extinguitur. *§.ſi quis ancillas. Inſt. de Leg.* Non mutat l. ſi cui. 5. inf. eod.
ubi * inter hæc legata differentia conſtituitur, quaſi fundo cum inſtru- 2

mento legato quidem nihil debeatur, inſtructo verò fundo relicto, inſtrumentum deberi poſſit: differentia enim hic tàtum aliqua traditur, puta, fundo cum inſtrumento legato, inſtrumentum nunquam poſſit deberi ex ſententia defuncti, *d. l. 1.* inſtructo verò fundo legato alienato, deberi ità poſſit ſi probetur ea fuiſſe voluntas teſtatoris.

Ad l. quæſitum. 12. §. Papinianus. 23.

2 QVæritur an * ſtatuæ domui adfixæ, rectè dicatur portio ejus: quod
1 magis eſt, *ut hic*. Nec obſtat * l. pen. De V. Sign. nam quod ibi ſtatuæ affixæ ædium pars eſſe negantur, id eò pertinet quòd non ſint partes neceſſariæ, ſed quæ tantùm ornatus cauſâ adhibeantur, *ut in d. l. pē.* quod verò hic partes eſſe dicuntur, ita accipiendum eſt ut ſecundum quid partes intelligantur, acceſſoriæ videlicet, ut ſc. hac ratione diſtinguantur ab inſtrumento domus legato.

Ad l. item pictoris. 17. §. aſinam.

MOla inſtrumento fundi non continetur. *ut hic.* Sed an omnino nō inſtrumenti, arguit enim perſpicuè contrarium l. dolia. 26. §. 1. inf. eod. continentur igitur inſtrumenti ædium nomine, *ut in l. oppoſitā.* non fundi, *ut hic.*

De Peculo Legato.
TIT. VIII.

Ad l. ſi peculium. 6. §. vicario.

QVoties vicarius legatus ordinario manumiſſo eſt, peculium unà legatum cenſetur. *ut hic.* Quod aliàs non ita eſt, cum legato ſervo regulariter peculium non cenſeatur legatum. *ut in l. ſi legatus 14. inf. eod.*

Ad l. ſi legatus. 24.

Vide noſtra ſuprà ad l. 6. §. vicario.

De Supellectile Legata. *TIT. IX.*

Ad l. 3. §. fin.

Vide noſtra in l. Barbarius. ſup. de Off. Præt.

LIBER

LIBER XXXIII.

De Aliment. Et Cibarijs Leg.

Ad l. Lucius. 12.

VIde noſtra ſuprà ad l. 5. De Trit. Vi. Ol. leg. ubi explicamus, An & quatenus fructuum quantitate legatâ tantum debeatur ſi ſatis natum ſit, vel minus.

Ad l. Méla ait. 14. §. fin.

QVi aliméta [a] legaverat, unà & aquã legavit, ubi ſc. aliqua ejus utilitas erat (ponamus id accidere in locis ubi aqua emi conſuevit) utile legatum eſt, & relictum, uti alimenta ipſa, perſonæ cenſetur. Nec refert quod videatur inutile, quaſi ſervitute prædiali perſonaliter non vicino poſſeſſori legato: nam & aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam appulſus, & ſimilia è diverſo ſervitutes perſonales per ſe ſunt, legari tamen nequeunt ei qui non ſit vicinus poſſeſſor. Quaſi, puta dicat, ut legatum alicujus ſervitutis perſonalis requirit, ut legetur vicino poſſeſſori, (quod tamen proprium ſervitutis prædialis videtur) ſic etiam legatum quod ſimile ſit ſervituti prædiali, perſonæ cui prædium vicinum non eſt, poſſe relinqui, *ut hic*. Non ut ſervitus [b] revera ſit, ſed ut jure legati ſubſiſtat, finiatur verò cum perſona. Qua ratione & admiſſum eſt, ut itineris, actus, viæ, aquæductus quis pro tempore vitæ facultatem habeat ex legato, vel ut quaſi ſervitus hæc ex legato conſtituatur ſub hac cautione, ut quo caſu uſusfructus finiretur, reſtituatur *l. 1. ſup. De Vſu Et Vſufr.* Propriè enim ſervitus ſervitutis non eſt, *ut ibid. vide noſtra latè in l. ut pomum. 8. ſup. De Seru. Præd. Ruſt.* Illud etiam dubium eſt [c] quod ſervitutes pecoris appulſus; & aquæ hauſtus dicantur hic ſervitutes perſonales, cum alibi dicantur prædiales. *vide noſtra in d. l. ut pomum.*

1
2
3

De Auro Et Arg. Legato.

TIT. II.

Ad l. cum certum. 9.

CVm certum pondus auri aut argenti legatum eſt, ſpecie * non deſignatâ, æſtimatio præſentis temporis præſtari debet. *ut hic.* Intelligendum verò id ità eſt, ut materia * non neceſſariò præſtanda ſit, ſed ut etiam pretiũ in ſolutione ſit, ut rectè Accurſius monet, & DD. probãt. 1

... verò Pinellus & poſt eum Bronchorſt, tempus præſens * hic interpretantur tempus conditi teſtamenti, *Pinel.par.1.c.3.n. 22. ad l. 2. C. de Reſc.Vend.& poſt eum Bronch.Cent.2.Enant. Aſſert. 19.* tempus enim præſens tempus opportunæ interpellationis ſeu litis conteſtatæ eſt, niſi antea debitor fuerit in mora. *vide noſtra late ad l.vinum.22. ſup de Reb. Cred.& præcipuè n.4.5.6.7.8.9.* Nec obſtat l.ſi ità.7.ſup.eod. * & l. uxorem.40.§. teſtamento. De Leg. 3. quibus tempus præſens intelligitur tempus aditi teſtamenti. id enim toties verũ eſt, quoties quæritur quid, quale, vel quantũ præſtandũ ſit, ſed ſi quæratur de pretio rei vel quantitatis quæ tempore teſtamenti relicta eſt, idem eſſe, id nuſquam relatũ eſt. Quamobrẽ nulla ratio eſt, ut à jure hæc in re diſcedamus recepto.

4

Ad l. ſpecies. 15.

Vide plenè noſtra ad l.ult.ſuprà De Vſufr.Ear.Rer.Quæ Vſu Cõſu.

Ad l.qui uxori. 18.

Vide noſtra in l. 34.§. Cajus. De Leg. 2.

Ad l.ſi quis ita. 30.

1 QVi uxori [a] mundum, ornamenta, ſeu quæ ejus cauſâ paravit, omnia ſub alterutro contenta legaſſe cenſetur, *ut hic.* vox enim ſeu ampliandi legati gratiâ adhiberi cenſetur. Et hoc quidem verum eſt quoties alterum eorum quæ per eam vocem conjunguntur, contine-
2 tur alterutro, ut in propoſito. Aliàs enim * magis dicimus, vocem eam ſignificationem ſuam etiam apud juris authores retinere. *ut in l. 1.§. ſublata. Ad Treb.l.generali.C.de SC.Eccleſ.* ut rectè Covarruvias, *lib. 2.Var. Reſol.c. 5. n. 10.* ex Baldo, Decio Socino & Ripa *in c. inter cetera.de Reſcrip.* docet, contra quam Bartolus putavit & Burrius ſenſit *in d.c.cum inter.* Idque ſatis * evincitur l.cum quidam.in fine.C.de V.Sign.ex cu-
3 jus principio etiam illud conſtat, vocem ſeu idem quod aut, ſive, vel & ſimilia, deſignare. Quæ tamen omnes regulariter diſiunctionem deſignant, puta in relictis rebus; uti vice verſâ in his quæ perſonis relinquuntur, deſignant conjunctionem. *ut in d.l.cum quidam, per tot.* Et verò ſi vox ſeu juris authoribus non diſiunctim accipitur in rebus ſeparatis, quorſum omnis diſputatio, quâ quæritur, utrius, hæredis an legatarij electio ſit. Subinde tamen & per ſynonumiam diſiuncta pro conjunctis accipi ſolent, nam cum dicimus quod dedi aut donavi utrumque continetur. *l.ſæpe.63.De V.Sign.*

Ad l.ſcribit.34.Quod ſi ità.

Huic §.obſtat l.6.ſup.De Leg.1.Soluimus ibidem.

Ad l.Titia. 38.§.fin.

1 REgulare eſt * ut in dubijs etiã legatis quod minimum accipiamus. *l. numis.De Leg.3.l.ſemper.De Reg. I.* Vtrum verò idẽ ſit in legatis ad
2 cauſas * pias, diſputatum eſt, Dubium movet hic textus quo legatum ædi ſacræ relictũ in confectionem ſtatuæ non ex ære ſed argento definitur præſtandum. Idque favore religionis * verius eſt, ut rectè Bartolus

tolus notat & Gotofredus probat. *DD. ijdem hic.* Nec obſtat idcirco regula juris, *ex d.l. nummis & d.l. ſemper* Lectionem tamen hic * corruptam eſſe, admiſerim, ſed tantùm in voce auro, quam exiſtimo irrepſiſſe pro voce *ære*; ut & conſequenter vox *an æreum* perperam abundet. 4

De Adimẽdis vel Transfer: Legatis Vel Fideicom.

TIT. IIII.

Ad l. ſi quis ita. 3. §. ſi duobus.

Vide noſtra ſuprà ad l. 8. De Leg, 2.

§. fin.) Vide noſtra ſuprà *ad l. 2. De Ini. Rup. Et Irr. Teſt.*

Ad l. ſicut. 5.

Vide noſtra ſuprà in l. 33. De Leg. 1.

De Rebus dubiis.

TIT. V.

Ad l. civibus. 2.

Vide noſtra ſupra ad l. 38. §. fideicommiſ. De Leg. 3.

Ad l. quidam. 5. l. 6. & princ. l. 7.

Vide noſtra ſuprà *ad l. conjunctim. 10. De Leg. 3.* ubi & hæ alleganrur.

Ad l. qui duo. 9.

§. Cum bello. Patre cũ filio mortuo, uter ſupervixiſſe præſumatur, eſt hic tex. notabilis. Cui convenit l. cum pubere. 22. inf. eod.

Ad l. ſi fuerit. 10.

Vide ea quæ nos ſuprà in l. 8. De Leg, 2.

De His Quæ Pœnæ cauſa relinquuntur.

TIT. VI.

Ad l. 2.

NVm pœna, * conditio, an tranſlatio legati ſit, id totum à voluntate defuncti dependet. *ut hic.* Quærit hic * Bartolus, Virgini mille legatis ſi nubat, ducentis verò ſi monaſterium ingrediatur, utrùm mille debeantur. Quod dicendum non eſt, *per hunc tex.* ut rectè Baldus tradidit, *in Auth. niſi rogati, C. Ad Treb.* contra quam Bartolus ratus eſt. Non mutat * Novel. de ſanctiſſ. epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, ubi ſub conditione nuptiarum vel dotis relictum etiam ingredienti monaſterium debetur: quia id toties verùm eſt, quoties non eſt expreſſè proviſum quid fieri debeat in caſum ingreſſionis. Hic igitur repugnat expreſſa voluntas, quæ ducenta legavit in caſum eum.

1 2 3

De Regula Catoniana.

TIT. VII.

Ad l.1.§. fin.

IN hoc §.comma poſitum poſt vocem *tuus eſt*, ponendum eſt poſt vocem *alienaveris*. Niſi enim id fiat corrupta §. ſententia eſt. Adde quæ habet Dominus Licklema *lib.7 membr.c.6 & c.19*, & noſtra ſuprà.

De His Quæ Vt Indignis Auferuntur.

TIT. IX.

Ad l.cum quidam.12.

Vide noſtra ſuprà ad l.2.& 3.De His Quæ In Teſt. Del.

Ad l.cum tabulis.16.§.fin.

Vide noſtra ſuprà ad l.3. De His Quæ In Teſt.del.

LIB. XXXV.

De Conditionibus Et Demonſtrationibus, Et Cauſis, & Modis eorum quæ in Teſtamento Scribuntur.

Ad l.conditionibus.5.

Vide quæ nos ſuprà ad l.86.De Her.Inſt.ubi & hæc allegatur.

Ad l.multa.6.

Explicatur in noſtris ad l.illa inſtitutio.32.ſup.De Her. Inſt.

Ad l. cui fuerit.15.

1 LEgatum *ſub hac conditione relictum,ſi nubat in familia,debetur quàm primum nuptijs contractis, etiamſi nondum in cubiculum mariti venerit.Nuptias enim non cócubitus ſed conſenſus facit, *ut hic.*
2 *et l.nuptias,De Reg.Iur.*Rectè proinde* Baldus notatus eſt,quod in ſpecie legati ſub conditione relicti, Si fuerit matrimonio copulata, exiſtimaverit

ſtimaverit legatum non deberi ante copulam carnalem , *conſ. 207. in cauſa iſta conſiderandum. lib. 3.* Sive enim dicamus nupſerit, ſive matrimonio copulata ſit,ſive matrimoniũ contraxerit , omnino perinde eſt. Vt merito opinio illa improbata ſit, *à Menoch. lib. 4. praſ. 148. n. 9. & ſeq. & alijs ibid. allegatis.* Hoc ità, niſi diverſa appareat volũtas teſtatoris.

Ad l. hæc ſcriptura. 26.

IVriſiurandi conditio legato adjuncta remittitur legatario id poſtulante. *ut hic. & l. 8. ſup. De Cond. Inſt.* Poteſt tamen jurari, ſi remiſſio non poſtuletur, *l. municipibus. 97. inf. eod.*

Ad l. non putabam. 48.

Vide noſtra ſuprà ad l. 49. de Leg. 1.

Ad l. ſi in annos. 49.

IN annos [a] decem legato relicto, vel ſervo libertate relicta, legatum & 1
libertas ultimo decemij die obtingit. *ut hic.* Nec mutat [b] l. ſi ita. 41 §. 2
fi. De Manum. Teſt. quia ibi relicta libertas eſt intra decennium ſeu intra annos decem, quo caſu ſtatim obtingere libertas poteſt. *vi. Gell. lib. 12. c. 13.*

Ad l. ſub diverſis. 51.

Vide noſtra ſupra ad l. 17. De Cond. Inſt. ubi materia hujus l. explicatur.

Ad l. nonnunquam. 52.

Vide noſtra ſuprà ad l. illa inſtitutio. 32. De Her. Inſt.

Ad l. ſi ità. 69.

Vide noſtra ſuprà *ad l. illa inſtitutio. De Her. Inſt.* ubi & hæc explicatur.

Ad l. Titio. 71.

Vide noſtra alibi, *Ad l. ult. C. de Don. Ante Nup.*

Ad l. mulieri. 74.

MVlieri & Titio * uſusfructus, ſi non nupſerit mulier, relictus eſt. 1
Si mulier nupſerit, illud certum eſt Titium conditione defectum
legati participem non eſſe. *l. 1. C. de Ind. Vid. Toll.* Mulier tamen * quã- 2
diu Titius vivet & in ſtatu eodem erit partem uſusfructus tantum habebit. Quia beneficio legis quâ ad legatum admittitur cõditione poſthabita, nihil amplius conſequi poteſt quam habitura fuiſſet ſi conditioni paruiſſet. Nec, ſi Titius conditione defectus ſit, id mulieri proderit, *ut hic.* Quia ne quidem repudiare legatum Titius potuit *l. ſi ità relictum. §. ſi ſub. conditione. ſup. De Leg. 2.* ut & conſequenter ceſſet jus accreſcẽdi. Non obſtat * l. ult. §. Sejo. ſup. De Leg. 2. ubi idem ſtatuitur in legato
relicto ſub alia conditione quàm hac, ſi non nupſerit: quia ibi condi- 3
tio legato ſolius Seij appoſita eſt, & idcirco ibi ceſſat jus accreſcẽdi, quia Seij portio non tam deficit, quam confunditur cum ipſa hereditate. Et hæc eſt ingenua hujus l. ſententia rectè & ab Accurſio explicata. Malè verò Bartolus hinc generatim colligit, jus accreſcendi ceſſare quoties

Digitized by Google

ex jure ſpeciali adverſus voluntatem defuncti portio legati quæritur: ut & rectè Alciatus notavit *6. Paradox. c. 8.*

Ad l. cum ſervus. 82.

Vide noſtra infrà ad l. ſi purè. 37. De Fid. Lib.

Ad l. quod tractatum. 87. l. 88. & 89.

Hæ ll. explicantur in noſtris ſuprà ad l. 17. De Condit. Inſt.

Ad l. ſi cui 92.

Vide noſtra ad l. 114. De Leg. 1. quæ videtur obſtare; Solut. vide ibi allegatur & in noſtris ſuprà ad l. 31. De Adop.

Ad l. pater. 101. §. conditionum.

Vide noſtra ſuprà in l. 1. De Tutel.

Ad l. cum annus. 102.

Liberis heredibus inſtitutis & univerſali fideicommiſſo gravatis, fideicommiſſum deficit ſi hi rurſus ſuperſtitibus liberis decedant, *ut hic, & l. cum acutiſſimi C. de Fideicom.* Quod in ead. Cod. lege pluribus explicabimus.

Ad L. Falcidiam.

TIT. II.

Ad l. 1. §. ad municipum. 5.

1 Legata * municipibus, imò & in cauſas pias relicta detractionem L. Falcidiæ patiuntur. *ut hic, & l. ſi. quis, ad declinandam. C. de Epiſ. Et*
2 *Cler.* Hoc ità de pijs * cauſis, niſi heres detrectet ſoluere legata in eas relicta, itaque in mora ſit, *Novel. 131. §. ſi autem heres.* Et hoc Caſtrenſi viſum eſt, *ad d. l. ſi quis.* Quod verò Doctorum complures contra ſenſere, *per d. Nou. quos alleg. Gabriel. lib. 4 Com. Concl. tit. Ad Treb. concl. 11.* Id meritò repudiatum eſt *à Roberto, ac Fornerio lib. 2. Select. c. 25.* Non
3 mutat * d. Nou. 131. c. ſi autē, quia ea ut dictum eſt, obtinet, ſi heres de-
4 trectet legatum ſolvere. Nec movet * quod Cujacius contra ſenſit, *in lib. 4. Sent. Pauli tit. 3.* motus eodem Pauli loco. Corruptos enim eos ab Alarico & Aniano eſſe libros conſtat. Vt & malè idem author hunc locum incorruptum ex corrupto libro Pauli ſentiat emendandum.

§. Si in annos.)

Vide noſtra inf. in l. pœnales. §. annua. eod.

Ad l. ſi heres. 3. §. fin.

1 Legato * reipublicæ relicto in annos ſingulos, ad ineundam rationē L. Falcidiæ tantum legatum intelligitur quantum ſufficiat ſorti ad uſuras

Digitized by Google

uſuras trientes ſummæ legatæ colligendas. *ut hic.* Vſuræ trientes * hic ſunt quatuor in centena annua, ſeu tertia pars uſuræ centeſimæ, uſura autem centeſima eſt qua ſingulis menſibus centeſima pars ſortis præſtatur. Ita rectè Alciatus, *3. Diſput. c. 1.* Antonius * Auguſtinus, *2. Emēd. c. 40. n. 21.* & plerique recentiores ſenſere, *Budæus. Duar. Cujac. alii* Contra quàm Accurſius & qui eum ſequuntur, opinati ſunt errore manifeſto *gl. & DD. hic,* ineptè, uſuras trientes hic accepere quæ triennio ſortem æquant. 2 3

Ad l. in ratione. 11. §. Quod vulgo.

AN beneficium inventarij ab herede confecti proſit fideicommiſſario cui reſtituta hereditas eſt, quod hic Bartolus tractat, *n. 9.* infrà explicamus.

Ad l. quod bonis. 15. §. 1.

Vide noſtra ſuprà ad l. 55. De Leg. 1.

§. Quodavus. verſ. Planè) De Fructibus Trebellanicæ imputãdis, vide noſtra ad l. jubemus. C. ad Trebel. item nonnulla eadem de re ad l. centurio. ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt.

Ad l. ſi à ſervo. 20.

A Servo vel filio herede inſtituto ſi domino legetur, legatum in ratione L. Falcidiæ non computatur; cum non debeatur *ut hic.* Imputatur igitur id domino ipſi in Falcidiam, ut in legatum non cedat. *l. à filio, 21. ſup. De Leg. 1.*

Ad l. ſi pupillus. 21.

Vide noſtra ſuprà in l. obligari. 9. De Auth. Et Conſ. Tut.

Ad l. Neſennius. 22. §. ſed & ſi dominus.

SI teſtator * Titium heredem inſtituerit & ab eo fideicommiſſum reliquerit, & ſervum ei ſubſtituerit, Titius verò omiſſã hereditatis aditione ſervum adire juſſerit, & ratio legis Falcidiæ intervenerit, prius erogãda ſunt quæ à domino relicta ſunt, dein quæ à ſervo *ut hic.* quod & commodum hereditatis ſentiat pater vel dominus, *l. cum filia 11. ſup. De Leg. 1.* & à teſtatore primò gradu relicta primo ſolvi voluiſſe cenſendus ſit. Nec mutat * l. Iulianus. 26. ſup. Si Quis Om. Cauſ. Teſt. quia ibi pater alioquin futurus heres ab inteſtato, incidit in edictum ejus tituli, unde prius præſtantur à filio relicta, utpote jure teſtamenti competentia, deinde relicta ab ipſo, utpote debita ex edicto. Diverſum hic eſt, eò quòd domino inſtituto ſervo ſubſtituto, magis electio data domino cenſeatur, quàm ut in caſu intelligatur ſubſtitutus, licet ad legata utrobique teneatur *ut hic.* ſervi enim ipſi pro mortuis ſunt *l. ſervitutem. 109. De Reg. Iur.* filii non item. 1 2

Ad l. Sejus. 27.

Vide noſtra ſuprà in l. 55. De Leg. 1.

Ad l. in ratione. 3.

1 DAmna contingentia * rebus hereditarijs poſt mortem teſtatoris, ſi legatarij culpa vacent, heredis detrimento cedunt, uti commoda
2 ejus cedunt lucro. *ut hic*. Nec obſtat * l. in lege. 9. ſup. eod. nam quod ibi fructus augent hereditatem, de fructibus ſolo cohærentibus accipe, qui prædiorum pars ſunt. *l. fructus pendentes. De Rei Vind.*

Ad l. pœnales. 32. §. Annua.

1 ANnua, bima *, trima die aureis cẽtenis legatis, ex omnibus ſummis non tantum ex poſterioribus portionem Falcidiæ detrahi pla-
2 cuit. *ut hic*. Id igitur * ut primum agnitum legatum eſt fiet, unâ initâ æſtimatione, quanti poſſet vendi. *l. cum Titio. 55. l. computationi. 68. inf. eod.*
3 *l. 3. §. ſi in plures. inf. tit. 1.* Nec mutat * l. lex Falcidia. 47. infra. eod. & l. 1. §. ſi in annos. ſup. eod. eæ enim pertinent ad legatarium ipſum (is enim de eo quod amplius eſt cautionem præſtat) heres verò cum legatarijs in univerſum computationem init, ut ſe conſtet an Legi Falcidiæ futurus ſit locus, ut rectè Accurſius notavit. *in d. l. 47.*

Ad l. cùm emptor. 48.

1 SI emptor venditoris * heres fuerit, vel contrà, num re evicta ſimplũ an duplum in æs alienũm deducere vel computare debeat quæritur: & benignius in dubijs ſimplum intuemur, ut quod minimum eliga-
2 mus. *ut hic*. Num verò idem ſit inventario facto, * quæritur, & quia ea ſpecies nuſquam excipitur, quare aliter ſtatuamus nulla ratio facit. Quod verò Cynus ex adverſo diſputat, *in l. ult. §. in computatione. C. de Iu. Delib.* eò quòd heres inventarium conficiens non amittat actiones quas habuit in defunctum, parum ad rem facit, *per hunc tex.* eò quòd in propoſito non aufertur actio competens ob evictionem, ſed in ſimplum modò ei ſubtrahitur, idque eò quòd ipſe ſit heres. Rectè verò
3 improbata * & Angeli ſententia eſt, qui hanc L. ità accepit, ſi evictio accidat ante aditam hereditatem, alias diverſum ſenſit; cum ea diſtinctio apertè repugnet textui huic. Et hæc ità ſunt quoties de ineunda ratione l. Falcidiæ tractatur. Quoties tamen quis inventarij beneficio adverſus periculum à creditoribus imminens utitur, diverſum ſtatuemus; cum hoc caſu omne id juris habeat, quod habent creditores ceteri *d. l. ult. §. in computatione, 9. C. de Iure Del.*

Ad l. cum dotem. 57.

Obſtat l, 1. §. idem quærit. ſup. De Dote Prælег. Solut. Vi. ib.

Ad l. uſufructu. 69.

VIde noſtra ſupra in l. fin. De Vſufr. Leg. ubi plenè tractamus, num heres an legatarius omnium bonorum æs alienum ex ſoluat.

Ad l. quod autem. 74. & l. 75.

SI heres ex teſtamento quartam habeat, ſolida legata præſtanda ſunt, modo

modò eam jure heredis habeat, nam quod jure legati habet, in quartam non imputatur. *ut hic.* niſi ideo legatum ſit ut integra legata vel fideicommiſſa præſtentur, *ut hic. in l. 7 ſ. l. filium quem, 24. C. Fam. Erciſ.* Adde quæ nos infrà ad l. Titia. 86. eod.

Ad l. quod ſi alterutro. 78.

Vide noſtra ſuprà ad l. pactis. 29. De Leg. 2.

Ad l. ſi uſusfructus. 81.

Vide noſtra ad l. 1. ſ. idem quærit. ſup. De Dote Præl.

Ad l. Titia. 86.

HAnc l. quia difficilior eſt, paraphraſi explicabimus ut omnis difficultas ejus tollatur. Titia materfamilias [a] teſtamento fratrem ſuũ ex parte tertia hereditatis totius heredem inſtituit, & ejuſdem fidei cõmiſit ut retenta parte quarta partis ejus ex qua inſtitutus heres ipſe eſt, hereditatem, quatenus ſc. inſtitutus in ea eſt, id eſt trientem totius, Secundæ & Proculæ reſtituat. Eadem teſtatrix eidem fratri Titio nonnulla prædia prælegavit. Quæritur, An Titius prædia eadem ſibi prælegata, etiam pro ea parte hereditariæ portionis ſibi relictæ, quam reſtituere rogatus eſt, an (id eſt hoc loco [b] *ſeu*, arg. l. pen. C. de V. Sign, niſi cum Antonio Fabro legere malis *ac*) integra retinere debeat, quod magis eſt. Ita ut in Falcidiam imputari oporteat partem duodecimam prædiorum quæ ei prælegata ſunt Quippe quam ſibi ipſi quoque ſubtrahit tanquam heres. Partẽ enim duodecimam hic intelligimus quartam partem totius trientis (ex quo triente eſt inſtitutus) quæ duodecimam totius aſſis conſtituit. Quæ, enim [c] jure hereditario retinentur tantum imputantur; non etiam quæ retinentur jure legati, *ut in l. 74. ſup. eod.* Si igitur non eſſet adjectum ut pars quarta deduceretur, totum trientem prædiorum legi Falcidiæ imputari oporteret; quia contra ſententiam teſtatricis eadem deduceretur, *ut hic.* Eſt igitur ſententia [d] hujus legis minus ſingularis, Sed tota rationi convenit juris ipſius, contra quam Bartolus ratus eſt. Et quidem in nonnullis, quàm nos modo, nonnulli aliter *Ant. Fab. lib. 6. Conjec. c. 4. Ferret. in hanc l.* Nos tamen re penitius inquiſitâ, deprehendimus hanc ſententiam veram, & rationi juris omnino conſentaneam.

1 (line "cultas ejus tollatur...")
2 (line "ſtituere rogatus eſt...")
3 (line "mam totius aſſis...")
4 (line "igitur ſententia...")

Ad l. in quartam. 91.

IN quartam * L. Falcidiæ imputantur quæ jure hereditario habẽtur, 1
non quæ jure ſingulari; in quartam verò SC. Trebelliani legata, & fideicommiſſa & quæcunque à teſtatore relicta imputantur. Diverſitatis ratio eſt, * quod L. Falcidia quartam hereditatis directè apud heredẽ 2
manere ſtatuit; ut quod hereditarium non eſt, imputari in eam non poſſit. SC. verò Trebellianum (quantum colligere licet ex Inſt. de Fideicom. Her.) quartam ſimplicius ex ipſis fideicommiſſis tribuat, &

quidem ſine mentione hereditatis. Idque rectè pleriſque viſum eſt, *vide poſt Ripam Alciat. h. c. Duar. lib. 2. Diſp. c. 10.*

Pro ea vero parte, quam quis accipit à coherede, extra quartam id eſt quod à coherede accipitur.)

3 Vt hic verſiculus accipiendus ſit, * variatum eſt, Accurſius, quique eum ſequuntur hoc modo eum accepere, ac ſi exceptionem ſtatuat à præmiſſis, *gl. Bart. Caſtr. Alex. hic.* Quod tamen quemadmodum ijs ſi-
4 gnificetur non video, rectius * igitur Duarenus, deſignari his verbis heredi in Falcidiam non imputari quod accepit jure legati pro parte quam accepit à coherede, pro parte verò hereditaria ipſius, imputari, & hoc modo extra quartam eſſe, id quod legati nomine à coherede accipi-
5 tur *vt & in l. fideicommiſſaria, 18. §. fin. inf. Ad. SC. Treb.* Planè * quod hic *in. verſ. ſed & quod implendæ*, dicitur, fideicommiſſa quæ implendæ conditionis cauſa dantur, quartæ imputari: admittendum non eſt. Abeſt enim hic locus aſteriſcis in pleriſque exemplaribus notatus, a Baſilicis & exemplari Florentino. Denique & diverſum conſtat ex l. in ratione. § tametſi. ſup. eod. Proinde idem hactenus juris hic eſſe quod in legatis ſtatuitur eadem hac lege, rectè dicimus. Adde his quæ nos infrà ad L. 1, princ. Ad Trebell.

LIB. XXXVI.

Ad SC. Trebellianum.

Ad l. 1, princ.

1 QVæritur hic, Num L. Falcidia locum * habeat in fideicommiſſis rerum ſingularum, an verò SC. præſens; dubium movet hic textus. Et quidem id Iaſoni ac Ruino viſum eſt, *in rubr. h. t.* Cumanus, Bartolus, Socinus contra, *in eod. rubr. hujus tit.* Atque horum ſententia magis obtinet. *§. ſed quia. verſ. Ex ſingulis. Inſt. de Fideicom. Her.* Nam quod ce-
2 teri ea verba, * *eadem retentio permiſſa eſt*, ad L. Falcidiam referunt, omnino ineptum eſt, cum ibi agatur de SC. Trebelliano. Non mutat etiã hic textus quo innui videtur, SC. Trebellianum tantum ad hereditates pertinere: quia Vlpianus hic rationem habuit potiſſimi effectus Senatuſconſulti. Quippe qui ad hereditates pertinet, cum aliàs par ratio deducẽdæ quartæ ſit ex L. Falcidia, & deductionis ex SC. Trebelliano, adeoque non rarò quod fideicommiſſis ſingularibus per SC. ſubtrahitur, Falcidiæ nomine venit. Vnde re ipſa hæc quæſtio nullius momẽti eſt, maximè legatis & fideicommiſſis exæquatis. *vi. l. 1. & noſtra in eã ſuprà De Leg. 1.*

§. Si

Digitized by Google

§. Si heres.) Æris alieni perſonalis actio fundum non ſequitur. *ut hic.* nec nomina ſunt locorum ſed univerſitatum facultatum, *l. fideicommiſſum. §. tractatum. De Iudic. cum ſim.* Adde noſtra in l. 72. De Iure Dot. ſuprà.

§. fin.) Qui quadringenta * in bonis habuit, trecenta legavit, & deductis centum, heredem rogavit, ut hereditatem Sempronio reſtituat: deductis centum & reſtituta hereditate, actiones legatorum in fideicommiſſarium dantur. *ut hic.* & quidem legatorum totorum *l. ult. C. Ad SC. Treb.* Obſtat l. 2. C. eod. * Sed diſtinguendum eſt utrum heres quod deducere juſſus eſt, jure hereditario deducat, quo caſu onera inter heredem & fideicommiſſarium dividuntur pro competenti cujuſque portione, *ut in d. l. 2.* an vero certæ res ei relictæ ſint, quo caſu onera tranſeunt ad fideicommiſſarium indiſtinctè; *l. ſi legatus. 30. §. multum. inf. h. t. §. ſi quis unà. Inſt. eod.* 1 2

Ad l. qui quadringenta. 2.

QVi quadringenta in bonis habuit, Titio legavit trecenta, & heredis fidei commiſit ut tibi hereditatem reſtitueret. Centum ſemel ex omnibus bonis, pariter, & ex L. Falcidia & SC. Trebelliano ferret. Niſi tamē occaſio exigat ut quartā heres non ferat, ut ſi quis invitus adire & reſtituere cogatur hereditatem ſuſpectam. Quo caſu tota hereditas reſtituenda eſt, ut quidem tu trecenta legata ſoluas ſubtrahas tamen ijs quod ſubtraxiſſet heres, ſi ipſe adijſſet, itaque centum retinebis; ut quidem partem quartā legatis trecentis ſubducas, id eſt ſeptuaginta quinque, & Trebellanicæ imputes 25. bonis reliquis, id eſt ijs centum, quæ tibi ex fideicommiſſo reſtituenda fuerant. Vnde fit ut in ejuſmodi ſpecie centum & ſeptuaginta quinque conſequaris. Si vero heres ipſe adeat, tu modo ſeptuaginta quinque, Legatarij ducenta viginti quinque, heres vero centum habiturus eſt. *ut hic.*

Ad l. Marcellus. 3. princ. & §. item Pomponius.

1. Argum. hujus legis; 2. an obtineat quo caſu fideicommiſſum ſub conditione eſt.

3. Num teſtator Trebellanicæ detractionem prohibere poſſit. 5. & an liberis primi gradus.

4. Exæquatio legatorum & fideicommiſſorū ad quæ fideicommiſſa maximè pertineat.

6. Non prohibita alienatione bonorum, Trebella-

bellanica detractio prohibita cenſeatur.

1 IN eadem * ſpecie hereditatis cui in bonis quadringenta ſunt, argumentum capitis hujus tale eſt. Ac ſi (id eſt hoc loco ut ſi ſeu *perinde ac ſi*, id que elipſi juris authoribus familiari). quadringenta per fideicommiſſum relicta fuerint, trecenta verò legata, & ad heredis onus eſſe legata teſtator dixerit, heres verò ſponte adjerit hereditatem: centum relinquenda heredi eſſe, trecenta vero reliqua dividenda eſſe juxta proportionem fideicommiſsi & legatorum. Proinde trecẽta dividi in partes ſeptem oportere, ut quatuor ex ijs fideicommiſſarius, tres legatarij ferant. Quod ſi non ſponte hereditas adita ſit, centum quidem ea quæ in Falcidiam ac Trebellanicam cederent, fideicommiſſarius habebit: ſed in ceteris eadem diſtributio fiet quæ in l. prox. ſuprà. Et hæc eſt perperſpicua cum hujus, tum l. præcedentis ſententia, ab alijs ſatis involuta. Planè quod nonnullis * diverſum placuit, quo caſu fideicom-
2 miſſum ſub conditione eſt, ut ſc. tum quarta ſolò fideicommiſſo ſubtrahatur, *Bart. hic in §. item Pomponius. Cravetta conſ. 16.* id ceteri meritò improbant, *per hunc tex. Salic. Socin. Sen. Caſtr. Iaſ. in d. §. item Pomponius. hic.* Cùm illud nuſquam relatum ſit, & idcirco ridiculis argumentis (qualia ipſi in hanc rem adhibent) adverſus legem expreſſam venire, abſonum omnino ſit rationi. Num vero * Trebellanicæ detractionem
3 prohibere teſtator poſsit, quæritur, & id quidem Bartolo & Iaſoni viſum eſt. *hic ad d. §. Pomponius. Gail. 2. Obſ. 138. n. 15. eamque communem Ripa dicit à qua non putat recedendum.* Moventur quia Falcidiæ & Trebelliani detractiones comparantur, *ut hic in §. quod autem.* & quidem adeo ut veniat etiam Trebellanica Falcidiæ appellatione, *l. jubemus. C. h. t. l. pater filiam. l. Titio. ſup. Ad l. Falc.* Diverſum tamen aliis viſum eſt, *Alex. hic. & Alc. 5. Parad. c. 19.* Idque eo quod nemo facere poſsit, ne leges in ſuo teſtamẽto habeant locum, *l. nemò ſup. De Leg. 1. ubi & Bartolus, contrà quam hoc loco, in eandem ſentent. inclinat.* Item quod id tantum cautum in legatis ſit, nullâ fideicommiſſorum factâ mentione *Nou. de Her. Et Falc. 1.* Accedit quod heres cogi à fideicommiſſario poteſt adire hereditatem, & eam reſtituere, *l quia poterat. prox. inſ. eod.* legatarij verò eum cogere ne quidem jure novellarum poſſunt, *ut in d. Nou. 1. c. 2.* Ego bene ſubductâ ratione ita ſtatuo in fideicommiſsis particularibus eandem rationem legatorum & fideicommiſſorum eſſe, cum & in ijs procedant argumenta ſententiæ prioris, & juris authores ea jure promiſcuo cenſeant, *arg. l. 1. princ. ſup. eod. & arg. rubicarum & ferè legum omnium ſup. tit. De Leg. 1. 2. 3.* Et quidẽ eo caſu accipienda ſententia prior eſt. Nec mutat hoc caſu l. nemo ſup. De Leg. 1. quia Novella conſtitutio permittendo ut Falcidiæ detractionem teſtator prohibere poſsit, hoc ipſo permittit detractionem fideicommiſsi particularis, *per d. l. pater filiam. & d. l. Titia.* Quod quidem de fideicommiſsis univerſalibus dici

dici nequit, cum ejus participatio, ut hereditatis ipſius, ſit univerſalis, *L. 1. princ. ſup. eod. tit. De Fideicom. Her. Pet. ſuprà.* Planè, quod * fideicō-missa exæquata legatis ſunt, & vice verſâ, *l. 2. C. de Fid.* id vel maximè in fideicommiſsis particularibus obtinet. *arg. ejus quod L. 1. De Leg. Et Fid. relata ad iſtum tit. eſt.* Num verò Trebellanicæ detractio prohiberi liberis primi gradus poſsit, perinde quæſitum eſt: quod quidem aliquibus viſum eſt, *quos recenſet Menoch. lib. 3. conſ. 272.* quaſi non minus id permiſſum ſit quàm in legatis. Alii contra, *Bal. Cornew, Salic. ad d. l. jubemus.* moventur d. l. nemo De Reg. I. Sed & hæc quæſtio ſecundum ea quæ de præcedenti diſſervimus, accipienda eſt, utpote dependens omnino ab eadem. Inſtitutis proinde liberis prohiberi detractio fideicommiſſi univerſalis non poteſt, particularis poteſt. Denique & diſputatum eſt, An * Trebellanicæ detractio prohibita intelligatur, ubi prohibuerit teſtator bonorum alienationem. Id tamen dicendum non eſt, cum omnis prohibitio detractionis adverſus leges ſit. *per ea quæ ſuprà.* Nec mutat Novella, Vt Sponſal. Larg. §. ult. quoniam ibi agitur de legato ſeu fideicommiſſo particulari, id enim, ſi ex una re non percipiatur, ex aliis percipi poteſt; & præterea in juris permiſſionem cadit cōtentam d. Novellâ 1. c. 2. Idque rectè hoc caſu Socinus Iunior probat *lib. 2. conſil. 170.* & Alciatus ſequitur. *lib. 9. Reſponſ. 113. poſt Rol. à Valle lib. 4 conſ. 9. vi. Mantic. d. loc. poſt n. 2.* meritò proinde improbata opinio diſſentientium eſt, *quos refert Gabrielius. com. concl. tit ad Treb. concl. 9. Mantica lib. 7. de Conjec. Ult. Vol. tit. 12.* 4 5

§. Quidam liberis. 5.

PAter liberis inſtitutis ex partibus diſparibus, præceptionibus nonnullis datis, rogato eo, qui ſinè liberis decederet, portionem ſuam fratribus reſtituere: præceptiones quoque, fideicommiſſo continētur. Id eò quod non portionis hereditariæ, ſed ſimpliciter portionis facta mētio ſit, *ut hic.* Sed & idem * eſt ſi rogatus quis ſit reſtituere quicquid ad eum pervenerit, *l. cum virū. C. de Fideicom.* Diverſum eſt ſi legetur portio hereditatis, *l. in fideicommiſſaria. 18. §. fin. eod.* Neq; enim appellatione hereditatis legata aut fideicommiſſa continentur, *l. ſi Titius ex parte. ſup. De Leg. 3.* Planè ad diſtinctionē quod attinet, qua nonnulli hac in * re diſtinguunt, ut quidem ſi prius fideicommiſerit, tum prælegaverit, prælegata fideicommiſſo non contineantur *per l. Titia. 86. ſup. Ad Leg. Falc.* ſin verò prius prælegaverit, poſtea fideicommiſerit diverſum ſit, & diſtinctio nobis ſuprà poſita hereditariā portionem, & portionē ſimpliciter prolatā obtineat *gl. et alij hic.* ea jā pridē repudiata eſt. Et verò diſtinctioni noſtræ convenit d. l. Titia. omnino. Cùm ibi & pars hereditatis relicta ſit, & idcirco fideicōmiſſo prælegata non cōtineātur, ſed maneāt apud heredem. Amplius & definitū eſt, ordinē ſcripturæ nō impedire cauſā juris ac volūtatis *l. cū pater. 77. §. fidei tuæ. ſup. De Leg. 2. Dec. cōſ. 83. Deciā lib. 1. cōſ. 41. n. 147. Mātica de cōjec. Vlt. Vol. lib. 7. tit. 7. n. 1.* Quibus & de- 1 2

4 & definita * quæſtio eſt quâ diſputatur, Vtrû, ſi teſtator heredibus ſuis
nonnulla prælegârit, dein eos in omnibus reliquis bonis heredes inſti-
tuerit, ſique abſque liberis deceſſerint alium eis ſubſtituerit: evenlente
conditione ſubſtituto & unà reſtituenda ſint prælegata. Neque enim
hoc caſu portiones relictæ ſunt ſimpliciter, ſed diſertè in bonis reliquis
heredibus inſtitutis ſubſtitutio facta eſt; ut omnino portio hereditatis
relicta ſit, qua, puta, legata & fideicommiſſa non continentur, *per hunc
tex. & d. l. Titia. Soc. Iun. lib. 3. conſil. 107. n. 45. Pariſ. lib. 2. conſ. 79. n. 21. Al-
ciat. conſ. 483. n. 16.* Nec refert quod alii ex adverſo diſputant, idque ex
diſtinctione ſuprà poſita de ordine prælegati antè vel poſt relicti, quia
ea aliena omnino à ratione juris eſt, ut ſuprà docuimus. Vti nec juvat
ſententiam eorum hic textus, quia is diſertè probat diſtinctionem no-
bis probatam.

Ad l. ille à quo. 13. §. tempeſtivum.

Vide noſtra ad l. 3. ſup. De Adopt.

Ad l. ex facto. 17. §. ex facto. 5.

Vide noſtra ſuprà ad l. Lucius. 85. De Her. Inſt.

1 §. Si quis autem) Qui * liberos ſuſcepit rurſus defunctos patre vi-
vo, ſinè liberis deceſſiſſe cẽſetur. Vnde fideicõmiſſo conditione adjun-
cta ſi ſinè liberis deceſſerit, extitiſſe cõditio cẽſetur ſi ſupervixerit pater,
defeciſſe, ſi ſupervixerit filius. Quod ſi deficiant probationes & uter
ſupervixerit non conſtet, in dubio præſumitur filius ſupervixiſſe. *ut hic.
& l. 9. ſup. De Reb. Dub. Adde noſtra in l. 22. eod. iſto tit.* Planè ſi quæratur
2 utri probatio incumbat, * eine qui hereditatem ex fideicommiſſo pe-
tit, heredem abſque liberis deceſſiſſe, an verò qui aſſerit heredem ſu-
perſtitibus liberis deceſſiſſe, variatum hoc loco eſt. Poſterius Bartolo,
& Angelo viſum eſt *Minoch. de Præſump. lib. 4. c. 182. n. 5. Alc. reg. 1. præſ.
49.* motis hoc textu, *& l. 1. C. de Prob. & l. adſeveratio. C. de Non Num.
Pec.* Prius tamen Cumano Immolæ, Alexandro & Ripæ placuit, *DD.
iidem hic.* Magis tamen eſt univerſam hanc rem, ut alias in dubio, ad
principia redigendam, Probationum verò principia actori & affirmã-
ti incumbere probationem ſtatuũt. *l. qui accuſare. C. de Eden. l. actor. C.
de Prob.* Vndè & in propoſito intẽdẽti vel hoc vel iſtud, probatio in-
3 cumbit. In defectum tamen probationum * partis utriuſque, ex præ-
ſumptione juris ſupervixiſſe liberos contendens obtinebit. *ut hic. junc. l.
qui duos. 9. §. 1. l. cum pube. 22. De Reb. Dub.* niſi tamen filius impubes
cum matre naufragio perierit, hoc enim caſu quia impubes difficilius
periculo reluctatur, diverſum dicimus, *l. ſi mulier. 23. ſup. De Reb. Dub.*
4 Num autem pupillariter ſubſtitutus * probare cogatur inſtitutum pu-
pillum deceſſiſſe in ætate pupillari, an verò ſufficiat probari, eum de-
ceſſiſſe, diſputatum eſt. Prius tamen magis obtinet, eò quod quivis
mediũ intentionis ſuæ probare cogatur, *l. 2. de Prob. d. l. actor, cum ſimi-*

ni

Vt rectè Bartolus docuit, *lib. 1. conſ. 56.* & ceteri probant, *Covar. lib. 2. Var. reſol, c. 7 num. 6. Mantica de Conjec. ult. Vol. lib. 5. tit. 9. num. 6. Maſcar. de Prob. vol. 3. concl. 666. Menoch. lib. 4. præſump. 182. num. 4.* Licet verò Decius contra diſputet, *in c. præſentia. num. 50. de Prob. & Socin. lib. 1, conſ. 89. col. 4.* argumenta tamen ſententiæ ſuæ nulla habet. nam quod ad hunc locum attinet, ex quo argumẽtatur, aliud in ſubſtitutione pupillari ſtatuendum, quia ea fideicommiſſo favorabilior eſt: omnino abſonũ eſt, cùm nulla ſimilitudo huic ſpeciei ſit cum ſpecie l. noſtræ; nec ratio adeo ulla faciat cur in propoſito favorem majorem fideicommiſſo mereatur ſubſtitutio pupillaris.

Ad l. in fideicommiſſo. 18.

PRincipium hujus l. item §. 1. & 2. quorum argumentum eſt de fructibus fideicommiſſi, vide explicatum in noſtris, ſuprà, ad l. Centurio. De Vulg. Et Pup. Subſt.

§. ſi legatum. final.) Vide explicatum ſuprà in iis quæ nos ad l. 4, §. quidam liberis. eod.

Ad l. mulier. 22. §. fin.

1. Pars hereditatis legari poteſt; 2. & an eo caſu Trebelliano an verò Falcidiæ ſit locus.

3. Donatio hereditatis an valeat 4. item an donatio mortis cauſa.

COnſtat ex hoc * § hereditatis partem legari poſſe; itemque ut Trebelliano locus ſit, rogatum aliquem eſſe ut heredem oportere, nec ſufficere quem de hereditate eſſe rogatum. *ut hic* Quod verò DD. quærunt *, utrum Quartæ deductioni ſit locus ex SC. Trebelliano, parte hereditatis legatâ, an verò ex L. Falcidia (quod poſterius Cumano & Socino Seniori viſum eſt, *ad rubr. hujus tit.* prius verò Caſtrenſi & Ruino placuit, *ibidem. item Ripa ad l. in quartam. ſup. Ad L. Falc.*) videamus ut verum ſit magiſque eſt Falcidiam obtinere. eſt enim legatum, *ut hic*, Nec ad rem facit quod ſurrogatum eandem interdum qualitatem induat quam habuit id cui ſurrogatum eſt: cum interim propriè legatũ ſit. Vnde & illud malè ex adverſo movetur, quod L. Falcidia ad legata particularia pertinet: id enim quidem plerumque & ſæpius accidit, eò quod legata pleraque particularia ſunt, ſi tamen aliquod legatum univerſale ſit, diverſum dicimus, quia id quoque legatum eſt, *ut hic*. Forma enim dat eſſe rei, ut logici perhibent. Illud quæritur *, utrum ut legatum, ita donatio partis hereditatis valeat, quod dicendum non eſt; cũ

3
2
1

conventionibus inter vivos, regulariter de hereditate diſponi non poſſit, nec pacta ejuſmodi obligent, *l. pactum quod dotali. C. de Pact. l. hereditas. C. de Pact. conv. l. ex eo. C. de inut. ſtip.* Idque rectè Bartolus probat *in l. ult. C. de De Pact. & ceteri plerique teſte Cognolo ib. num. 276. Clar. §. donatio. q. 19. verſ. ſed quaro.* Nec ad rem facit quod nomen hereditatis accipiatur interdum pro bonis ſuperſtitis, *ut in l. quaſitum. §. ſi quis mihi ſervus. De Leg. 1.* neque enim ex homonymia ea probari quid ſolidi poterit. Nam ſi in ſyllogiſmum argumentum redigas, is quatuor terminis conſtabit. Malè proinde Alciatus, poſt Decium diverſum perhi-
3 bet, *Alciat. in d. l. ult. num. 81. De Pact.* Num verò * & donatione mortis causâ relinqui hereditas poſſit, videamus. Dubium movet, quod ea in genus conventionum cadit. Magis tamen eſt, donationem hanc admittendam eſſe, *arg. l. ult. C. de Don. Mort. Cauſa. junc. arg. hujus tex.* Nam & donatio mortis cauſa, inſtar ultimarum voluntatum mutari poteſt, *§. 1. Inſt. de Donat.* Hæc ità, ut valeat donatio hæc jure quaſi fideicommiſſi, cum hereditas directò relinqui nequeat, niſi teſtamento. Idque rectè Decius probat, *in l. licet. C. de Pact.* licet Bartolus & Alexãder contra diſputent, *in d. l. licet.* Neque verò ad rem facit quod donatio mortis cauſa ſpecies contractus videatur: id enim in propoſito non cõſideratur, cum ceſſet hic ratio quæ in conventionibus ceteris, nimirum obligationis conſtituendæ inter vivos.

Ad l. nonnunquam. 24.

Vide noſtra ſuprà ad l. pater. 29 De Leg. 2.

Ad l. ità tamen. 27. §. 1.

DE fructibus Trebelliani vide noſtra ſuprà in l. centurio. De Vulg. Et Pup. Subſt.

Ad l. 41. §. 1.

Vide noſtra infrà ad l. 55. eod.

Ad l. Titius. 54.

1 INſtitutus, cui injũctum * fideicommiſſò eſt reſtituere, quod defuncto ipſo ſuperetit ex hereditate, bona hereditatis deminuere quidem poteſt, ſed pro boni vir arbitratu, ne ſc. quid committat intervertendi fi-
2 deicommiſſi cauſa, *ut hic.* Id tamen mutatum * eſt, *Novel. 108. De Reſt.* quâ permiſſum eſt heredi fideicommiſſariam hereditatem hoc caſu minuere, deque ijs non aliter ac proprijs agere: modo quadrantem ſucceſſori conſervet. Cujus quidem Novellæ ſententia cum perſpicua ſit, nihilominus ab aliquibus in dubium vocata eſt. Quorum tamen opinio, utpote à mente coſtitutionis omnino aliena, repudiata prorſus eſt. *vi. Menoch. conſ. 344. n. 60. lib. 4. Adde Cujacium in Nov. 39.*

Ad l. ſi patroni. 55.

FIlius qui ex fideicommiſſo patris reſtituit hereditatem, retinet nihilomius

Digitized by Google

hilominus jus patronatus, ſeu actionem operarum adverſus libertos. Nec in factum exceptione reſtitutæ hereditatis ſubmoveri poteſt; cum actio ea fideicommiſſo non contineatur. Proinde id generale eſt omnibus ijs, quæ non pertinent ad reſtitutionem. *ut hic.* ut in jure ſepulchrorum, *l. mulier. 41. §. 1. ſup. eod.* & ſimilibus, *vi gl. in d. l. 41. §. 1.* Illud quæritur, An Ius Patronatus *, quod hodie dicimus, id eſt jus beneficij conferendi, etiam in fideicommiſſarium tranſeat: quod perinde dicendum non eſt. Quia ſc. id quoque religioſum aliquid ſit, *c. 3, de judic.* ut idem hoc caſu ſit ſtatuendum, *arg. l. non poſſunt. ſup. de LL. Ripa in l. centurio. n. 56. ſup. De Vulg. Subſt. Aret. in c. ſignificavit n. 6. De Teſt.* Non mutat quod Romanus in contrarium diſputat, eò quòd hoc jus etiam trãſit unà cum univerſitate, itemque unà tranſit ad extraneum heredem: idem enim etiam ad cetera pertinet quæ fideicommiſſario non accedũt. 3

§. Qui fideicommiſſariam.

QVartam non deducit fideicommiſſarius, qui ipſe quoque rogatus hereditatem alteri reſtituit, *ut hic.* Niſi tamen heres, totam hereditatem reſtituere rogatus, quartam fideicommiſſario primo donandi animo unà reſtituerit, *l. 1. §. inde Neratius. ſup eod.* Num vero in dubio heres totam hereditatem reſtituens donare præſumatur, quæſitum eſt: diverſum tamen magis obtinet, *arg. l. l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. ſup. De Don. Int. Vir. Et Ux.* Nec mutat quod ſcienter indebitum ſoluens donare præſumatur: eò quod hic præſumptio alia ſuadet diverſum. *ut in d. §. ſi quis rogatus.*

Ad l. heredes mei. 57. §. cum dulciſſimi.

AD hunc §. vide noſtra ſupra in l. omnia. 32. aliàs l. 33. §. in fideicommiſſo. De Leg. 2. & adde l. 10. ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt. & l. 9. De Suis Et Leg.

Ad l. ſi ejus. 64.

Ad hanc l. vide quæ nos in l. obligari. 9. De Auth. Et Conſ. Tut.

Ad l. ſi heres. 73.

SI heres pecuniam hereditariam crediderit, & pignora in obligationẽ acceperit, actiones reſtitutà ex SC. hereditate non tranſeunt. Competit tamen actio fideicommiſſario in heredem ad cedendum jus actionum ei quæſitum, *ut hic.* Non mutat l. heres à debitore. inf. De Fidejuſ. quia ea ex hac l. explicanda eſt: tranſire nimirum actiones medio ceſſionis. Quo ſenſu & accipienda eſt l. ſi poſt 22. ſup. De Conſt. Pec. *ubi vide noſtra.* item l. imperatores. §. fi. De Tranſact. Num verò heres Inventarij beneficio utens, hoc ipſo & fideicommiſſario prodeſſe cenſeatur abſque ceſſione, quæritur: Bartolus non putat, *per hunc tex. Bart. in l. in rationes. §. quod vulgo. n. 9. ſup. Ad L. Falc.* Rolandus à Valle contra, *de conſ. Inven. p. 4. § quod ſi heres.* cujus ſententia benignior eſt, & magis

 gis

Digitized by Google

gis obtinet,eo quod actiones non ultra exerceri in fideicommiſſarium quàm heredem poſſint. *l. ſicut.8.§.1.ſup. Quib. Mo.Pig.vel Hyp. Solu. arg. l. 1.§ 2.& 3. Ad SC.Treb.* Non mutat hic textus cum. ſimil. quia is ad actiones ab herede quæſitas pertinet.

Ad l. Scævola.76.

HÆc l. explicatur in noſtris ad l.7.ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt: Relata item eſt in noſtris ad l. 1. & 2. De Inius. Rup. Et Ir. Teſt.

Quando Dies Legatorum Vel Fideicommiſſ. Cedat.

TIT. II.

Ad l. ſi Titio.princ.

SI cui legatum ſit cùm annorũ quatuordecim fuerit, isq; ante annum decimum quartum deceſſerit, legatum ad heredem non tranſit; idq; ideo quia legatum hoc conditionale eſt, *ut hic.* Non mutat l. penult. *C. eod.* quia ibi non de legato conditionali ſed puro agitur, cui tantum dies ſolutionis ſeu petitionis adpoſita eſt. Obſervadum vero eſt id legatum non niſi expleto anno ultimo deberi. Annus enim ceptus hic non habetur pro completo, *l. cui.49.princ. De Leg.1. & l. non putabam.48. De Cond. Et Dem.* Non mutat l. qui filium.74. §. Fabius, ſup. Ad SC. Treb. quia ibi agitur de ſpecie tali qua voluntas relata ſimpliciter ità eſt, ubi quis ad annum aliquem ætatis pervenerit. Qui enim ingreditur annum, ad eum pervênit, qui vero tot annorum eſſe dicitur, intelligitur eum compleviſſe.

Vt Legatorum Seu Fideicommiſſorum Servandorum Cauſa Caveatur.

TIT. III.

Ad l. poſtquam heres.

HVic l. opponitur l. 1. §. idem Pomponius.14. verſ. quid enim ſi ſurere ceperit, Depoſ. Soluimus ibidem.

PAULI

Digitized by Google

PAULI BUSII IC.

COMMENTARII

IN PANDECTAS DOMINI IUSTINIANI,

CUM DIFFERENTIIS

IURIS CANONICI, & Conſuetudinum ad uſum compoſiti,

Pars VI.

LIBER XXXVII.

De Bonorum poſſeſſionibus.

TIT. I.

Ad l. 1. & 2.

BOnorum poſſeſſio à bona * poſſidendo dicta, interdum 1
etiam poſſeſſio bonorum nuncupatur, *l. cognitio. 1. §. 1. De*
off. ejus cui. Eſt autem notandum hoc * loco bona, non 2
uti alias, dici quæ ſuperſunt deducto ære alieno, ſed u-
niverſitatem relictam inſtar hereditatis à defuncto reli-
ctam vel relictæ prætoriam quaſi ſucceſſionem *l. 3. in*
princ. hic. quippe quæ tam commoda quàm incommoda hereditaria
continet; itemque dominium rerum, *l. 1. hic.* non quidem ipſarum, ſed
poſſeſſionis rerum earum quæ in hereditate exiſtunt *l. 1. hic.* Poſſeſſionis
quoque vox perinde hoc * loco longè alia eſt, quàm quæ communiter 3
hoc nomine nuncupatur. Siquidem poſſeſſio ferè deſignat detentionē
rei animo dominij habitæ, quæ potiſſimum facti eſt. *l. 1. & tot. tit. De*
acq. poſſ. hæc verò jus perſequendi vel retinendi patrimonij ab altero
relicti; & maximè juris prætorij eſt. *DD. varij variè cum hic tum in rub.*
d. tit. Igitur bonorum * poſſeſſionem non ineptè deſcribimus jus per- 4
ſequendi aut retinendi patrimonij quod cujuſq; cum moreretur fuit,
l. 3. §. bonorum hic. Differt igitur * ab hæreditate; quia hæreditas eſt di- 5

quidem ſine mentione hereditatis. Idque rectè pleriſque viſum eſt, *vide poſt Ripam Alciat. h.c. Duar. lib. 2. Diſp. c. 10.*

Pro ea vero parte, quam quis accipit à coherede, extra quartam id eſt quod à coherede accipitur.)

3 Vt hic verſiculus accipiendus ſit, * variatum eſt, Accurſius, quique eum ſequuntur hoc modo eum accepere, ac ſi exceptionem ſtatuat à præmiſſis, *gl. Bart. Caſtr. Alex. hic.* Quod tamen quemadmodum ijs ſi-
4 gnificetur non video, rectius * igitur Duarenus, deſignari his verbis heredi in Falcidiam non imputari quod accepit jure legati pro parte quam accepit à coherede, pro parte verò hereditaria ipſius, imputari, & hoc modo extra quartam eſſe, id quod legati nomine à coherede accipi-
5 tur *ut & in l. fideicommiſſaria, 18. §. fin. inf. Ad. SC. Treb.* Planè * quod hic *in. verſ. ſed & quod implendæ*, dicitur, fideicommiſſa quæ implendæ conditionis cauſa dantur, quartæ imputari: admittendum non eſt. Abeſt enim hic locus aſteriſcis in pleriſque exemplaribus notatus, a Baſilicis & exemplari Florentino. Denique & diverſum conſtat ex l., in ratione. § tametſi. ſup. eod. Proinde idem hactenus juris hic eſſe quod in legatis ſtatuitur eadem hac lege, rectè dicimus. Adde his quæ nos infrà ad l. 1, princ. Ad Trebell.

LIB. XXXVI.

Ad SC. Trebellianum.

Ad l. 1, princ.

1 QVæritur hic, Num L. Falcidia locum * habeat in fideicommiſſis rerum ſingularum, an verò SC. præſens; dubium movet hic textus. Et quidem id Iaſoni ac Ruino viſum eſt, *in rubr. h. t.* Cumanus, Bartolus, Socinus contra, *in eod. rubr. hujus tit.* Atque horum ſententia magis obtinet. *§. ſed quia. verſ. Ex ſingulis. Inſt. de Fideicom. Her.* Nam quod ce-
2 teri ea Verba, * *eadem retentio permiſſa eſt*, ad L. Falcidiam referunt, omnino ineptum eſt, cum ibi agatur de SC. Trebelliano. Non mutat etiã hic textus quo innui videtur, SC. Trebellianum tantum ad hereditates pertinere: quia Vlpianus hic rationem habuit potiſſimi effectus Senatuſconſulti. Quippe qui ad hereditates pertinet, cum aliàs par ratio deducẽdæ quartæ ſit ex L. Falcidia, & deductionis ex SC. Trebelliano, adeoque non rarò quod fideicommiſsis ſingularibus per SC. ſubtrahitur, Falcidiæ nomine venit. Vnde re ipſa hæc quæſtio nullius momẽti eſt, maximè legatis & fideicommiſsis exæquatis. *vi. l. 1. & noſtra in eã ſuprà De Leg. 1.*

§. Si

Digitized by Google

§. Si heres.) Æris alieni perſonalis actio fundum non ſequitur. *ut hic.* nec nomina ſunt locorum ſed univerſitatum facultatum, *l. fideicommiſſum. §. tractatum. De Iudic. cum ſim.* Adde noſtra in l. 72. De Iure Dot. ſuprà.

§. fin.) Qui quadringenta * in bonis habuit, trecenta legavit; & deductis centum, heredem rogavit, ut hereditatem Sempronio reſtituat: deductis centum & reſtituta hereditate, actiones legatorum in fideicommiſſarium dantur. *ut hic.* & quidem legatorum totorum *l. ult. C. Ad SC. Treb.* Obſtat l. 2. C. eod. * Sed diſtinguendum eſt utrum heres quod deducere juſſus eſt, jure hereditario deducat, quo caſu onera inter heredem & fideicommiſſarium dividuntur pro competenti cujuſque portione, *ut in d. l. 2.* an vero certæ res ei relictæ ſint, quo caſu onera tranſeunt ad fideicommiſſarium indiſtinctè, *l. ſi legatus. 30. §. multum. inf. h. t. §. ſi quis unà. Inſt. eod.* 1 2

Ad l. qui quadringenta. 2.

QVi quadringenta in bonis habuit, Titio legavit trecenta, & heredis fidei commiſit ut tibi hereditatem reſtitueret. Centum ſemel ex omnibus bonis, pariter, & ex L. Falcidia & SC. Trebelliano ferret. Niſi tamē occaſio exigat ut quartā heres non ferat, ut ſi quis invitus adire & reſtituere cogatur hereditatem ſuſpectam. Quo caſu tota hereditas reſtituenda eſt, ut quidem tu trecenta legata ſoluas ſubtrahas tamen ijs quod ſubtraxiſſet heres, ſi ipſe adijſſet, itaque centum retinebis; ut quidem partem quartā legatis trecentis ſubducas, id eſt ſeptuaginta quinque, & Trebellanicæ imputes 25. bonis reliquis, id eſt ijs centum, quæ tibi ex fideicommiſſo reſtituenda fuerant. Vnde fit ut in ejuſmodi ſpecie centum & ſeptuaginta quinque conſequaris. Si vero heres ipſe adeat, tu modo ſeptuaginta quinque, Legatarij ducenta viginti quinque, heres vero centum habiturus eſt. *ut hic.*

Ad l. Marcellus. 3. princ. & §. item Pomponius.

1. Argum. hujus legis; 2. an obtineat quo caſu fideicommiſſum ſub conditione eſt.

3. Num teſtator Trebellanicæ detractionem prohibere poſſit. 5. & an liberis primi gradus.

4. Exæquatio legatorum & fideicommiſſorū ad quæ fideicommiſſa maximè pertineat.

6. Non prohibita alienatione bonorum, Trebella-

bellanica detractio prohibita cenſeatur.

1 IN eadem * ſpecie hereditatis cui in bonis quadringenta ſunt, argumentum capitis hujus tale eſt. Ac ſi (id eſt hoc loco ut ſi ſeu *perinde ac ſi*, id que elipſi juris authoribus familiari). quadringenta per fideicommiſſum relicta fuerint, trecenta verò legata, & ad heredis onus eſſe legata teſtator dixerit, heres verò ſponte adjerit hereditatem: centum relinquenda heredi eſſe, trecenta vero reliqua dividenda eſſe juxta proportionem fideicommiſſi & legatorum. Proinde treceta dividi in partes ſeptem oportere, ut quatuor ex ijs fideicommiſſarius, tres legatarij ferant. Quod ſi non ſponte hereditas adita ſit, centum quidem ea quæ in Falcidiam ac Trebellanicam cederent, fideicommiſſarius habebit: ſed in ceteris eadem diſtributio fiet quæ in l. prox. ſuprà. Et hæc eſt perperſpicua cum hujus, tum l. præcedentis ſententia, ab alijs ſatis involuta. Planè quod nonnullis * diverſum placuit, quo caſu fideicom-
2 miſſum ſub conditione eſt, ut ſc. tum quarta ſolò fideicommiſſo ſubtrahatur, *Bart. hic in §. item Pomponius. Cravetta conſ. 16.* id ceteri meritò improbant, *per hunc tex. Salic. Socin. Sen. Caſtr. Iaſ. in d. §. item Pomponius. hic.* Cùm illud nuſquam relatum ſit, & idcirco ridiculis argumentis (qualia ipſi in hanc rem adhibent) adverſus legem expreſſam venire, abſonum omnino ſit rationi. Num vero * Trebellanicæ detractionem
3 prohibere teſtator poſsit, quæritur, & id quidem Bartolo & Iaſoni viſum eſt. *hic ad d. §. Pomponius. Gail. 2. Obſ. 138. n. 15. eamque communem Ripa dicit à qua non putat recedendum.* Moventur quia Falcidiæ & Trebelliani detractiones comparantur, *vt hic in §. quod autem.* & quidem adeo ut veniat etiam Trebellanica Falcidiæ appellatione, *l. jubemus. C. h. t. l. pater filiam. l. Titio. ſup. Ad l. Falc.* Diverſum tamen aliis viſum eſt, *Alex. hic. & Alc. 5. Parad. c. 19.* Idque eo quod nemo facere poſsit, ne leges in ſuo teſtaméto habeant locum, *l. nemò ſup. De Leg. 1. ubi & Bartolus, contrà quam hoc loco, in eandem ſentent. inclinat.* Item quod id tantum cautum in legatis ſit, nullâ fideicommiſſorum factâ mentione *Nou. de Her. Et Falc. 1.* Accedit quod heres cogi à fideicommiſſario poteſt adire hereditatem, & eam reſtituere, *l quia poterat. prox. inf. eod.* legatarij verò eum cogere ne quidem jure novellarum poſſunt, *vt in d. Nou. 1. c. 2.* Ego bene ſubductâ ratione ita ſtatuo in fideicommiſsis particularibus eandem rationem legatorum & fideicommiſſorum eſſe, cum & in ijs procedant argumenta ſententiæ prioris, & juris authores ea jure promiſcuo cenſeant, *arg. l. 1. princ. ſup. eod. & arg. rubicarum & ferè legum omninm ſup. tit. De Leg. 1. 2. 3.* Et quidé eo caſu accipienda ſententia prior eſt. Nec mutat hoc caſu l. nemo ſup. De Leg. 1. quia Novella conſtitutio permittendo ut Falcidiæ detractionem teſtator prohibere poſsit, hoc ipſo permittit detractionem fideicommiſsi particularis, *per d. l. pater filiam. & d. l. Titia.* Quod quidem de fideicommiſsis univerſalibus dici

dici nequit,cum ejus participatio,ut hereditatis ipſius, ſit univerſalis, *l. 1. princ. ſup. eod. tit. De Fideicom. Her. Pet. ſuprà.* Planè, quod * fideicómiſſa exæquata legatis ſunt,& vice verſâ, *l. 2. C. de Fid.* id vel maximè in fideicommiſſis particularibus obtinet. *arg. ejus quod l. 1. De Leg. Et Fid. relata ad iſtum tit. eſt.* Num verò Trebellanicæ detractio prohiberi liberis primi gradus poſsit, perinde quæſitum eſt: quod quidem aliquibus viſum eſt, *quos recenſet Menoch. lib. 3. conſ. 272.* quaſi non minus id permiſſum ſit quàm in legatis. Alii contra, *Bal. Cornem, Salic. ad d. l. jubemus.* moventur d. l. nemo De Reg. I. Sed & hæc quæſtio ſecundum ea quæ de præcedenti diſſervimus, accipienda eſt, utpote dependens omnino ab eadem. Inſtitutis proinde liberis prohiberi detractio fideicommiſſi univerſalis non poteſt, particularis poteſt. Denique & diſputatum eſt, An * Trebellanicæ detractio prohibita intelligatur, ubi prohibuerit teſtator bonorum alienationem. Id tamen dicendum non eſt, cum omnis prohibitio detractionis adverſus leges ſit. *per ea quæ ſuprà.* Nec mutat Novella, Vt Sponſal. Larg. §. ult. quoniam ibi agitur de legato ſeu fideicommiſſo particulari, id enim, ſi ex una re non percipiatur, ex aliis percipi poteſt; & præterea in juris permiſſionem cadit cótentam d. Novellâ 1. c. 2. Idque rectè hoc caſu Socinus Iunior probat *lib. 2. conſil. 170.* & Alciatus ſequitur. *lib. 9. Reſponſ. 113. poſt Rol. à Valle lib. 4 conſ. 9. vi. Mantic. d. loc. poſt n. 2.* meritò proinde improbata opinio diſſentientium eſt, *quos refert Gabrielius. com. concl. tit ad Treb. concl. 9. Mantica lib. 7. de Conjec. Vlt. Vol. tit. 12.* 4 5

§. Quidam liberis. 5.

PAter liberis inſtitutis ex partibus diſparibus, præceptionibus nonnullis datis, rogato eo, qui ſinè liberis decederet, portionem ſuam fratribus reſtituere: præceptiones quoque, fideicommiſſo continētur. Id eò quod non portionis hereditariæ, ſed ſimpiiciter portionis facta mētio ſit, *vt hic.* Sed & idem * eſt ſi rogatus quis ſit reſtituere quicquid ad eum pervenerit, *l. cum virū. C. de Fideicom.* Diverſum eſt ſi legetur portio hereditatis, *l. in fideicommiſſaria. 18. §. fin. eod.* Neq; enim appellatione hereditatis legata aut fideicommiſſa continentur, *l. ſi Titius ex parte. ſup. De Leg. 3.* Planè ad diſtinctionē quod attinet, qua nonnulli hac in * re diſtinguunt, ut quidem ſi prius fideicommiſerit, tum prælegaverit, prælegata fideicommiſſo non contineantur *per l. Titia. 86. ſup. Ad Leg. Falc.* ſin verò prius prælegaverit, poſtea fideicommiſerit diverſum ſit, & diſtinctio nobis ſuprà poſita hereditariā portionem, & portionē ſimpliciter prolatā obtineat *gl. et alij hic.* ea jā pridē repudiata eſt. Et verò diſtinctioni noſtræ convenit d. l. Titia. omnino. Cùm ibi & pars hereditatis relicta ſit, & idcirco fideicómiſſo prælegata non cōtineātur, ſed maneāt apud heredem. Amplius & definitū eſt, ordinē ſcripturæ nō impedire cauſā juris ac volūtatis *l. cū pater. 77. §. fidei tuæ. ſup. De Leg. 2. Dec. cōſ. 83. Deciā lib. 1. cōſ. 41. n. 147, Mātica de cōjec. Vlt. Vol. lib. 7, tit. 7. n. 1.* Quibus & de- 1 2

4 & definita * quæſtio eſt quā diſputatur, Vtrū, ſi teſtator heredibus ſuis nonnulla prælegārit, dein eos in omnibus reliquis bonis heredes inſtituerit, ſique abſque liberis deceſſerint alium eis ſubſtituerit: eveniente conditione ſubſtituto & unà reſtituenda ſint prælegata. Neque enim hoc caſu portiones relictæ ſunt ſimpliciter, ſed diſertè in bonis reliquis heredibus inſtitutis ſubſtitutio facta eſt; ut omnino portio hereditatis relicta ſit, qua, puta, legata & fideicommiſſa non continentur, *per hunc tex. & d. l. Titia. Soc. Jun. lib. 3. conſil. 107. n. 45. Pariſ. lib. 2. conſ. 79. n. 21. Alciat. conſ. 483. n. 16.* Nec refert quod alii ex adverſo diſputant, idque ex diſtinctione ſuprà poſita de ordine prælegati antè vel poſt relicti, quia ea aliena omnino à ratione juris eſt, ut ſuprà docuimus. Vti nec juvat ſententiam eorum hic textus, quia is diſertè probat diſtinctionem nobis probatam.

Ad l. ille à quo. 13. §. tempeſtivum.

Vide noſtra ad l. 3. ſup. De Adopt.

Ad l. ex facto. 17. §. ex facto. 5.

Vide noſtra ſuprà ad l. Lucius. 85. De Her. Inſt.

1 §. Si quis autem) Qui * liberos ſuſcepit rurſus defunctos patre vivo, ſinè liberis deceſſiſſe cēſetur. Vnde fideicōmiſſo conditione adjuncta ſi ſinè liberis deceſſerit, extitiſſe cōditio cēſetur ſi ſupervixerit pater, defeciſſe, ſi ſupervixerit filius. Quod ſi deficiant probationes & uter ſupervixerit non conſtet, in dubio præſumitur filius ſupervixiſſe. *vt hic. & l. 9 ſup. De Reb. Dub. Adde noſtra in l. 22. eod. iſto tit.* Planè ſi quæratur

2 utri probatio incumbat, * eine qui hereditatem ex fideicommiſſo petit, heredem abſque liberis deceſſiſſe, an verò qui aſſerit heredem ſuperſtitibus liberis deceſſiſſe, variatum hoc loco eſt. Poſterius Bartolo, & Angelo viſum eſt *Menoch. de Præſump. lib. 4. c. 182. n. 5. Alc. reg. 1. præſ. 49.* motis hoc textu, *& l. 1. C. de Prob. & l. adſeveratio. C. de Non Num. Pec.* Prius tamen Cumano Immolæ, Alexandro & Ripæ placuit, *DD. iydem hic.* Magis tamen eſt univerſam hanc rem, ut alias in dubio, ad principia redigendam, Probationum verò principia actori & affirmāti incumbere probationem ſtatuūt. *l. qui accuſare. C. de Edend. l. actor. C. de Prob.* Vndè & in propoſito intēdēti vel hoc vel iſtud, probatio in-

3 cumbit. In defectum tamen probationum * partis utriuſque, ex præſumptione juris ſupervixiſſe liberos contendens obtinebit. *vt hic. junc. l. qui duos. 9. §. 1. l. cum pubes. 22. De Reb. Dub.* niſi tamen filius impubes cum matre naufragio perierit, hoc enim caſu quia impubes difficilius periculo reluctatur, diverſum dicimus, *l. ſi mulier. 23. ſup. De Reb. Dub.*

4 Num autem pupillariter ſubſtitutus * probare cogatur inſtitutum pupillum deceſſiſſe in ætate pupillari, an verò ſufficiat probari, eum deceſſiſſe, diſputatum eſt. Prius tamen magis obtinet, eò quod quivis mediū intentionis ſuæ probare cogatur, *l. 2. de Prob. d. l. actor, cum ſimi-*

Digitized by Google

Vt rectè Bartolus docuit, *lib. 1. conſ. 56.* & ceteri probant, *Covar. lib. 2. var. reſol. c. 7 num. 6. Mantica de Conjec. ult. Vol. lib. 5. tit. 9. num. 6. Maſcar. de Prob. vol. 3. concl. 666. Menoch. lib. 4. præſump. 182. num. 4.* Licet verò Decius contra diſputet, *in c. præſentia. num. 50. de Prob. & Socin. lib. 1. conſ. 19. col. 4.* argumenta tamen ſententiæ ſuæ nulla habet. nam quod ad hunc locum attinet, ex quo argumẽtatur, aliud in ſubſtitutione pupillari ſtatuendum, quia ea fideicommiſſo favorabilior eſt: omnino abſonũ eſt, cùm nulla ſimilitudo huic ſpeciei ſit cum ſpecie l. noſtræ; nec ratio adeo ulla faciat cur in propoſito favorem majorem fideicommiſſo mereatur ſubſtitutio pupillaris.

Ad l. in fideicommiſſo. 18.

PRincipium hujus l. item §. 1. & 2. quorum argumentum eſt de fructibus fideicommiſſi, vide explicatum in noſtris, ſuprà, ad l. Centurio. De Vulg. Et Pup. Subſt.

§. ſi legatum. final.) Vide explicatum ſuprà in iis quæ nos ad l. 4. §. quidam liberis. eod.

Ad l. mulier. 22. §. fin.

1. Pars hereditatis legari poteſt; 2. & an eo caſu Trebelliano an verò Falcidiæ ſit locus.

3. Donatio hereditatis an valeat 4. item an donatio mortis cauſa.

COnſtat ex hoc * § hereditatis partem legari poſſe; itemque ut Trebelliano locus ſit, rogatum aliquem eſſe ut heredem oportere, nec ſufficere quem de hereditate eſſe rogatum. *ut hic* Quod verò DD. quærunt *, utrum Quartæ deductioni ſit locus ex SC. Trebelliano, parte hereditatis legata, an verò ex L. Falcidia (quod poſterius Cumano & Socino Seniori viſum eſt, *ad rubr. hujus tit.* prius verò Caſtrenſi & Ruino placuit, *ibidem. item Ripa ad l. in quartam. ſup. Ad L. Falc.*) videamus ut verum ſit magiſque eſt Falcidiam obtinere. eſt enim legatum, *ut hic.* Nec ad rem facit quod ſurrogatum eandem interdum qualitatem induat quam habuit id cui ſurrogatum eſt: cum interim propriè legatũ ſit. Vnde & illud malè ex adverſo movetur, quod L. Falcidia ad legata particularia pertinet: id enim quidem plerumque & ſæpius accidit, eò quod legata pleraque particularia ſunt, ſi tamen aliquod legatum univerſale ſit, diverſum dicimus, quia id quoque legatum eſt, *ut hic.* Forma enim dat eſſe rei, ut logici perhibent. Illud quæritur *, utrum ut legatum, ita donatio partis hereditatis valeat, quod dicendum non eſt; cũ

(margin: 3, 2, 1)

Digitized by Google

conventionibus inter vivos, regulariter de hereditate diſponi non poſſit, nec pacta ejuſmodi obligent, *l. pactum quod dotali. C. de Pact. l. hereditas. C. de Pact. conv. l. ex eo. C. de inut. ſtip.* Idque rectè Bartolus probat *in l. ult. C. de De Pact. & ceteri plerique teſte Cognolo ib. num. 276. Clar. §. donatio. q. 19. verſ. ſed quaro.* Nec ad rem facit quod nomen hereditatis accipiatur interdum pro bonis ſuperſtitis, *ut in l. quaſitum. §. ſi quis mihi ſervus. De Leg. 1.* neque enim ex homonymia ea probari quid ſolidi poterit. Nam ſi in ſyllogiſmum argumentum redigas, is quatuor terminis conſtabit. Malè proinde Alciatus, poſt Decium diverſum perhi-
3 bet, *Alciat. in d. l. ult. num. 81. De Pact.* Num verò * & donatione mortis causâ relinqui hereditas poſſit, videamus. Dubium movet, quod ea in genus conventionum cadit. Magis tamen eſt, donationem hanc admittendam eſſe, *arg. l. ult. C. de Don. Mort. Cauſa. junc. arg. hujus tex.* Nam & donatio mortis cauſa, inſtar ultimarum voluntatum mutari poteſt, *§. 1. Inſt. de Donat.* Hæc ita, ut valeat donatio hæc jure quaſi fideicommiſſi, cùm hereditas directò relinqui nequeat, niſi teſtamento. Idque rectè Decius probat, *in l. licet. C. de Pact.* licet Bartolus & Alexãder contra diſputent, *in d. l. licet.* Neque verò ad rem facit quod donatio mortis cauſa ſpecies contractus videatur: id enim in propoſito non cõſideratur, cum ceſſet hic ratio quæ in conventionibus ceteris, nimirum obligationis conſtituendæ inter vivos.

Ad l. nonnunquam. 24.

Vide noſtra ſuprà ad l. pater. 29 De Leg. 2.

Ad l. ità tamen. 27. §. 1.

De fructibus Trebelliani vide noſtra ſuprà in l. centurio. De Vulg. Et Pup. Subſt.

Ad l. 41. §. 1.

Vide noſtra infrà ad l. 55. eod.

Ad l. Titius. 54.

1 Inſtitutus, cui injũctum * fideicommiſſo eſt reſtituere, quod defuncto ipſo ſupererit ex hereditate, bona hereditatis deminuere quidem poteſt, ſed pro boni vir arbitratu, ne ſc. quid committat intervertendi fi-
2 deicommiſſi cauſa, *ut hic.* Id tamen mutatum * eſt, *Novel. 108. De Reſt.* quâ permiſſum eſt heredi fideicommiſſariam hereditatem hoc caſu minuere, deque ijs non aliter ac proprijs agere: modo quadrantem ſucceſſori conſervet. Cujus quidem Novellæ ſententia cum perſpicua ſit, nihilominus ab aliquibus in dubium vocata eſt. Quorum tamen opinio, utpote à mente coſtitutionis omnino aliena, repudiata prorſus eſt. *vi. Menoch. conſ. 344. n. 60. lib. 4. Adde Cujacium in Nov. 39.*

Ad l. ſi patroni. 55.

Filius qui ex fideicommiſſo patris reſtituit hereditatem, retinet nihilominus

Digitized by Google

hilominus jus patronatus, ſeu actionem operarum adverſus libertos. Nec in factum exceptione reſtitutæ hereditatis ſubmoveri poteſt, cum actio ea fideicommiſſo non contineatur. Proinde id generale eſt omnibus ijs,quæ non pertinent ad reſtitutionem. *ut hic.* ut in jure ſepulchrorum, *l.mulier.41.§.1.ſup.eod.* & ſimilibus, *vi gl.in d. l. 41. §. 1.* Illud quæritur,An Ius Patronatus *,quod hodie dicimus, id eſt jus beneficij conferendi, etiam in fideicommiſſarium tranſeat: quod perinde dicendum non eſt. Quia ſc. id quoque religioſum aliquid ſit,*c. 3, de judic.* ut idem hoc caſu ſit ſtatuendum,*arg.l.non poſſunt.ſup.de LL.Ripa in l.centurio.n.56.ſup.De Vulg.Subſt. Aret.in c.ſignificavit n.6.De Teſt.* Non mutat quod Romanus in contrarium diſputat,eò quòd hoc jus etiam trãſit unà cum univerſitate, itemque unà tranſit ad extraneum heredem: idem enim etiam ad cetera pertinet quæ fideicommiſſario non accedũt. 3

§. Qui fideicommiſſariam.

QVartam non deducit fideicommiſſarius, qui ipſe quoque rogatus hereditatem alteri reſtituit, *vt hic.* Niſi tamen heres, totam hereditatem reſtituere rogatus, quartam fideicommiſſario primo donandi animo unà reſtituerit, *l.1.§.inde Neratius. ſup eod.* Num vero in dubio heres totam hereditatem reſtituens donare præſumatur, quæſitum eſt; diverſum tamen magis obtinet, *arg.l.l.ſi ſponſus.§.ſi quis rogatus.ſup.De Don.Int.Vir.Et Ux.* Nec mutat quod ſcienter indebitum ſoluens donare præſumatur: eò quod hic præſumptio alia ſuadet diverſum. *vt in d.§.ſi quis rogatus.*

Ad l.heredes mei.57.§.cum dulciſſimi.

AD hunc §.vide noſtra ſupra in l omnia.32.aliàs l.33.§.in fideicommiſſo. De Leg.2. & adde l.10.ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt. & l. 9.De Suis Et Leg.

Ad l.ſi ejus.64.

Ad hanc l.vide quæ nos in l. obligari.9.De Auth. Et Conſ. Tut.

Ad l.ſi heres.73.

SI heres pecuniam hereditariam crediderit,& pignora in obligationẽ acceperit,actiones reſtitutã ex SC. hereditate non tranſeunt. Competit tamen actio fideicommiſſario in heredem ad cedendum jus actionum ei quæſitum, *ut hic.* Non mutat l. heres à debitore.inf. De Fidejuſ.quia ea ex hac l. explicanda eſt: tranſire nimirum actiones medio ceſſionis. Quo ſenſu & accipienda eſt l.ſi poſt 22.ſup.De Conſt. Pec. *ubi vide noſtra.* item l.imperatores.§. fi. De Tranſact. Num verò heres Inventarij beneficio utens, hoc ipſo & fideicommiſſario prodeſſe cenſeatur abſque ceſſione,quæritur: Bartolus non putat,*per hunc tex. Bart. in l.in rationes.§.quod vulgo n.9.ſup. Ad L. Falc.* Rolandus à Valle contra, *de conſ.Inven.p.4.§.quod ſi heres.*cujus ſententia benignior eſt,& ma-

 gis

gis obtinet, eo quod actiones non ultra exerceri in fideicommiſſarium quàm heredem poſſint. *l. ſicut.8.§.1.ſup. Quib. Mo. Pig. vel Hyp. Solu. arg. l. 1. § 2. & 3. Ad SC. Treb.* Non mutat hic textus cum. ſimil. quia is ad actiones ab herede quæſitas pertinet.

Ad l. Scævola.76.

HÆc l. explicatur in noſtris ad l.7.ſup. De Vulg. Et Pup. Subſt: Relata item eſt in noſtris ad l. 1. & 2. De Inius. Rup. Et Ir. Teſt.

Quando Dies Legatorum Vel Fideicommiſſ. Cedat.

TIT. II.

Ad l. ſi Titio. princ.

SI cui legatum ſit cùm annorũ quatuordecim fuerit, isq; ante annum decimum quartum deceſſerit, legatum ad heredem non tranſit; idq; ideo quia legatum hoc conditionale eſt, *ut hic.* Non mutat l. penult. *C. eod.* quia ibi non de legato conditionali ſed puro agitur, cui tantum dies ſolutionis ſeu petitionis adpoſita eſt. Obſervadum vero eſt id legatum non niſi expleto anno ultimo deberi. Annus enim ceptus hic non habetur pro completo, *l. cui.49. princ. De Leg. 1. & l. non putabam.48. De Cond. Et Dem.* Non mutat l. qui filium.74. §. Fabius, ſup. Ad SC. Treb. quia ibi agitur de ſpecie tali qua voluntas relata ſimpliciter ità eſt, ubi quis ad annum aliquem ætatis pervenerit. Qui enim ingreditur annum, ad eum pervênit, qui vero tot annorum eſſe dicitur, intelligitur eum compleviſſe.

Vt Legatorum Seu Fideicommiſſorum Servandorum Cauſa Caveatur.

TIT. III.

Ad l. poſtquam heres.

HVic l. opponitur l. 1. §. idem Pomponius.14. verſ. quid enim ſi furere ceperit, Depoſ. Soluimus ibidem.

PAULI

Digitized by Google

PAULI BUSII IC.

COMMENTARII

IN PANDECTAS DOMINI IUSTINIANI,

CUM DIFFERENTIIS

Iuris Canonici, & Conſuetudinum ad uſum compoſiti,

Pars VI.

LIBER XXXVII.

De Bonorum poſſeſſionibus.

TIT. I.

Ad l. 1. & 2.

BOnorum poſſeſſio à bona * poſſidendo dicta, interdum 1
etiam poſſeſſio bonorum nuncupatur, *l. cognitio. 1. §. 1. De off. ejus cui.* Eſt autem notandum hoc * loco bona, non 2
uti alias, dici quæ ſuperſunt deducto ære alieno, ſed univerſitatem relictam inſtar hereditatis à defuncto relictam vel relictæ prætoriam quaſi ſucceſſionem *l. 3. in princ. hic.* quippe quæ tam commoda quàm incommoda hereditaria continet; itemque dominium rerum, *l. 1. hic.* non quidem ipſarum, ſed poſſeſſionis rerum earum quæ in hereditate exiſtunt *l. 1. hic.* Poſſeſſionis quoque vox perinde hoc * loco longè alia eſt, quàm quæ communiter 3
hoc nomine nuncupatur. Siquidem poſſeſſio ferè deſignat detentionē rei animo dominij habitæ, quæ potiſſimum facti eſt. *l. 1. & tot. tit. De acq. poſſ.* hæc verò jus perſequendi vel retinendi patrimonij ab altero relicti, & maximè juris prætorij eſt. *DD. varij variè cum hic tum in rub. d. tit.* Igitur bonorum * poſſeſſionem non ineptè deſcribimus jus per- 4
ſequendi aut retinendi patrimonij quod cujuſq; cum moreretur fuit, *l. 3. §. bonorum hic.* Differt igitur * ab hæreditate; quia hæreditas eſt di- 5

S ſ 3 recta

recta ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit,& ita accepta,
petitionem parit, hoc eſt actionem in rem, *l.3.§.bonorum.h.t.* Bonorum
poſſeſſio verò tantum facultatem & jus perſequendi * beneficio præ-
6 toris tribuit,idque remedijs quaſi poſſeſſorijs; aut etiam jus retinendi,
quod exceptionibus efficitur. Ceterum quia bonorum poſſeſsio ipſa
quoque tam onera hæreditaria continet,quàm commoda,interdum &
hæreditatis nomine fuit dicta. *tot.tit.De Poſſ.Her.Pet.ult.verb.hæredita-
tis amplectendæ.C.eod.* quippe cum eã non aliter prætor decernat, quàm
ſi lex aliqua,, ſenatusconſultum,vel cõſtitutio,capere hæreditatem nõ,
vetet. *l.12.§ 1.inf.h.t.* unde & definitionem hanc hæreditati convenire
putant, *Duar.in h.t.c.2.Schar.ad rubr.C.eod.num. 21.* maximè cum ipſa
quoque interdum bonorum poſſ. ſucceſsio dicatur, *l.1.in fin.prin.ſi ta-
li.teſt.non ext.* Quod admitti poteſt conſiderato utili effectu; Sed priſ-
carum intuitu formularum cõtra foret *Donel.7.Com.c.5.Dominus. Vult.
1.juriſp.c.75.* Sunt tamen plures differentiæ * hæreditatis & bonorum
7 8 poſſeſsionis. gratiâ quod hæreditas * ſolo animo adiri poteſt quacun-
que ſaltem animi declaratione, *l.pro hærede. De acq hær.l. quia C. de jure
delib.* bonorum verò poſſeſſio teſtato coram magiſtratu obtinenda eſt,
l.ult. C. eod. Hæreditatis petitio 30. demum annis præſcribitur, *l. licet.
C.de jure delib.l.hæreditatis. C. de hær. pet.* bonorum poſſeſsio verò liberis
delata infra annum coram prætore agnoſcenda eſt, à ceteris infra cen-
tum dies, *l.1.§.largius.& §.fin.De ſucceſſ.edic.l. 2.C.qui adm.* Denique &
tempus hæreditatis adeundæ currit ignoranti, *d. l.licet.* bonorum poſ-
ſeſsionis petendæ non item, *d. l.2.l. quamdiu. & l.pen. C. qui adm.* Sed
de his omnibus, favente Deo, latius agemus ad tit. C. Qui Admitt, ad
Bon. Poſſ.

Ad l.3.

Principium hujus legis relatum eſt ſuprà, *in l. 1.& 2. n. 2.*

§. Bonorum.) & hic §. relatus eſt ſuprà *ad l.1 & 2.num.4.*

§. Adquirere.) Adquirere quis bonorum poſſeſsionem per ſe poteſt vel per alium *tex. hic. & l. ſi maritus. C. mand.* Sed hoc in acquiſitione hereditatis non ità eſt, *l.per curatorum 90. De adq. hær.* Ratio differentiæ eſt,quia bonorũ poſſ.ex juriſdict. prætoria procedit, quæ ferè jure civili laxior eſt. *dixi lib.2.ſub.c.9.*

§. Si cauſa.) Hic textus arguit bonorum poſſeſſionem interdum causâ cognitâ concedi, interdum etiam ſinè cognitione cauſæ. Cauſæ cognitio requiritur ſi contradictor ſit, vel agatur de præjudicio tertij, verbi gratiâ, hæredis ſcripti: ſinè cognitione verò decretum interponitur cùm nullus adeſt contradictor, *fac.l.ubicunque.7.§.1.inf. De Vent.In. Poſſ. Mit.Menoch.rem.1.adip.poſſ.num.118.Adde Fach.lib.6.c.58.*

§. fin.) Relatus eſt l.7.in noſtris infra *in l.3. quis ordo in bon. poſſ. ſerv.*

Digitized by Google

Ad l.non eſt ambigendum.12.

§. 1.) Vbi lex, Senatuſconſultum aut conſtitutio ſucceſſionem negat,nec prætor bonorum poſſeſsionem tribuit. *tex. hic.* Quod accipi oportet ut interim prætor illam interdum pro majeſtate imperij ſui decernere poſsit in caſibus ijs, quibus ſucceſsio legitima ceſſat; idque ex interpretatione edicti,*fac.l.1.§.nepos,ſi quis à par. fuerit. manumiſ.* Verbi gratia,emancipatis jure civili ſucceſsio non erat parata,extendit tamẽ prætor hac in parte bonorum poſſeſsionem, *l. ſed cum patrono. 6.§.1. ſup.eod.* cujus rei exempla etiam obvia ſunt plura. *§.1.Inſt.eod.l.ſi duobus.§.filius inf.de bon.poſſ.contra tab.l.ult.§.is cujus, De leg. Praſt.*

De Bonorum Poſſeſsione Contra Tabulas.

Ad l. 1.

AD principium hujus l.vide noſtra ad l.2.C.eod.ubi materiam ejus, & pertinentia ad eam tractamus latè.

Verb. Si neque inſtituti.) Ad hæc verba vide noſtra ad l.3.C.de lib. Præt.

Ad l. non tantùm. 3.

§. *Si ſub conditione.* 12.) Filius ſub caſuali * conditione inſtitutus 1 propriè non videtur præteritus quamdiu conditio nõdum exſtitit;ideoque nec bonorum poſſeſsio contra tabulas ante habet locũ. *per hunc tex.* Sed an emancipatus ſub aditione ob juſtam * cauſam exhæredatus 2 quam heres conatur probare, pendente illa querelam inofficioſi exerceat utiliter, an verò & ad hanc bonorum poſſeſsionem admitti queat, quæritur, & hoc magis eſt. Nam rationẽ habet,quòd licet necdum exhæredatus cum effectu ſit quamdiu non exſtitit conditio, præteritus tamen interim dicitur rectè, *arg. Novell. 115.c.3.verb. præterire aut exhæredes facere.* Nec obſtat hic textus,quia * in ejuſdem præteritus 3 dici non poteſt cum mentio ipſius ſit facta titulo inſtitutionis. Arguit igitur textus hic potius querelam inofficioſi interim ceſſare, quia necdum verum ſit illum exhæredatum. Atque hoc Emanuel à Coſta probavit *in l. Gallus. §.& quid ſi,num.243. De lib.& poſth.her.* etſi alii videntur aliter ſenſiſſe, quorum opinio jam refutata eſt. *Graſſ.in recep.ſent.§. bonorum poſſeſſio.q.20,num.2.*

§. fin.

Ad hunc §. vi. noſtra ad l.1.

Ad hunc

Digitized by Google

Ad l. 4.

Ad princ. v. Cujac. in l. 3. §. fin. De Lib. & Poſth. Hær.

§. Ad teſtamenta.) Bonorum poſſeſsio contra tabulas ad teſtamẽtã fœminarum non pertinet cum quia ſuos non habent, nec conſequenter emancipatos, quorum cauſa hæc bon. poſſeſsio eſt introducta; tum quia præteritio fœminarum habetur pro exhæredatione, *Inſt. de exher. lib. §. mater*. Eſt itaque hoc caſu querela inofficioſi neceſſaria *per tex. & DD. in §. fin. d. tit. Inſt*. Sed an non hoc jure Novellarum mutatum ſit, quæſitum eſt, quod Angelus ſenſiſſe videtur *in l. 1. C. de Carb. edic. quò & inclinant Suchar. & Rim. in d. l. fin*. quia & mater hodie liberos inſtituere cogitur *d. Nov. 115. c. 3. in princ.* igitur niſi id faciat danda videtur etiã ejus liberis contra tabulas bonorum poſſeſsio. Sed ea conſequentia minus probanda eſt, tametſi enim ex eo dicere teſtamentum nullũ poſſint, ſi ſine legitimâ cauſâ præteriti ſint vel exhæredati, magis tamen eſt eâ cõſtitutione jus prætorium extenſum non eſſe: magiſque dicimus, quia matris præteritio ea in re pro exhæredatione eſt. *d. N. 115. c. aliud. 3.* verb. præterire vel exhæredare, bonorum poſſeſsionem vel maximè ex eâ contra tabulas matris ceſſare. *Rom. Alex. Curt. Dec. ad d. l. fin. C. qui adm.* Merito tamen dicimus jus eſſe declarandi teſtamentum nullum ſi non ad ſit juſta exhæred. vel præteri. cauſa. *per tradita DD. in d. Novel. 115.*

Vide Vigl. ad §. ex eo autem ſolo. Inſt. quib. mod. teſt. infirm. & quæ nos ad marg. text.

Ad l. ſi poſt mortem. 10.

§. Exhæredati.) Liberi exhæredati ut contra tabulas bonorum poſſeſsionem non habent, ità nec ſi aliis ea ſit parata, cum iiſdem admittuntur, eóque ſolam querelam inofficioſi habent. *per hunc tex.* Nec mutat l. ult. ſup. de lib. & poſt. quia ibi teſtamentum ipſo jure nullum erat, eò quod filius conſtitutus in poteſtate, præteritus erat ſimpliciter, unde uterque rectiùs admittitur ab inteſtato.

§. Final.) Cum inſtitutus bonorum poſſeſsionem contra tabulas ob hoc habet, quod alius eodem teſtamento erat præteritus, non curat ipſe an bonorum poſſeſsionem alter petat an minus: ſed ex beneficio alterius ipſe contra tabulas petere poteſt ſtatim, *per hunc text. verb. non curant petant ipſi nec ne. Iaſ. in l. fin. C. hic. num. 9. Gomeſ. 1. variar. reſolut. num. 6.*

Ad l. ſi duobus. 14.

SI pater ex duobus filijs unum inſtituerit, aliterum exhæredarit, & inſtitutus adierit hæreditatem, idem poſtea ex perſonâ præteriti ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas redire nequit, quia ſemel agnovit judicium defuncti. Quia nec præteritus qui legatum accepit ád bono-

rum

rum poſſeſſionem con tra tabulas admitti poteſt. *l.5.§. omnibus.inf.tit.1. verſ. Sed illud.)* Illud deinceps Africanus * obſervandum notat ut, ſi 1
inſtitutus hær. adierit, non ampliorem accipiat partem quàm habiturus eſſet contra tab. bonorum poſſeſſionem petendo. Itaque per aditionem conditio ejus deterior cenſetur, cum ſi minor ejus portio ſit quàm habiturus eſſet contra tabulas poſſeſsionẽ obtinendo, eam duntaxat retinere poſsit, *per hunc tex.& l.filium. §.ad eum. inf.tit.1.* Neque
igitur * ad rem facit l. non putāt.§.fin. ſup.cod. quia ea non aliter acci- 2
pienda eſt, quam ſi inſtitutus vel non adierit, vel bonorum poſſeſsionẽ ſecundum tabulas non petierit. *gl.in d.§.fin.Bart. hic.* Sed hoc dubium
videtur an* qui ex duobus hæreditatem adijt, vel bonorum poſſeſsionẽ 3
ſecundum tabulas petijt non etiam legata præſtare teneatur à ſe relicta; quod quidem hoc textu reſponderi videtur. Cui obſtare videtur l. filium. 5. §. fin.& l. qui is. 15. §. ſed ſi ſcriptus inf. tit.1. ubi tantum exceptis perſonis, parentibus ſcilicet & liberis relatum eſt legata præſtanda. Sed ſolutio in prõptu eſt. nam ſi portio ejus minuatur * per fratrem qui contra tab. bonorum poſſeſsionem petat, præſtabit tantum legata perſonis exceptis hoc eſt liberis, parentibus, uxori, nuruique dotis nomine, *l.1.§.1.De leg.præſt.inf.tit.1.* cum plenâ defuncti voluntate non fruatur; aliàs præſtabit omnibus, pro ſua nimirum parte. Eoque pertinet locus Vlpiani *l. ſi duo. 16. inf.tit. 1.*

De Legatis Præſtandis, Contra Tabulas Bonorum Poſſeſſione Petita.

TIT. V.

Ad rubr. & l.1. hic.

Vi. quæ nos ad tit. C. eod.

Ad l. is qui 15.

§. Sed ſi ſcriptus.) Ad hunc §. pertinentia tractavimus ſuprà *ad l. ſi duobus. 14. verſ. ſed illud. De Bon. Poſſ. contra Tab.*

Ad l. ſi filius. 20.

§.1.) Quod hic * dicitur inteſtato mortuo patre non poſſe filium 1
queri ſuper immenſis donationibus causâ mortis, id hanc temperationem recipit, ut de bonorum poſſeſſione contra tabulas intelligatur.
Nec mutat igitur * l. 3. C. de inoff. don. quia querela de inofficioſis 2
donationibus experiri poteſt nihilominus.

T. *De colla-*

De Collatione Bonorum
TIT. VI.

QVæ ad materiam Collationum pertinent parcè hoc loco tractamus, eò quod complura hac in re jure novo ſint mutata, ut ſc. univerſam rem hanc commodius tit. C. eod. tractaturi ſimus.

Ad l. 1.

§. Vel maximè.) Quæſitum eſt anne olim * etiam ex teſtamento collationi fuerit locus, quod Riminaldus diſputandi causâ in dubium vocavit, *ad d. l. 9. num. 2. 3 4. per l. 3. §. fin. inf. eod.* Magiſq; eſt, id olim requiſitum non fuiſſe niſi pater id deſignaret expreſſè, *l. filiam. 7. C. eod. l. ult. C. comm. utr. jud.* Nec ad rem facit d. l. 3. § fin. nam quod ibi de collatione definitur, ſi vel teſtatus vel inteſtatus deceſſerit pater, teſtatū accipimus ut contra tabulas bon. poſſeſſio obtineatur, inteſtatū, ſi ex capite unde liberi. Atque id reliqui ferè omnes probant, *DD in auth. ex teſtamento. C. eod. & in d. l ult. C. comm. utr. jud.* Hoc igitur uſque adeo obſervabatur, ut etiam præteriti inſtitutis venientibus ex judicio defuncti non conferrent. *per hunc text.* Perinde ut nec conferebant inſtituti præteritis, niſi commiſſo edicto bonorum poſſeſſionis contra tabulas portio eorū fuiſſet aucta. *l. 3. De coll. dot inf. tit. 1.* An autem * codicillis olim impediretur collatio, interpretibus vix ſatis explicatum eſt *a gl. & aliis hic & in l. à patre. 10. C. eod. ubi vu. noſtra.*

1 §. Sed an id 16.) Quod * adipiſcendæ dignitatis gratia datur, quia muneribus onera cohærent, conferri non eſt opus. *ut hic junct. l. 2. §.*
2 *numerus. De Vac Mun.* nec mutat l pen. in * princ. C. eod. quia ea procedit in comparatione militiarum, quæ ut ipſæ majori quæſtui quàm oneri ſunt, ita & hæreditariæ, quod in dignitatibus ferè contrariū eſt. Planè quæ ad ſumptus ſtudiorum conferendos pertinent, ſuprà expoſuimus. *ad l. quæ pater. 50. fam. erciſc. ubi vide.*

§. Si emancipato. 18. & §. ſi ab ipſo 19) Scitum eſt, ultimum vitæ *
1 momentum potius vitæ annumerari quam morti. Vnde olim ità rectè legari poterat, cum morietur hæres, poſt * mortem legari non item.
2 *Vlp. in fragm. tit. de leg.* & hoc pluribus explicari poſſet, quanquam perpetuum non ſit. *ut in l. libertis. De manumiſſ. teſt. l. cum hæres. §. 1. De ſtatulib.* Sed ad rem *, igitur ſi ab extraneo hærede inſtituto legatum
3 ità relictum ſit cum morietur pater, legatum conferendum eſt, quia vivo patre cenſeatur quæſitum. *ut hic in §. ſi emancipato.* At ſi à patre ipſo hærede inſtituto legatum aut fideicommiſſum relictum ſit, quamobrē collatio procedat, *ut hic in §. ſi ab ipſo.* paulò minus explicatum eſt. Ego differentiæ rationem hanc eſſe didici, quod ab ipſo patre legatum hoc interpretamur profectum; eoq; filio non intelligatur id acquiſitū ante patris mortem. Nam cum in legatis ipſius patris teſtamento relictis

lictis collatio ob hoc ceſſat, quod in ceſſione tempus mortis paternæ inſpicitur, *l. à patre. 10. junc. l. ſi donatione. princip. & l. filiam. 16. C. eod.* in præſenti quoque meritò dicimus idem; & legatum ſervatum in momentum quo id defuncto patre ſortiri effectum poteſt, *per d. l. donationes C. de don. inter vir. & ux.* eo quod filius tum ſui factus ſit juris, *per l. filiam. 16. De auro & arg. leg.* cùm aliàs legatum ipſo jure nullum foret, *per §. an ſervo. Inſt. de leg.*

§. Confertur.

Relatus eſt infrà *in l. prox. §. illud.*

Ad §. Portiones. ult.

COllatio facienda eſt [a] pro portionibus hereditariis, in quib. perſo- 1
na conferentis quoque partem facit, *ut hic.* ita tamen ut collatio u-
ni facta non proſit alteri, ſed tantum his quibus confertur, *l. 1. §. 2. inf.*
neque verò ſi qui plus confert, minus accipiat, habebit cur conquera-
tur, cùm liberum ei ſit hæreditate abſtinere, aut bon. poſſ. non petere,
d. l. 2. §. 5. hic. An verò æſtimatio loco bonorum [b] perceptorum conferri 2
poſſit, diſputatum eſt, namque id ſimpliciter Rom. & Dec. ſenſerunt,
*in l. 13. C. eod. arg. eorum, quæ nonnulli diſputant, ad facti ſeu rei præſtationem
obligatum, æſtimationis ſolutione liberari per l. 13. De re iud. et l. 1. De act. emp.*
Alij contra rem ipſam conferendam regulariter, quod nimirum de col-
laturo hoc ſimplicius relatum ſit, cum rem ſuam conferre, *l. 1. prin. hic. l.
11. C. eod. junc. l. obligamur. 52. §. neceſſitate. De obl. et act.* maximèque cum aliud
pro alio, præterquam in mutuo, ſolvi non poſſit. *l. 2. De reb. cred. Rom.
ad l. 9. num. 266. C. hic.* Atque huic ſententiæ etiam illud argumento
videtur, quod alibi reſcribitur, acquiſita filio poſt mortem patris, pro
parte à cohærede vindicari non poſſe. conſequi n. inde videtur contra-
rium eſſe in ijs quæ vivo patre quæſita erant. Nos verò ut diſſidiũ iſtud
conciliemus, rem neceſſariò conferendam dicimus, ſi eadem exſtet; ſi
minus; præſtatio æſtimationis ſuccedet, ejuſque oblatione liberabitur
collaturus; idque ex generali axiomate omnium actionum tam realiũ
quam perſonalium è quibus quiſpiam quid reſtituere officio judicis
jubetur. *tex. rotundus in l. qui reſtituere. 68. De rei vind.* Deniq; & Doctores
obſeruant [c] in libris quos conferri oportet, ut æſtimatio ipſorum ſuc- 3
cedat loco. *Sal. in l. 5. C. ad SC. Maced. Salic. in l. 18. C. fam. erciſ.* Æſtimatio
verò ad tempus collationis referenda eſt. *DD. qui ſuprà.* niſi tamen au-
thoris dolo vel culpa fuerint factæ deteriores. *§. 1. ſup. in hac l.*

Ad l. 3.

Ad hunc §. vide noſtra in l. 6. C. eod.

§. Id quoque quod ſub conditione ex ſtipulatu debetur, ab emancipato conferri debet.

Tex·hic, quod nimirum obligationem conſideremus, quæ à contractu initium ſumpſit, licet effectus actionis dependet ab eventu. Nec mutat l. pen. inf. eod. quia ea procedit in donationibus causâ mortis & legatis, quæ quidem ante patris mortem tradita ſunt, ſed poſt mortem primùm deberentur, *Cujac. 3. obſ. 34. in princip.*

Ad l. filium. 4.

DOs etiam profectitia * proprium filiæ patrimonium cenſetur, &
hanc ſine dubio confert fratribus ſororibusque *inf. tit. 1.* Filius tamen non confert dotem * uxoris ſuæ: tametſi enim in bonis mariti ſit,
mulieris tamen eſt. Quod magis eſt, etiamſi eam * maritus morte uxoris ſit lucratus: nam propter onera matrimonii quæ ſuſtinuit, præci-
1 puam eam habere debet, *l. 1. §. emancipatus. l. 3. §. emancipati. h. t.* Idque
ut hic de * emancipatis, ita alibi de conſtituto in poteſtate reſponſum
2 eſt, *l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ſup. fam. ercisc.* Hoc verò loco * quæritur,
3 an emancipatus filius conferre debeat dotem quam ipſe dedit filiæ ſuæ.
& reſpondetur non debere: quia bonis ejus abceſſit, *l. 1. §. fin. tit. prox.*
Dicitur quidem dos communis tam patris quàm filiæ, *l. 3. Sol. matr.* ſed
4 magis eſt filiæ quàm patris; Id ita, * manénte matrimonio *l. pater. De*
5 *Evict.* nam eodem ſoluto, & dote reversâ ad patrem, probabilius ex Accurſii ſententia dicimus, quod eam fratribus conferat pater, *arg. l. 1. §. ſi is qui bona. ſup. eod. gl. in l. 6. inf. h. t. Cujac. tract. 4. ad Afr. in hanc. l.*

Ad l. dotem. 6.

6 AVus paternus * dotem nepti ex filio dedit, quia dos reſpectu filii data cenſetur, poſt mortem avi filiâ in matrimonio defuncta, dos redibit ad patrem. *per hunc tex.* Nec mutat * l. avus. 79. ſup. de Iur. dot. quia ibi dos data proponitur reſpectu neptis, *dixi ibidem.* An verò & quatenus ea conferenda ſit, ſuprà tractavimus, *ad l. 4. h. t.*

---

1 *De Collatione Dotis.*

TIT. VII.

2 Principium hujus l. relatum eſt infrà *in l. 6. & 7. h. t.*

§. Cum dos.

Filia exhæredatâ & emancipato * inſtituto, illa reſciſſo per querelam teſtamento, dimidiam hæreditatem abſtulit. Quia hæredes diverſo veniunt jure, frater bona propria conferre non cogetur, *tex. hic.* Hoc ita pro tenore edicti * de jure collationum propoſiti, quod collationem ſolummodo requiſivit, ſi eodem prætorio jure venirent hæredes, ſed benigâ interpretatione receptum eſt, ut etiam conferant diverſo jure venientes, *l. 1. prin. h. t. l. filius. 10. ſup. tit. 1.* Et quanquam id perlatâ ab altero querela

Digitized by Google

querela * inofficioſi non ità expeditum fuiſſe videtur. *per hunc tex.* jure tamen conſtitutionum res ità deciſa eſt, ut tam ex querelâ inofficioſi, quam contra tabulas bonorum poſſeſſione peritâ, collatio habeat locum. *l. ut liberis. 17. C. eod.* Ac tametſi Bartolus * autumet (*quem & additio ad gl. allegat hoc loco*) id eo demum caſu ità eſſe quo per querelam teſtamentū reſciſſum eſt in univerſum, ſi pro parte reſcindatur non item. *quò & inclinat Riminal. ad l. 9. num. 328. C. eod. idque arg. huius. l.* magis tamen eſt etiam jure Codicis id in utraq; reſciſſione ità fuiſſe. Cum quia indeſi ita *d. legis. 17.* deciſio eſt, tum quia & olim id ſolummodo pro rigore edicti ità fuerit, aliudque interim obſervatum ex interpretatione benigniore. *arg. d. l. 1. princ. ſupra h. t. & d. l. 10. ſup. tit. 1.* Sed omnis hæc * res hodiè extra controverſiam eſt, eò quod conferri oportet quoſcunq; ſuccedētes jure ſive teſt. ſive ab inteſt. Nov. 18. c. 6. ad. Fa. lib. 5. c. 77. q. 4. 2

Ad l. pen. & fin.

Collationi * nemo alius aſtrictus eſt quam ſucceſſor univerſalis, proinde quod quis dotis vel ſimilis donationis titulo accepit, repudiando hæreditatem, poteſt nec ad collationem urgeri. *per hunc text.* Vnde quæſitum eſt An ſi pactis * dotalibus cautum ſit, ut poſt mortem patris filia dotem conferret, poſteaq; defuncto patre hæreditas appareat non ſolvendo, filia compelli queat ad dotem conferendam: & reſpondi non compelli *per hos text.* Nec ad rem facit quòd collatio pactis dotalibus præcauta ſit; quia id non aliter accipi oportet quā ſi velit hæreditatem adire. Cujus rei argumentum vel illud eſt, Quod quicunque ad collationem obligatus conferre non aliter tenetur quam ſi bon. poſſ. vel hæreditatem quærat, eamque omittendo, nec ad collationem maneat obligatus. *l. 2. § ſi tres emancipati. ſup. tit. 1* Maximè cum pactis ex jure ſucceſſionum non tam facilè quicquam mutetur, *l. pactum quod dotali. 15. C. de pact. Weſemb. in par. ad h. t. num. 3. in fin.* 1 2

De Conjungendis Cum Emancipato Liberis Ejus.

TIT. VIII.

Ad rubricam.

Argumentum hujus titnli eſt; Quia emancipatis filiis, * nepotes in poteſtate retenti, jure civili patris locum occupant, fiuntque avo ſui & proximi hæredes, excluſo patre, *§ fui. Inſt. de hær. qual. & diff.* idcirco iure prætorio filius tametſi emancipatus, ad bonorum poſſeſſionē vocatur. Quoniam verò iniquum foret, emancipatum excludere nepotes hæredes ſuos, aut eoſdem præponi ſuo patri, iure naturæ gradu præcedenti: Prætor hoc edicto rem ità temperavit, ut emancipato bonorum poſſeſſio ejus partis daretur, quæ ad eum pertineret, ſi mānſiſſet in poteſtate, eà lege tamē, ut dimidiā ipſe, reliquā liberi ejus haberēt, iiſq; bona ſua conferat pater *l. 1. h. t.* liberis inquā in poteſtate avi retentis non ceteris. 1

Sed quæſitum eſt * an hoc edictum per Novellam Iuſtiniani, quâ
2 ſucceſsionis jus inter ſuos & emancipatos ſublatum eſt, abrogatum ſit
vel minus? Quod Cujacius non putat, *Cujac. in Novell. 115. & l. ult. de
Lib. & Poſt. Hær. poſt Alciat.* Alii plerique contra, quia Novellarum jure
re ſucceſsio ad inteſtato introducta eſt ſine ulla ſuorum & emancipa-
torum differentia, *tex. & DD. in d. Novell. 115. c. 1. gl. Bart. Gotofr. & a-
lij in rub. hujus tit.* Atque id uſu ac moribus ſervatur perpetuo, unde ni-
mirum emancipati etiam in ſucceſsione ab inteſtato nepotes excludũt;
ab ipſis videlicet natos. *Placentinus. allegatus in additione ad gl. et poſt e-
um reliqui in rub. hic. Weſ. in comm. h. t.* Ceteri enim cum patruis & avun-
culis ſuccedunt pariter. *d. Novell. 11. c. 1. Vivianus. ab add. gl. allega-
tus in d. rub.*

Ad l. 1.

§. Si filius. 16.) Si unus * filius ſit emancipatus, alter in poteſtate
1 & ex tertio defuncto unus in poteſtate & alter emancipatus: ad quam
collationem patruus teneatur, quæſitum eſt: & Vlpianus ex Scævola
reſpondit, ex re conferendâ tertiam unam emancipati fore, alteram
fratris cõſtituti in poteſtate & tertiam nepotum, quamvis ſi pater eorũ
emancipatus cum ijs cõcurreret, minus ex hæreditate avi ſint habituri
quam patruus, id eſt, quamvis nepotes, concurrente cum ijs patre ex
edicto novo de conjungendis cum emancipato liberis, minus ex hære-
ditate avi quam patruus ſit habiturus, defuncto tamen patre in pote-
ſtate conſtituto, quia conjunctionis ratio ex edicto ceſſat, integra ipſis
2 portio conferenda eſt. Nec mutat quod * emancipato non confertur
l. 9. C. eod. & l. 1. § pen. ſup. de coll. quia in propoſito emancipatus nepos
fruitur jure eo quod habiturus eſſet pater ſi vixiſſet, & conſequenter
reputatur uti conſtitutus in poteſtate. *arg. l. ſi nepotes. 7. inf. De Col. Bon.
vide quæ poſuimus ſuprà in l. 1. §. ſi nepos. De coll. dot.*

Ad l. qui duos. 3.

Hæc l. nihil difficultatis * habet, maximè cum ex conſtitutione Iu-
1 ſtiniani in ſucceſſione ab inteſtato ſublata ſit ſuorum & emancipato-
rum differentia. Illud prætereundum non videtur, quod Marcellus
hoc loco annotat, iſtud edicti caput à Iuliano introductum, quod &
edictum novum dicitur & nova clauſula. *ut hic. & l. 1. §. ſi pater nurus. tit.
ſeq. authores Græci ad l. 5. Si Tab. Teſt. Nul. Exſtab.* Quandoquidem ni-
mirum Iuliano ex authoritate Adriani imperatoris utile viſum eſt, hoc
2 juris introducere, & edicto prætoris inſerere. Sed major emancipatis *
beneficio Iuſtinianææ Novellæ, parata gratia eſt, quòd nimirum differẽ-
tia ſuitatis & emancipationis ſublatâ, emancipati conſequenter ordine
etiam præcedant nepotes avo ſuos, ut diximus ſuprà. *in rubr. h. t.*

Ad l. 1.

Ad l. 1.

§. 1.) Quod hic dicitur, ſi venter exhæredatus ſit, eum non arcendũ miſſione in bonorũ poſſeſſionẽ: id ex jure novo hanc temperationẽ recipit, quia in partum juſta exhæredationis cauſa cadere non poſſit, idcirco mittendum eum omnimodo. *arg. l. ſi quis. 32. §. 1. C. de inoff. teſtam. Weſemb. in comm. h. t. num. 3.*

De Carboniono Edicto.

TIT. X.

QVi impuberes, & * ob hoc inſidiis injuriiſque obnoxii ſunt, edicti Carboniani beneficio fruuntur, ut ſi cui impuberi quæſtio ſtatus moveatur an inter liberos habendus ſit: cauſâ ſummatim cognitâ perinde ei bonorum poſſeſsio detur ex præſumptione juris, ac ſi nulla ejus rei quæſtio moveretur; judiciumque interim differatur in tempus pubertatis, *l. 1. l. 3. §. ſummatim. h. t.* Quod ipſum quoque edictum * ut præcedens, licet principaliter pertineat ad bonorum poſſeſsionem cõtra tabulas, porrigitur tamen ad bonorum poſſeſsiones ab inteſtato, *l. 3. h. t.* Et quia in hac * re cauſæ cognitio requiritur, apparet hanc bonorum poſſeſsionem eſſe decretalem. Vnde eſt quod edictum hoc & ipſum dicitur decretum Carbonianum. *l. 2. De vent. inſpiciendo.* ſcilicet quia ex præſenti edicto decretum interponitur, vel quia ex decreto Carbonis prætoris hæc res tranſiit in edictum; ut tamen ſemper decretum interponi requiratur, quia præcedat, uti diximus, cognitio cauſæ. Et * verò probabiliter Cn. Carbo ejus author fuiſſe credatur, qui memoratur Pompeij pueritiæ & bonorum patris ejus, de quibus quæſtionem patiebatur, acerrimus fuiſſe defenſor & protector *Val. lib. 5. c. 6.* Quod & Cujacius monuit in *parat. C. eod.*

1 (r. 1, line 1) 2 (r. 1, line 6) 3 (r. 1, line 9) 4 (r. 1, line 16)

Ad l. 1.

§. Idem ait. 9.) Filio * ità exhæredato, Quoniam ex adulterio conceptus eſt, bonorum poſſeſſio decernenda eſt, quamvis in poſſeſſionem non mitteretur, ſi ſine elogio ejuſmodi eſſet exhæredatus. *text. hic.* Nec obſtat * quod alibi relatum eſt filium etiam cum hoc elogio exhæredari rectè. *l. 3. princ. De lib. & poſth. hæred. inſt.* Vnde & conſequi videbatur, bonorum poſſeſſio hæc ei decernenda non eſſe: quia id ità accipimus ſi in continenti & ipſâ in cauſæ cognitione id probetur. Nam ſi præſumptio in contrarium ſit quæ pleniſſima probatione redargui de facto non queat: rectius dicimus Carbonianum decernendum eſſe, Sed nec

nec decernetur * eadem ſi exhæredatio facta fuerit purè. *per hunc text.*
3 Quæ quia hodie in impuberem vix cadere poteſt, rectius dicimus nec exhæredationem ejuſmodi hodierno jure, fore efficacem. Conſequẽter igitur ſi quæ cauſa exhæredationis juſta teſtamento relata ſit querela in officioſi ſimplicior erit; ſin verò cauſa ejuſmodi inſerta non ſit, rectius dicimus contra tab. bon. poſſ. eſſe, perinde ac ſi eſſet præteritus. *l. 2. §. 1. l. non putavit §. non quævis. De Bon. Poſſ. contra tab. ubi dixi.* Id ita ſi non ex alia cauſa quoque capitis & bonorum controverſia moveatur; quo caſu verum eſt ex edicto Carboniano in poſſeſsionem mittendum donec impubes adoleverit.

De Iure Patronatus.

TIT. XIIII.

Ad rubr.

IUs patroni hic jus eſt quod patroni habent in libertos; Iure Canonico verò eſt jus præſentandi aliquem inſtituendum beneficio eccleſiaſtico, de quo in titulis Iuris Canonici de Iure Patronatus.

Ad l. 4.

1 Quod hic dicitur jura libertorum paternorum damnato [a] patre liberis non adimi, ità benignè ex reſcriptis principum admiſſum eſt. *ut hic & l. 5. C. de obſeq. l. eorum. 9. inf. ad L. Iul. Majeſt.* Siquidem certum eſt, aliàs habitá ratione juris [b] ipſius, eos tantum libertos filiis ſervari qui à
2 genere ac majoribus ſunt, paternos verò adimi omnes. *l. 3. De Interdic. & Releg. Vide tamen Dominum Marcum Lyklema IC. celeberrimum Belgicæ fœderatæ modò legatum, lib. 7 Memb. c. 19* Et ea igitur falsò ab alijs textui propoſito, & ſimilibus obſtare putata eſt. Neque verò novũ eſſe, ut aliter principes reſcriberent quàm ratio iuris poſtularet, alibi docuimus ſingulatim. *vide ſubtil. noſt. lib. 1. c. 5. & 6.*

A l. Divus. 7.

1 Ancilla [c] vendita ità ne proſtituatur, ſi proſtituatur ab emptore, vel etiam ab emptore emptoris cui ſinè ea lege venditio ab emp. priore facta eſt, contra legem manumiſſ. proſtituatur, ſit libera & liberta vendi-
2 toris. *ut hic. et l. ſed ſi hac lege. 10 ſup. de In Ius Voc.* Nec mutat l. ſi [d] mancipium. 34. De Euict. ubi relatum eſt eam videri manumiſſam à proſtituente, quia id ità eſt reſpectu evictionis ne nimirum eius nomine agere poſsit adverſus venditorem: quia ipſe manumiſsioni dedit cauſam. Quantum n. ad jus patronatus attinet quia libertatis beneficium venditori-

Digitized by Google

tori debet, rectius dicimus eum manere patronum. *ut hic, & d.l.10. de in jus voc.*

Ad l. qui contra. 15.

L. Ælia Sentia cautum fuit, ut nemo patronis libertam jurejurãdo nuptijs vel libertum ſuſcipiendis liberis arceret, *l. adigere. 6. ſup. eod.* qui verò contra feciſſet omni ſuo cadebat jure, & ipſe & liberi ejus. *per hunc text.* Quod quidem de jure ſucceſſionis & utilitatum ſimilium accipi oportet. Nec mutat igitur l. adoptivum. 8. § fin. De in jus voc, eſt, quia ea ad cauſam reverentiæ pertinet, quæ liberis præſervata eſt.

De Obſequiis Parentibus Et patronis præſtandis.

TIT. XV.

Ad l. licet famoſæ. 7.

§. fin.) Quod hic dicitur, honorem patronis debitum etiam interventoribus deberi: id temperationem recipit, niſi interventor, verbi gr. tutor, procurator, ipſe quid nomine ſuo admittat. Cum certum ſit eos patronorum nomine poſtulantes, eodem honore frui quo fruerentur ipſi. *l. qui. bona. §. pen. de dam. inf. fac. l. honore. ſupra. eod.*

Liber Trigeſimus Octavus.

De operis libertorum.

TIT. I.

Ad l. ſuo victu. 18.

SVo victu veſtituque præſtare libertum operas oportet; *ut hic.* Quod accipi oportet de operis minoribus parumque ſumptuoſis. Nec mutat igitur l. operæ. 21. & l. imponi. 33. inf. eod. quibus refertur ſumptũ alimentorum à patrono præſtandum: quia id accipiendum de operis gravioribus & ſumptum requirentibus maiorem. Præterea ſi inops li-

Digitized by Google

bertus ſit, à patrono in operis ſuis alendus eſt. *per hunc text.* aut minoribus operis quoque ità pareê gravandus, ut interim tempus ſuppetat ſibi ſuiſque victui parando. *l. penult. inf. eod.*

Ad l. operæ. 21. & l. 33. & l. penult.

Vide quæ poſuimus ſuprà ad *l. 18. h. t.*

Ad l. Labeo. 36.

Societas quæ libertatis cauſa inter patronum & libertum initur, quia id onerandæ libertatis cauſâ factum intelligimus, ipſo jure non valet, *per hunc tex, convenit l. 1. §, ſi libertatis. inf. Quar. Rer. Actio Non Detur.* Nec mutat l. 1. §. 1. inf. De Bon. Lib. quia ibi refertur jus antiquum ex Rutilij prætoris edicto. Quod poſteriorum prætorum edictis mutatum eſt, ità ut loco ſocietatis quâ vivis libertis frui poſſent poſteà ipſis certæ partis bonorum poſſeſſio parata ſit.

De Bonis Libertorum.

TIT. II.

Ad l. 1.

§. 1. & ult.) Vide quæ ponimus ſuprà *in l. 36. De Op. Libert.*

De Aſsignandis Libertis.

TIT. IIII.

Ad l. utrum. 9.

1 An etiam * emancipato aſſignari libertus queat, quæſitum eſt, magiſque eſt eum aſſignari emancipato rectè. *per hunc text.* Neque verò obſcurior hic textus habendus eſt, ob hoc quod duos pluresue liberos requirit fuiſſe in poteſtate ut aſsignari liberto poſsit, quia conſtat Se-
2 natus conſultum de aſsignandis libertis ità factum ſi duo liberi vel plures ſint in poteſtate, *l. 1. princ. ſup. h. t.* Nec obſtat huic textui * §. 1. Inſt. côd. ubi aſsignatio facta conſtituto in poteſtate evaneſcere dicitur emãcipatione ſubſecutâ; quià enim regulariter aſsignatio fit conſtitutis in poteſtate, idcirco emancipatione ſubſecutâ tacitâ voluntate patris cenſetur reuocata. *Minſing. in d. §. 1. Inſt. eod.* Quod dici non poteſt aſsignatione factâ ei qui jam antè quoque emancipatus erat. Sed neque aliàs

Digitized by Google

alias bona conſequentia eſt. Emancipatione perit aſſignatio, ergo e-
mancipato non poteſt aſſignari. Quemadmodum nec illa bona conſe- 2
quentia eſt capitis minutione perit uſuſfructus: ergo capite minuto u-
ſusfructus dari non poteſt.

Si Tabulæ Teſtamenti Nullæ Exſtabunt Vnde Liberi.

TIT. VI.

Ad rubr.

POſt bonorum poſſeſſiones ex teſtamento poſitas relaturus bonorũ poſſeſſiones ab inteſtato, prima edicti verba proponit, Si tabulæ teſtamenti nullæ exſtabunt.

Ad l. 1.

§. Ità autem.) Relatus eſt in noſtris infra *in hac. l. §. rectè autem.* 1
§. Plane.) Qui repudiavit ſucceſſionem,* pœnitere nequit ut denuo ad
eam admittatur, *tex. hic.* Atque id etiam procedit in filio qui maternã
hæreditatem repudiavit. *l. 2. C. de Iur, & Fac. Igon.* Nec obſtat *l. filij. 5. §. 1.*
inf. ad SC. Tertull. quia eam accipimus omnibus * adhuc integris, & 2
hæreditate necdum aditâ ab alio. Maximè ſi ſimplicius ſe nolle hæredẽ
eſſe dixiſſet. nam cum id etiam temere prolatum eſſe queat, & differat
adeo à repudiatione, minori non continuò eam præjudicare dice-
mus. *l. ult. verb. verborum inanes excludimus captiones. C. Qui. Admitti. junc.*
l. quod ſi minor. §. Scævola. De minorib. Planè ſi ſuus ſit qui hæreditatem
repudiavit, jure novo eam denuo adire intra triennium poteſt. *l. ult. C.*
de Repud. Her. Denique & ſi quivis filius bonorum poſſeſſionem ex te-
ſtamento* delatam repudiarit, an nihilominus pateat ei bonorum poſ-
ſeſsio ab inteſtato quæſitum eſt, rectiuſque dicimus eam non dari, quip- 3
pe quæ pro tenore edicti datur ita demum, ſi tabulæ teſtamenti nullæ
exſtabunt. *arg. rub. hujus tit.* Quanquam extra dubium ſit, omiſſa * bo-
norum poſſ. contra tab. nihilominus præſervari jus dicendi teſtamentũ 4
nullum. *arg. l. 2. §. ſed ſi mater, 21. ad SC. Tertul. Alex. in l. ult. num. 22. C.*
de Bon. Poſſ. contra tab. Rim. ibidem. num. 175. Quemadmodum & * illud
conſtat, bonorum poſſ. unde liberi omiſſa, nihilominus patere, Vnde le- 5
gitimi aut Vnde cognati. *l. 6. §. huic autem. De Carb. Edic.* Nec mutat
hic textus quia is * procedit eatenus, ut ex eadem ſaltem edicti parte 6
nequeant admitti. Quin & alius etiam ordine ſequens admitti * inte- 7

rim poteſt, ſed ità ne filio præiudicetur per hoc ſi fortè aliud conſilium poſtea elegerit; nec noceat etiam adeunti ſi conſilium filius non mutarit, quod intra tẽpus alterius grad. b. poſſ. agnoſcit *d. l. ult. C. qui admitti*) Nam cum filius, ſit patri cognatus adeoque etiã agnatus, *l. 12. De ſuis et legit. l. vl. §. proximiores de gr. et aff.* quamobrem vti agnatus aut cognatus veniens iure filij non fruatur, nulla ratio facit. Tempore quidem bon. poſſeſsionis petendæ fruitur vt cognatus; *l. pen. §. 1. Quis Or. In Bon. Poſſ. Seru.* ſeu quia id beneficio ipſius introductum eſt (vt nimirum fruatur eo tempore bon. poſſ. vnde liberi iam exſpirata, duriori interpretatione in contrarium detorqueri non poteſt. *l. nulla. De legib.*
7 Atque id vſque adeo ita eſt, vt & ei qui ſtatus quæſtionem * patitur an filius ſit, ex edicto Carboniano ad inferiores partes edicti vnde legitimi aut cognati accommodato, reliquos interim excludat, *l. 6. §. hunc autem.*
8 *De Carb. Edic.* Multò igitur magis * illi ceteros excludent quos liberos eſſe notorium eſt, nec vllo adeo modo in dubium venit.

Rectè autem.) Quod * hic relatum eſt, Prætorem ſicut contrà tabu-
1 las bonorum poſſeſſionem defert, ita etiam deferre vnde liberi ab inteſtato, quæſtionem mouit, an emancipatus filius reſciſſo teſtamento per bonorum poſſeſsionem contra tabulas per illam ipſam ſuccedat; an verò per bonorum poſſeſsionem vnde liberi, quod Cinus *in l. certum. col. fin. C. unde leg. Angelus in l. illud. De acq. hær.* Iaſon, Decius *in rub. C. unde liberi,* & Alciatus *lib. 1. parad. c. 14* diſputandi cauſâ defendunt, *per hunc tex. & arg. l. vt liberis in princip. C. de coll.* Alij contra, bonorum poſſeſſionem contra tabulas non malò reſcindẽdi ius eſſe, ſed & ſucceſsionis, prætorio iure per cauſam teſtati obtinendæ, *arg. l. filia dotem C. de collat.* Quà ratione rectè dicimus eum, Contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere. *l. 3. §. ſi ſub eâ. l. 10. §. 1. De bon. poſſ. contra tab.* Indèque eſt quod regulariter vnde liberi bonorum bonorum poſſeſsio competit ſi neque contra tabulas neque ſecundum tabulas bonorum poſſeſsio ſit agnita. Vnde conſequitur ſi alterutra earum ſit agnita, vnde lib. competere non poſſe. *§. ita autem ſuprà hac ead. l.* quod magis eſt, Atque hoc Bartolus *in l. 3. §. ſi cauſâ cognitâ. num. 8. De bon. poſſ.* Baldus *in l. pater filium. col. 5. De inoff. teſt.* Caſtrenſis *in l. filio. §. contra tab. eodem iſto tit.* &
2 reliqui plerique probant *Forſterus lib. 1. c. 11. de ſucceſſ. ab inteſt.* Nec ad rem faciunt* quæ ceteros mouẽt, nam quod hic dicitur, bonorũ poſſeſſionem vnde liberi ijs dari quibus datur contra tabulas, id eò pertinet, vt conſtet quibus ex hac edicti parte bonorum poſſeſsio detur, nimirũ
3 vt vna liberis datur ita etiam alteram tabulis non exiſtentibus. Ad l. vt liberi. C. de collat. * reſpondetur, contra tabulas bonorum poſſeſsionem idcirco ibi ad cauſam inteſtati referri, quia in decernẽda ea tabulæ reſcinduntur, *l. 1. princip. De leg. præſtan.* Cum iure illo aliter collatio eſſe nõ poſſet quàm ab inteſtato. Neque v. ex eo ſequitur ſuccedere ſtatim bonorum poſseſsionem unde liberi; cum contraria utriuſque cauſa ſit, &

ſa ſit, & conſequenter etiam utriuſque impetrandæ contraria forma. Illius nimirum talis, Poſtulo mihi bonorum poſſeſſionem decerni reſciſſis tabulis, quas præteritione mei non jure fecit pater; & alterius, talis: Poſtulo mihi filio ejus defuncti, cum tabulæ non exſtent, quibus a ſucceſſione ejus excludar, bonorum poſſeſsionem decerni ab inteſtato. *d. §. ita autem. ſuprà hac eadem l.*

Ad l. 2.

* *Vide quæ poſuimus ſuprà in l. 1. De Bon. Poſſ. Contra Tab. princ. in verb. ſi neque inſtituti neque exhæredati ſunt.*

Ad l. pen. in fi.

Vide noſtra in l. 31. De Adop. ubi hæc allegatur.

De Succeſſorio edicto.

TIT. IX.

Ad l. 1.

§. Decretalis. 7.

NOtandus * hic §. eſt, quippe quo deſignatur decretalem poſſeſſionē repudiari non poſſe, quia decreto jam ſit acquiſita. Quod certiſſimum argumentū præbet, decretalem * b. poſſ. dici quæ jam interpoſito decreto magiſtratus comparata eſt. Vnde etiam eſt quod bonorum poſſeſsio ex edicto Carboniano, edictali interdum opponitur, *l. 1. §. ſed et ſi ex Carboniano, ſupra ſi tab. teſtam. nulla exſtabunt*, Quia nimirum ex Carboniano nemini defertur bonorum poſſeſſio priuſquam decreta ſit *vi. ſuprà ad rub. iſto tit.* Inde & edictum ipſum alibi Carbonianum decretum nuncupatur, *l. 2. De vent. inſp* 1 2

De Gradibus Et Adfinibus Et Nominibus Eorum.

TIT. X.

Ad l. 10. § parentes.

Parentes in ſpecie accipiuntur ad tritavum uſque; *ut hic.* ſæpius verò cōmuniter ut & liberi, in infinitum, *l. 4. §. parentem. l. ſed et ſi. 10. §. liberos. De In Ius Voc. l. 1. §. generaliter. De Leg. Praſt. l. liberorū. 220. De Verb. Sign.*

Digitized by Google

Ad l.ult.

Iuriſconſultum ob cauſas hic expreſſas cognatorum & affiniũ gradus noſſe oportet. Nec ad rem facit quod alibi relatum eſt non eſſe gradus affinitatum ut cognationis, *l.4.§.gradus. ſup. h.t.* quia id accipimus reſpectu ipſorum affinium. Cognationis enim intuitu gradus affinitatis ſunt, affinitatis ipſius per ſe, gradus nulli.

Vnde Vir Et Vxor.

TIT. XI.

Ad hunc tit. tractare decretum eſt ad tit. C. eod.

Quis Ordo In Bonorum Poſſeſſionibus Servetur.

TIT. XV.

Ad l.3.

Circa tempora bonorum poſſeſſionis patris ſcientia ignoranti filio non nocet. *tex. hic. l.1. verſ. nam & pater. De Bon. Poſſ. Fur. Dan.* Id eo quia tempus bonorum poſſeſſionis utile eſt. *l. pen. C. Qui Admitti.* Sed quin in præjudicium patris ſcientis cedant, dubitari non poteſt. *l. ſervus. 7. in fin. de Bon. Poſſeſſ.*

De Suis Et Legitim. Her.

TIT. XVI.

AD hunc tit. pertinentia pluribus ad tit. C. eod. proſequi decretum eſt, eoque hic pauca de hoc peragemus.

Ad l.3. nam dicendum.

Vide noſtra infrà ad l. 6. & 7. h. t.

Ad. l. Titius. 6. & l.7.

Ex his textibus palam eſt, filio exhæredato, nepotem poſt mortem avi conceptum

conceptum non poſſe fieri hæredem aui ab inteſtato. *convenit tex & gl. in l.1. §.ſciendum.verſ.nam dicendum.ſup.h.t.l. 1. §. ſi quis proximior. Vndè Cog. §. cùm autem. Inſt. h. t.* Quod quidem ita eſt reſpectu hæreditatis acquirendæ jure ſuo, plerique tamen autumant, eum ex perſonâ patris ſui virtute tranſmiſsionis admitti. *l. pen. in fi ſup. De Leg. 1. Bart. in l ult. C. ad SC. Orph. Bal. in l. 1. C. de His Qui Ante Ap. Tab Minſing. & Weſenbek. in d. §. cum autem. Inſt. de Hær. Ab Inteſt.* Quod admittimus ità, ut inſtitutus vel proximior interim quidem hæres fiat, & nondum natus ei poſtponatur, nè tamen cauſa nepotis per hoc deterior fiat, & poſtea natus nihilominus ab eo qui hæreditatem deprehenditur adijſſe, petere eandem queat, *arg. l. peto. 69. §. pen. De Leg. 3. iunc. Novell. 118. c. 1. verſ. licet. verb. cujuſcunque gradus ſint etiam ipſis parentibus præponi præcipimus.* Idque propter ſaaguinis connexionem perinde inter avum & nepotem atque inter patrem & filium cohærentem. *Din. in l. Gallus. 29. in fin. de Lib. & Poſt. Bal. Salic. et alij in d. l. 1. C. de His Qui Ante Ap. Tab. latè Forſter. lib. 4. de Succeſſ. Ab Inteſt. c. 23. num. 7.*

Ad l. ſi ex pluribus. 9.

In legitimis hæredibus quorum unus non adiit hæreditatem, pars repudiantis vel omittentis ceteris accreſcit. Quod quidem uſque adeo ita eſt, ut etiamſi quis deceſſerit ex iis qui adierant, id commodum ipſius hæredis ſit, *ut hic & l. un. §. hoc ità. C. de Caduc. Toll. l. 3. §. fin. ſup. de Bon. Poſſ. l. 1. C. Quando Nō Adeũt. Par. Cet. Accreſc.* Sed hoc nō ita eſt inſtituto hærede uno & altero ſubſtituto. huic enim vivo quidem defertur ex ſubſt. hæreditas, non tamen, ſi deceſſerit ſequitur ejus hæredem *tex. hic.*

Ad l. ſi patrem. 10.

Pater olim non erat hæres filii, ſed neque mater. Vtrumque tamen hoc poſtea mutatum conſtat. Illud hic ex moribus addendum, quod Iure Saxonum etiamnum juxta tenorem huius textus mater excluditur a patre. Patre verò mortuo excluſis fratribus aut ſororibus, admittitur mater ſola. Sed & plenam proprietatem parentes in bonis liberorũ retinent, etiam poſt tranſitum ad ſecunda vota. *Lib. Lantrecht Saxon. art. 17. Forſter. lib. 7. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 8. num. 4.* Quod poſterius etiam Conſuetudini Tranſiſulaniæ convenit. Secundum eam tamen pater & mater admittuntur ſimul, & plenam proprietatem ut Iure Saxonum acquirunt.

Ad l.

Ad l.in ſuis. 14.

Vide quæ poſuimus ſuprà *ad l. in ſuis De Lib. & Poſth. Her. Inſt. Vel Exher.*

Ad l. ult.

Ad hanc l.vide noſtra in l ſtipulatio hoc modo.61.De V.Obl.

Ad Senatuſconſultum Tertulianum.

1 HIc titulus conjungitur * ſuperiori, quia quorum ſucceſſeſsio SC. Tertulliano probata eſt etiamſi agnati non ſint, inter legitimos tamẽ vocantur,ut mater quæ vocatur ad hæreditatem filii totã poſt cõſanguineos fratres & poſt patrem, vel cum conſanguineis ſororibus in ſemiſſem,ex hoc SC.vel oratione Divi Pij hodie ſimul in capita.Vice verſâ quoque filius ad matris hereditatem vocatur ex SC. Orphitiano, ſive Oratione Divi Marci,excluſis conſanguineis & agnatis defun-
2 ctæ matris. Sed in his * quoque rebus hodie et ex Novellarum jure facienda diſtinctio eſt.

l. filij. 6.

§.1.) Huic §.ſolet opponi *l.1.§.Plane.Si Tab.Teſt.Nul.Exſt.*quæ ſolet opponi.

Ad l. ille à quo. 13.

Vide noſtra ſupra in l. filius. 9. De His Qui Sui Vel Al.Iur.Sunt.

Liber Trigeſimus Nonus De Operis Novi. Nunciatione.

Ad l.1.

1 NVnciatio novi operis * fieri poteſt,ſive jure ſive injuriâ opus faciendum prohibeatur. *tex.hic.* Vtroque enim caſu ab opere cepto ceſſandũ eſt; idque exemplo appellationis *tot.tit.Pend.Appell.Nihil Innov.*
2 Niſi tamen in ipſo actu nunciationis * ſit peccatum; verbi gratiâ ſi pupillus vel ſervus nunciaverit. *ut inf.eod.l.de pupillo. & alibi non rarò gl.hic.*

Probabile,

Digitized by Google

Probabile quoque* eſt, ſi prohibitus hoc poſtulet, nunciantem teneri ad dicendam prohibitionis cauſam. *Bart. hic. num. 14* nam & ad juramentum calumniæ tenetur, *l. 5 § qui opus. 14. inf. eod.* Quid ergo ſi * nuncians in poſſeſsione vel quaſi ſit an ad cauſam exprimendam teneatur? & ſi hoc ipſum exprimat nuncius quod in poſſeſsione ſit, id pro cauſa habendum eſt, & conſequenter non eſt opus aliam cauſam reddere *Bart. & Zaſ. hic. num. 15.* ſin minus rectius dicimus eum ad cauſæ alterius pronunciationem teneri priuſquam ad juramentum calumniæ admittatur. *arg. clem. appellanti. & ibi gl. de appell.* 3 4

§. 1.) Edicto hoc * adverſus opera futura non præterita ſeu perfecta proviſum eſt, ſed contra quæ interdicta quod vi aut clam, & alia remedia ſunt parata. *ut hic & inf. in hac eadem l. §. ſi quis ædificium.* Sed an etiam contra * deſtinantem ædificare nunciatio teneat? diſtingui oportet, An conſtet nuncianti de opere futuro, & contra minima incepta nunciare poteſt, licet nondum appareat quid ſit futurum, *l. 5. §. 2. eod.* ſed ſi id ignoret, nihilominus poteſt nuntiare, *ut. inf in hac l. §. poteſt autem 8.* verum ita, ſi res jam ad aliquem actum aut faciem operis, ut ait juris autor, pervenerit. *l. ſtipulatio, 21. § opus autem. inf. eod.* Si vero de ſolâ animi cõceptione conſtet, confeſſoria & negatoria actio parata eſt, in quibus quid judicis officium ſit, luculento textu infrà explicatur. *in l. 15. inf. h. t.* 1 2

§. Nunciatio.) Ad novi operis nunciationem * requiſitione prætoris non eſt opus *tex. hic.* quod de nudo actu denunciandi acceptum eſt, quia rem ſopiri oportet officio prætoris *l. 5. §. qui opus. 14. inf. h. t.* Moribus tamen * Galliæ ad ipſum actum denunciandi authoritas magiſtratus requiritur, *Cujac. trac. 9. ad Afr. in. l. 15. inf. eod.* Et quidem plenior prohibitio eſt quæ authoritate prætoris fit, quam illa quæ fit ſimplicius. Quod verò * hic Doctores diſputant utrum minor adverſus ſpretam novi operis nunciationem reſtituendus ſit, *Bart. Ruin. poſt gl. hic*: indignum quæſtione eſt, cum ſc. id ex facto metiamur utrum ſpretâ nuntiatione magnas impenſas in opus fecerit, an minus, ut priori caſu eum reſtituendum dicamus, ob inconſultum ætatis, *ut tot. tit. De Min.* ſin minus reſtituendus nõ ſit, *arg. l. 4. De In Int. Reſt.* 1 2 3

Ad §. fin. legis. 1. & Ad l. 2.

An uſufructuarius novũ opus nuntiare poſſit, quarumque ſervitutum nomine nunciatio fieri queat vel contra non fieri, quia alibi explicamus generatim, nihil in præſenti moviſſe quam pauca obiter annotare magis duxi. *Vide quæ ponimus late in l. un. De Remiſſion. inf. eod.*

§. Si quis ædificium. 13.

Ad hunc §. vide quæ poſuimus infra. *in l. prætor. 20. §. ſive autem. eod.*

Ad l. 3. §. fin. & ad l. 4.

X Si quid

Si quid in publico fiat, omnes cives novũ opus nunciare poſſunt, eò quod reipublicæ intereſt, quam plurimos ad defendendam ſuam cauſam admitti. *tex. hic.* Quod tamẽ de incolis vix poſſet dici, *arg. d. tex.* quanquam eum tanquam inquilinum aut colonum nomine locatoris ad exemplum fructuar ij nunciare poſſe, idque cauſâ utilitatis, admitti conveniat. *arg. l. 1. C. ſi per vim.*

Ad l. 5.

1 Princip.) Pupillum * nunciare novum opus non poſſe ſine authoritate tutoris, certum eſt, *per hunc text.* Quid igitur * ſi pubes ſit? Du-
2 arenus eum admittendum vix putat, *Duar. c. 5. h. t.* Sed hoc in dubiũ vocari queat, quia id de pupillo relatum eſt nominatim, *ut hic.* & aliàs puberem obligari poſſe conſtat, *l. puberes. 101. De verb. obl. ubi vide noſtra.* Diſtinguimus proinde, ut nunciare poſsit ſed ità ut curatorem eligat ubi ad iudicium deventum ſit; *arg. l. 1. §. nuntiatio ex hoc edicto ſup. eod.* itaque Duareni ſententiam, accipimus aliàs non item. *t. t. C. Quib. Leg. Perſ. In Iud. Non. Eſt.*

1 §. Si quis ipſi. 7.) Si ipſe prætor aliquid * novi operis moliatur, nunciatio ipſi fieri non poteſt. Itaque tum proteſtandum eſt, quæ proteſtatio poſtea operatur ut retro intelligatur nunciatum *per hunc text.* Quâ in re cautela * eſt, ut in teſtationem referatur ad quam uſq; quã-
2 titatem opus tempore nunciationis pervenerit. *l. 8. §. 1. inf. eod.* Sed
3 moribus * hujus ſeculi obtinet, quia magiſtratus locorum multis in regionibus hodiè perpetui ſunt, ut etiam durante eorum officio à nũciatione non excuſentur. Et ſolet ejus rei proſequendæ cauſâ par majorue poteſtas inuocari.

§. Meminiſſe. 10.) Si quis in noſtro ædificare * velit, melius eſt prohibitionem per iactum lapilli, vel prætorem aut interdictum quod vi aut clam, fieri, quam per directam novi operis nunciationem. Ra-
2 tio eſt, quia * per hanc poſſeſſionem quodammodo amittimus, cùm in rem ſit. *l. 10. inf. eod.* quod in illis remedijs non ita eſt *tex. hic.* An ve-
3 rò prohibitione ſimplicius * factâ poſſeſsioneque ità tranſlatâ demoliri opus authoritate etiamnum noſtrâ poſsimus (puta iuxta permiſsionem iuris, *in l. quemadmodum. 29. ſup. Ad L. Aq.*) quæſitum eſt. quod Vaudus non putat. *2. q. 36.* eò quòd poſſeſsio intelligatur tranſlata. Sed hoc cum modo accipiendum eſt, ſi puta demolitio tentetur poſt aliquod tempus, ità ut per hoc palam ſit poſſeſsionem iam eſſe amiſſam. At ſi idem tentetur in continenti, rectius dicimus, eum in cuius prædio ædificatur, impune ſuâ authoritate opus demoliri. *arg. l. 3. §. 26. De Vi Arm. fac. l. 1. §. 2. ſup. h. t. Duaren. hic.*

§. Si quis rivos. 11.) Hic §. relatus eſt infrà *in l. 20. §. ſive autem. eod.*

Ad l. & ideo 6.

Quod

Quod dicitur, * procuratorem, qui poſt nunciationem alteri factã hoc nomine ſatis accepit, & deinde interdicto convenitur ne vis fiat ædificanti, ſatiſdare non cogendum, ratam rem dominum habiturũ, *tex hic.* id eò fit quia ſuſtinet partes defenſoris. *l. prox. §. fin. ſup.* Neque his repugnat * l. vel in operis. 26. De Procur. quia ibi opus nunciatũ eſt procuratori ipſi, ut in agendo deinceps ex interdicto ſuſtineat partes actoris, tum enim procurator de rato cavere tenetur, ne poſtea dominus fortè rem aliter velit defendere; ut puta ſi procurator patiatur opus deſtrui, quod dominus fortaſſe non pateretur. At in propoſita l. procurator qui alteri nunciavit partes ſuſtinet defenſoris, eò quod convenitur interdicto prohibitorio, *l. prox. §. fin. ſup. h. t. Pac. cent. 2. q. 41.* Plane ſi procurator novum opus nunciet & de mandato eius certum non ſit, quin perinde tum quoque, ut aliàs, de rato cavere teneatur non eſt dubitandum *gl. in l. 13. princip. inf. eod.* 1 2

Ad l. non ſolum. 8.

§. Sciendum.) Is cui novum opus nunciatum eſt, ab opere incepto ceſſabit donec caverit, vel nunciatio remiſſa ſit. *ut hic.* Docere verò nuntians de jure ſuo intra tres menſes tenetur; quibus elapſis ſi res æquè in obſcuro ſit, ædificans de opere rurſus demoliendo, ſatiſdatione oblata, pergere poteſt. *l. un. C. h. t. c. pen. & fin. ex. eod.*

§. Morte.) Nunciatio extinguitur vel morte * nunciantis, vel alienatione. *ut hic.* Sed hoc de morte ità eſt, ſi res adhuc * integra ſit. Nec mutat igitur l. prætor ait, 10. §. hoc interdictum. 6. & §. fin, inf. eod. quia ea procedit in interdicto operis jam facti demoliendi; *gl hic. Iaſ. ibidem num. 8. Zaſ. num. 1.* Planè ſi res adhuc * integra ſit, hæredem nũciationem renovare oportere dicemus, cum à defuncto facta extinguatur, *per hunc tex.* niſi nunciatio pro ſe & hæredibus fiat, *arg. l. 37. §. 1. De Recep. Arb.* Item ſi is decedat cui * nunciatum eſt, rectiùs dicimus nunciationem non tolli, ſed hæredi quoque opus demoliendum eſſe, *l. pen. inf. eod.* Quod verò dicimus alienatione nunciationẽ extingui; * ità accipiendum eſt, ſi res res cuius contemplatione nunciatio facta eſt, alienata ſit, nam ſi id alienetur in quo ædificatur, contrarium dicimus, *l. ult. inf. eod.* cum nunciatio rem ſequatur, *l. 10. inf. eod. gl. & Alex. ab Im. hic.* 1 2 3 4

Ad l. 13.

Principium hujus l. relatum eſt ſuprà, *in explicatione l. 7. ad fin. h. t.* ubi vide.

Ad l. ſi priuſquam. 15.

Vt hæc l. accipienda ſit, DD. diſputant, * Plerique verba hæc, *Idemque è contrario ſi cum agere vellet quis, ſibi jus eſſe invito adverſario altius tollere:* accipiunt de negatoria actione *DD. communiter hic, Connan. lib. 4. Comm. c. 7.* quia ſc. contendens ſibi jus eſſe altius tollere re ipſa neget alterũ contrariam ſervitutem non habere; Zaſius contra quia re ipſa 1

Digitized by Google

ſervitus quædam detur altius tollendi, *per l.1. De Serv. Præd. Urb. Zaſ. lib. 1. Sing. Intell. c. 4.*
2 Rectè verò * Cujacius, figurâ verborum eam confeſſoriam eſſe, vi ipſâ negatoriam, quia actor hoc modo ſervitutē neget ædes ſuas debere altius non tollendi, adſerat verò libertatem. Nec appoſitè objecerit Zaſius poſteriori legis huius caſu nullam pœnā contumacis eſſe, cum contrarium conſtet ex ipſo textu, cum eum cavere oporteat ſe nec opus novum nunciaturum, nec adverſario vim facturum. *ut hic.*

Ad l. prætor ait. 20.

1 §. Sive autem.) Novi operis nunciatio locum * habet, ſive vacuus ſit locus ubi ſtruitur, ſive ædificatus. *tex. hic.* An hoc etiam ità de operis pridem perfecti reparatione ſit * videamus, magiſque de eo diverſum dicimus, *arg l. 1. §. 1. ſup. eod.*
2 Unde licet inter Doctores non convenire videtur *, eò quòd Dinus & Alciatus refectionem huc pertinere vix putant *per d. l. 1. §. 13. Din. & Alc. in l. 1. §. ſi quis ædificium. 13 ſup. eod. per illum text.* Bartolus verò aliter putat, *Bart. in d. §. 13. Duar. c. 16. hic; Pelin in c. conſuluit. de iudic:*
3 res tamen omni difficultate caret, quia refectio nunciationem admittit; ſi facies priſtina reficiatur ut mutetur, ita ut jus noſtrum novo quodam more per hoc lædatur aut officiatur; quo ſenſu Bartoli & ſequentium ſententiam admittimus, *per hunc tex. & arg. l. 5. §. ſi quis rivos. 11. ſup. eod.* ſi verò facies priſtina reficiatur in eandem omnino formam, nunciatio novi operis ceſſabit, *per d. l. 1. §. 1. & §. 13 ſup. eod. fac. Zaſ. ibidem.*

§. Hoc interdictum & §. fin. Relatus & explicatus eſt ſuprà, *in l. 8. §. morte. eod.* ubi vide.

Ad l. ſtipulatio. 21. §. 1.

Ad hanc l. tractare decretum eſt ad l. un. C. eod.

l. Penultima.

Relata & explicata eſt ſuprà in d. l. 8. § morte.

Ad l. ult.

1 Novi operis nunciatio * in rem eſt, *l. 10. ſup. eod.* l. 8. §. morte ſup. eod.
2 Denique ex propoſito * textu conſequens eſt, ſi nunciatio fortè operarijs facta ſit & dominus ædificare pergat, nihilominus teneri dominum ſuis impendijs opus deſtruere *junge l. 1. §. & adverſus. 1. ſup. eod. Corraſ. ad l. 1. num. 2. ſup. eod.* ac tametſi id Caſtrenſis non ita tradat, *ad l. pen, in fin. ſup. eod.* juri tamen conveniens hæc ſententia eſt & idcirco in judicando ſervanda. *arg l. officiū. in fi. De Re Vind. & l. 31. Depoſ.*

De

Digitized by Google

De Damno Infecto, Et Suggrundis, Et Proiectionibus.

TIT. II.

Ad l. dies. 4.

§. Duas 3.) Quod hoc textu utcunque argui videtur, magiſtratibus municipalibus conceſſum eſſe mittere in poſſeſſionem, Id ità temperandum eſt, ſi hoc ad magiſtratus municipales per prætorem ſit remiſſum ut ex principio hujus ejuſdem legis conſtat. Obſtat enim alias l. ea quæ. 26. Ad Municip. junc. l. 4. De Iuriſdict.

§. Hoc autem judicium 8.

Damni infecti nomine cautionem poſtulare non aliter poſſumus, quam pro tribunali. *tex hic.* An autem libelli exhibitio ad hanc rem neceſſaria ſit, vix conſentiunt authores Speculator enim eo haud opus putat. *tit. de lit. conteſt. §. nunc dicendum. num. 28.* Bartolus aliter, *Bart. hic. num. 10. & 11.* Sed in hac re mores ſingulorum judiciorum tenendi ſunt. Qui ſi utrumvis modum admittant, vel aliàs incerti ſint, cautela eſt, ut poſtulatio hæc oretenus facta in rei memoriam ad acta redigatur.

Ad l. Prætoris. 5.

Princip.) Quod hic dicitur officio* prætoris in poſſeſſionem miſſo uſucapionem currere, id de ſecundo decreto accipiendum inter omnes conſtat. *tex. et DD. hic.* Quo ſc. jubetur poſſidere *ut in l. 7. princ. inf.* Atque ità intelligendum quod alibi refertur, juſtè poſſidere eum qui authore prætore poſſidet. *l. juſtè, 11. De acq. poſſeſſ.* Siquidem ex primo decreto miſſus poſſidere non cenſetur,* ſed tantum rei ſeruandæ cauſâ in poſſeſſione eſſe, donec per hoc tædio afficiatur vicinus & præſtet quod ipſi incumbit. *c. quoniam frequenter. §. fin. ex. eod* Quæ miſſio ſi vicinum non conſtringat, ſed eâ non obſtante, nihilominus cautionē præſtare moretur, alterum decretum interponitur, quo is cui non cavetur, jubetur poſſidere. *l. prætor. 7. princ. inf. h. t.* Num verò miſſus ex ſecundo * decreto & una dominium quærat, ſi dominus ſit contra quē miſſus eſt, videamus, & hoc nonnulli putant, ut & ſi adverſarius non ſit dominus, præſtetur tantum conditio uſucapiendi. *gl. in l. 2. in fin. ſi ex nox. cauſ. ag. Specul. in tit. de primo & ſec. decr. par. ult. num. 1. Guid. Pap. in hoc trac. num. 38.* Alij contra, prætorem miſſione ſuâ dominum non facere. *Cujac. ad Afr. trac. 9.* Sed prior ſententia de quaſi dominio, ſeu dominio improprio obtinet, poſterior de proprio. Tribuit enim prætor iuſtam poſſeſſionem, ſeu ut alij dominium poſſeſſionis quod & ad

X 3 dominium

dominium proprium quærendum uſucapiendi conditionem præſtat. *ut. hic & l. 3. §. fin. De acq. poſſ. ff.* quæ tamen incipiat demum per decreti ſecundi interpoſitionem, *l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. inf. eod.* Vnde & eſt, quod ante uſucapionem completam poſſeſſionis nomine utilia tantum interdicta, & rei ipſius reſtituendæ ſolam in rem Publicianam habet. *l. damni. 18. §. pen. inf. eod.* Nec mutat *l. 5. Comm. Diu. l. 1. de Fun. Dot. & l. 2 ſi ex Nox. Cauſ. Ag.* quia eæ ſecundum eà quæ diſſervimus, de dominio propriè ità dicto accipiendæ ſunt *ut & in l. 1. et 2. De bon. poſſ.* eò quod domini ipſius loco *ſit. arg. §. quos autem Inſt. de bon. poſſ.* Illud tamen miſſus adverſus dominum habet, quod dominus cui poſſeſſio adempta eſt, rem quidem vindicare nequeat, eò quod miſſus in ipſius ſucceſſerit locum; aliàs verò contrarium ſit, quod videlicet dominus necdum longo tempore completo eam tum avocet rectè.

l. Prætor ait. 7.

Principium hujus l. de primo & ſecundo decreto, relatum eſt ſuprà *in princip. l. 5. h. t.*

Ad l. his qui. 12.

Creditore miſſo in poſſeſſionem ex ſecundo decreto damni infecti non ſatiſdante, nec cavente pro eo domino, vicinus cui non cavetur potior eſt. hæc eſt mens hujus legis, *convenit l. 15. §. ſi qua jura. cum §. ſeq. inf. eod.* Nec mutat l. 44. §. damni. inf. h. t. quia eadem alio procedit caſu, *ut dixi ibidem ubi vide.*

Ad l. ſi finita. 15.

§. Iulianus. 16.) Ad hunc § pertinentia poſita ſunt latè ſuprà, *ad l. prætoris. 5. h. t.*

§. Non autem. 21.) Non pauló poſt primum decretum mox interponendum ſecúdum eſt, ſed pro re natâ & circumſtantiarum qualitate judici exſpectandum est modò diutius, modò brevius, *ut. hic;* Tametſi igitur nonnulli autumant hanc rem anno finiendam, *Specul. de ſec. decr. § juxta. num. 2. Innocent. in c. dilecto de verb ſignif.* Hic tamen textus arguit quod pleriſque probatum eſt, ejus rei arbitrium judici reliquendum eſſe, *gl. hic. item gl. et Bal. in l. pen. C. de bon. auth. jud. poſſ. Covarr. 3. Var. reſol. in fine.* Quod & moribus ſervatur & tutius eſt.

§ Sed quæ jura. &c.

§. Item quæritur.) Hi §§. relati ſunt infrà, *in l. 44. §. damni. eod.* quæ ſolet opponi. Vide quæ ponimus ibidem latè.

Ad l. inter fructuarium. 20.

Cautio damni infecti locum non habet ſi vicino alijs actionibus ſit proviſum. *ut hic. & l. damni. §. ei cujus. ſup. & l. inquilino. 33. inf. h. t.* Quod quatenus inter ſocios accipiendum ſit, paulò latius infra tractamus. *in l. 39. h. t.* Illud autem obſervandum eſt, quod dicitur hic refectionem ad onus fructuarij non pertinere, id accipiendum eſſe de ædificatione

ficatione, graviori, verbi gr. ſi paries vel quæ alia domus pars ruerit ſiquidẽ modicam refectionẽ ad fructuarium pertinere certum eſt, *l.uſuſfructu,7.§.quoniã l.ſed cum fructuarius.65. De uſufr.& quem. quis ut. fru.*

Ad l.ſi ædibus. 32.

Vide quæ poſuimus infra *in l.39.princ.eod.* ubi hæc relata eſt & obiter explicata.

Ad l.inter.39.

Princip.) Inter quos paries communis eſt ædificiorum nomine quæ quiſque propria habet ſtipulari damni infecti ſolet. Sed hoc duobus tantum caſibus neceſſarium eſt, ſcilicet aut cum alter ſolus ædificat, aut alter ædes multò pretioſiores habet. *tex.hic.* Nec mutat l.prox. §.1.in fin.inf.quia eam accipi oportet ſecundũ ea quæ ibi proponũtur, cum nimirum ex damno jam facto, par in pariete communi cuſtodidiendo eſſet culpa. Quamobrem verò extrà eos caſus damni infecti non caveatur commodè quæritur; & in cauſâ eſſe conſtat, quod alteruter eum ædificare ſolus poteſt, & expenſas iudicio ſocietatis aut cõmuni dividundo repetere. Itaque extra hos caſus damni infecti ſtipulatio interponitur inutiliter, *l.ſi ædibus.32.ſup.eod.* id eſt ex abundanti, nam ſi interpoſita ultro ſit quin ex eadem actio detur, non eſt dubitãdum. *l.damni 43.§.1.& 2.inf.eod.*

Ad l 40.

§.1.) Vide quæ ponimus ſuprà. *in l.39.princip.hic.*

Ad l.damni. 43.

§.1.) Vide quæ poſuimus ſuprà, *ad d.l.39.princip.*

Ad l.cum poſtulaſſem.44.

§. Damni.) Damni infecti nomine in poſſeſſionem miſſus, ſi poſſidendo dominium ceperit, & deinde cõveniatur à creditore contendẽte ſibi ædes eas eſſe obligatas: creditor non audietur, niſi impẽſas quas poſſeſſor adhibuit, præſtare ſit paratus *tex.hic.* Atque hic illud vix planum videtur, quod admittitur utcunque ut creditor pignoratitius impenſis refuſis poſſidere iuſſo præferatur. Opponitur enim l.his qui. 12.& l.15.§.item quæritur.ſup.eod. Sed hæ accipiendæ ſunt de creditore qui ipſe ædes vitioſas iure pignoris poſsidet, *ut apparet ex ſpecie l, 11.d. legem 13. præcedente.* huic enim non ſatiſdanti ob damnum infectum (modò nec debitor repromittat.id eſt,caveat) præfertur vicinus cui cautio à neutro præſtatur. Quod & in fructuario ità eſt. Rurſus quod hic dicitur poſsidenti ex ſecundo decreto longâ poſſeſsione dominio quæſito, præferri hypothecarium creditorem, id quidem iure veteri rationem habet; quippe quo uſucapio ædium complebatur biennio, ut ſalua nihilominus poſt eam completam, creditori eſſet hypothecaria. neque enim uſucapio ejuſmodi perimebat pignus. *l.1.§. cum prædium. De* [illegible] ubi vide noſtra, *l.juſto.44.§.non mutat. De uſucapion. l.uſucapio.*

l. uſucapio. 7. C. de pignorib. Sed jure novo immobilium uſucapio longi temporis decem vel viginti amorum præſcriptione finita eſt. *tot. tit. C. de uſucap. transform. & tit. C. de long. temp. præſ.* & conſequenter hoc ità mutatum, ut diuturno ſilentio, id eſt longi temporis præſcriptione pignus quoque unà cum dominio tollatur. *l. 1. & 2. C. ſi adverſ. cred. præſ. opp. l. 7. & l. ult. C. de Obl. & Act.* nam & olim ei qui longi temporis præſcriptione munitus erat, ex eâ re exceptio contra creditorem erat *l. creditor De diverſ. & temp. præſcrip.* Denique & quod hic dicitur, emptori pignoris non tribui, ut impenſas ei creditor refundat, perinde nec ſine difficultate eſt, obſtare enim videtur l. Paulus. 29. §. domus. De Pignorib. ubi creditor haud aliter admittitur, quàm ſi refundat ſumptus in aream obligatã erogatos: ſed ibi agitur de ſumptibus quibus ædificium exuſtum recens denuo ab area eſt exſtructum hos enim agnoſcit creditor, quoniam ſinè his domus nullum pignus eſſet; hic verò agitur de ſumptibus ſolius refectionis.

Ad l. ult.

Vide quæ poſuimus ſuprà, *in l. ſenatus, 52.* ubi hæc relata eſt *De Contr. Emp.*

De Aqua Et Aquæ Pluviæ Arcenda.

TIT. III.

Ad l. 2.

§. Apud Alfenum.) hic §. relatus eſt ſuprà, *in l. quoties, 15. §. ſervitutum. De ſervit.* quæ ſolet opponi, ſed ſolutionem Vide ibidem.

De Publicanis Et Vectigalibus.

TIT. IV.

Ad l. 1.

§. fin.) Quia in principio hujus l. relatũ eſt, ſi familia publicani vi aliquid

aliquid ademit, aut damnum dedit, niſi exhibeantur qui deliquerunt, prætorem in dominos ſinè noxæ deditione judicium polliceri: juris author monet, id etiam ità eſſe, tametſi eos exhibere non poſſint. *tex. hic.* Ratio eſt, quia obligatus ad id quod fieri poteſt, tenetur etiam is qui id facere non poteſt. *l. multum. 34. De verb. ob.* Quamobrem non obſtat l. ſed & hi ſi. 13. §. pen. inf. eod. quia ibi de ſervo mortuo agitur, qui exhiberi per rerum naturam nequit; nemo verò tenetur ad impoſſibile. *l. impoſſibilium. 185. De Diu. Reg. Iur.*

Ad l. fraudat. 8.

§. Sed ſi unus.) Ex eo quod hic dicitur, * ſi unus ex pluribus hære- 1
dibus in re communi fraudem faciat vectigali, cæteris portiones non auferri, annotatum eſt, Si unus heredum emphyteutæ portionem canonis non ſoluat, rem emphyteuticam pro parte tantùm non ſoluêtis cadere in commiſſum. *allegati d. Ioan. Andr. ad Spec. tit Locati q. 71.* Non
mutat * l. heredes. §. in illa. ſup. Fam. Erciſ. & l. 5. §. ſi ſortem. inf. de V. 2
Obl vbi ſolutione pro portione ſua ab uno ex heredibus ſtipulatio pœnæ nihilominus adverſus omnes committitur; quia id ad pœnas commiſſi non pertinet *ut hic.* Malè proinde Speculator & Clarus per illas leges; diverſum putant, male quoque Immolenſis Iure Civili id non ita eſſe, Iure Canonico diverſum fore *arg. c. ſuam. de Pæn. Spec. d. lo. Clar. §. emphyteuſis. q. 9.*

Ad l. locatio. 9.

§. 1.) Nemo invitus ad conducendum vectigal cogitur, nec is adeo, qui ante id habuit conductum. *tex. hic.* Quod etiam ità eſt, licet tantidem elocari non poſſint *l. 3. §. cum quinquennium. De Iure fiſ.* Nec mutat l. cotem. 11. § fin. inf. eod. quia is §. ſpecialis eſt ut publicani vectigal tantidem denuo conducere compellantur, ſi maximum quæſtum ex præcedenti conductione pararint. *tex. hic.*

Ad l. vectigalia. 10.

Princip. huius l. pertinet ad tit. C. Noua vect. Inſt. Non poſſe.

§. Fin) Hunc §. ita accipe: Pelli conductores, non ſolutis vectigaliũ penſionibus, tempore conductionis necdum completo poſſe, cum modo accipiendum eſt, puta ſi ſtatis locatione diebus non ſoluant. Quo modo & accipitur l. æde, C. Loc. Cum tamen in fine anni penſio ſoluatur, ut quidem moribus obtinuit; & rationi convenit. *vide tex. & noſtra in l. qui hoc anno. inf. De V. Obl.*

Ad l. cotem ferro. 11.

§. Qui maximos.) Hic §. relatus eſt ſuprà *ad l. 9. §. 1. eod. tit. in noſtris.*

De Donationibus.

TIT. V.

Ad Rubr.

1 DOnatio eſt * contractus juris gentium, qui conſenſu perficitur, quo
ſc. donatario liberalitate donantis aliquid donatur Planè cum Iu-
re novo negotium hoc, ſolo partium conſenſu, neceſſitatem tradendi
pariat, *§. 2. Inſt h. t l. 6 l. ſi quis argentum. C. eod & alibi ſæpius. fac. Nov. 119.*
c. 1. non ineptè cenſueris titulum Inſt. eod. vix poſitum ſuo loco; An
autem jure veteri donatio etiam ad contractus referri debuerit, quæri
2 poteſt, * arg. ejus quod dicitur donationem ad contractus bonæ fidei
non referri, *l. cum qui. 33 inf. eod.* Magis tamen eſt, eam in generalis cō-
ventionis formâ ſubſtetiſſe. Idque argumento ejus evincitur, quod do-
natio olim inter modos acquirendi dominij relata fuit. *fac. ordo Inſt. De
don.* nec obligationem pariebat præterquam ſi acceſſiſſet ſtipulatio aut
traditioni ipſi conventio quæ actionem præſcriptis verbis producebat
arg. l. 38 inf. eod. idque non vi ſua, ſed quod & aliàs traditionibus adiun-
cta pacta ad actionem illam pariendam valerent. *l. in traditionibus. 48.*
3 *ſup. de Pact.* Nec * mutat l. 33. inf. eod. quia ibi contractus vox pro cō-
ventione ponitur; ſpecies pro genere per metonymiam. Perinde ac-
cipienda eſt l. ult. §. 1. inf. eod. ubi donatio ante traditionem dicitur pro
ſolâ donationis conventione, Denique ſi ſtipulatio acceſſit, quin con-
tractus fieret, certiſsimum erat, ſed non tam vi ſuâ quàm acceſſoriæ ſti-
pulationis; ad hoc inventæ ut ceteros contractus firmaret. *not. in l. 1. De
verb. obl.* Illud certum eſt, * donationem non traditione modò, aut
4 ſtipulatione, ſed ſolâ interdum permiſsione perfici potuiſſe. *l. 2. §. 2. l.
12 h. t.* quod in donatione incorporalium potiſsimum habebat uſum.
Sed hoc ita ut permiſsio interim inſtar traditionis eſſet. *l. qui ſaxum. 6.
inf. eod.*

Ad l. 1.

Donatio alia eſt eſt propria, alia impropria. Propria eſt quæ ex cauſâ
1 liberali fit, * quo nimirū res ſtatim accipiētis fiat, nec ullo caſu rever-
2 tatur ad accipientem. *tex. hic.* Et hæc igitur * in dubio præſumitur, ſi
pareat quidem rem eſſe donatam ſed de aliâ ſpecie non conſtet. quia
regulare eſt, quotieſcunque de vocis intentione ambigitur, propriam
accipiendam *arg. l. 1. §. licet. verſ in re. De Exerc. Act. l. non aliter. 69. De
Leg. 3. Moſſ. de don. c. de din. don. n. 20. Schneid. ad tit. Inſt. eod.* Impropria
3 donatio eſt quæ non ſolo liberalitatis * intuitu confertur, qualis eſt
quæ ſub modo & conditione, verbi gratiâ causâ mortis aut nuptiarum
4 fit. *ut hic.* Planè & conditionalis * donatio impropria eſt, verbi gra-
tiâ, dono centum ſi navis ex Aſia venerit; *hic in princ. verb. ut ſtatim velit
acci-*

Digitized by Google

accipientis fieri. ac tametſi id Accurſio viſum non eſt, *gl. hic in voce ſecutū, quam communiter probatam dicit Cur. Iun. in l. 1. ſi cert. pet. Clar. de don. q. 2. num. 1.* eò quod impropria hic dicitur quæ ſub conditione reſoluitur: ſciendum tamen eſt impropriam donationem hic non definiri, ſed tantum declarari exemplo donationis quæ ſub conditione reſolvitur. alioquin nec donationem remuneratoriam impropriam dicemus. Quod tamen plerique improbant, *gl. & plerique in l. Aquilius. & l. ſi pater. 34. §. 1. inf. eod.* Denique & complures aliæ ſpecies * donationis impropriæ evenire queant, quarum tamen nulla ſoluatur ſub conditione; exempli cauſa, quæ fiunt ob cauſam. Nec mutat * quod dicimus etiam donationem poſſe fieri ſub conditione, *l. donatio. C. eod.* quia id quidem ità eſt, ſed inde non ſequitur, propriam liberalitatis qualitatem propter conditionem appoſitam non mutari. Cum donatio alia generalis ſit, quæ & impropriam continet, de qua in d. l. donatio alia propria, quæ ſpeciem conſtituit illius.

5

6

Ad l. 2.

§. Cum vero) Hic §. relatus eſt ſuprà, *in rub. h. t.*

§. Si pecuniam ſ. Donatio ſimplex ſub conditione facta, effectum ſortitur, ſive conditio vivo ſive mortuo donatore exſtet. *tex. hic.* Nec mutat l, ſi ego. 9. De Iure Dot. quia ea non ad donationem ſub ſimplici conditione pertinet, ſed eā quæ fit ob cauſam, quippe quæ morte donantis exſpirat, exceptā cauſa dotis, *ut ibidem.* Diverſum verò eſt in donatione ſimpliciter & ſine cauſa conditionali, *ut hic.* In dote verò ideò id ſpeciale eſt, quia nec defunctus eam repetere poſſet, *l. quod Servius. De Cond Cauſ. Dat.* Niſi palam ſit nuptias non ſecuturas. *l. 6. eod.*

§. final.) Relatus eſt in l. prox. inf.

Ad l. 3.

In donationibus refert an quid dederim ſub conditione & cauſa finali, v. gr. ſi decem tibi dem ea lege ut Stichum emas: an v. ex cauſa aliqua propter occaſionem impulſivā ut ſi decem dederim ſimplicius quibus Stichum emas cum & alias daturus eſſet priori enim caſu cauſa non ſecuta repetitio eſt, & donatio ſolvitur ſub conditione; poſteriori non item *ut hic & l. prox. §. fin. ſup. l. ſi pecuniam. 5. in princ. De condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. 2. C. de condict. ob cauſ. dat. l. prox. § fin. ſup. hic.*

Ad l. filiusfamilias. 7.

Filiusfamilias * ne quidem ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat donare poteſt. *tex. hic.* Id ità niſi gravior fortaſſe ſubſit cauſa. *ut hic in §. 1.* item niſi hoc ei à patre ſit permiſſum ut hic in §. aut in aliqua dignitate poſitus liberam peculij adminiſtrationem habeat, §. ſeq. hic. Denique & ſi juramento donatio ſit firmata, propius dicimus eam 1

2

 ſervari

Digitized by Google

ſervari oportere, etiamſi a patre filio, aut cótra patri, ab hoc eſſet facta. *c. cum contingat. ex. de jurejur. Gail 2. ob. 38 num. 7. Rim. in §. 1. Inſt. hic num. 277.* Nec mutat quod dicimus neminem ſibi ipſi obligari poſſe, *per l. ſi quis pro eo. 56. §. 1. De fidejuſſ.* quia id ità eſt jure civili, cum tamen jure naturæ obligatio inter patrem & filium ſubſiſtat rectè. *l. frater à fratre. De condict. ind.* & idcirco accedente juramento ob periculum ſalutis rata habenda donatio eſt. *c. quamvis de pact. in 6. Bart. in d. l. ſi quis pro eo 56. num. 12. Panorm. in c. cum veniſſent. De inſt. num. 26.* Accedit quod pater filio donare propter nuptias poteſt, adeoque etiam quævis alia donatio facta filio convaleſcit morte patris. *per l. 35. C. de don. inter vir. & ux.* Hoc igitur moribus ſervatur & meritò. *Gail d. lo.* Denique quando
3 liberi * moribus Germaniæ quoties ſeorſim habitare, & res ſuas ſeparatim habere atque agere cœperunt, pro emancipatis habentur: conſequens eſt eos quoque eo caſu donare non inutiliter. Quanquam ſi læſus ſit gravius & minorennes ſint, reſtitutionis eis beneficium auferri per hominem non poſſit. Donationem quoque ob merita ſeu remuneratoriam filio poſſe fieri, receptum eſt. *Moller. 2. ſemeſt. 16. ubi communem dicit. Tiraq. in l. ſi unquam verb. donatione largitus. num. 20. & 21. C. de revoc. don.* Et quanquam priſci juris intuitu donatio patris in filium poſitum in ſacris non tam cenſeatur donatio quam donationis deſtinatio. *l. cum de bonis. 11. C. de don.* quippe quæ emancipatione demum aut patris morte fit efficax. Tamen hanc & ab initio ſubſiſtere poſſe autumant, *DD. in d. l. 11.* idque haud ineptè argumento eius evincitur, quòd voluntate patris permiſſum filiis; & alias fructus bonorum ad patrem pertinentes facilè tacitâ patris voluntate ſuos facit. Atque id igitur moribus ſervatur.

§. Pari ratione.) Hic §. relatus eſt in ijs quæ nos ad l. qui in *poteſtate. 6. Qui Teſt. Fac. Poſſ.*

Ad l. in ædibus. 9.

Donatio non tantùm rerum corporalium eſt, ſed etiam incorporalium. *tex. hic. fac. l. Aquilius. 37. inf. eod.* Unde de uſufructu quæri poteſt, anne is quoque ſinè proprietarij conſenſu donari queat: Quod temperandum ex ijs eſt quæ de alienatione uſufructus in genere alibi diſſeruimus abſolutè. vide noſtra ſuprà, *in l. 11. §. 2. De pignorib.* An verò donatio omnium bonorum valeat & quatenus, infrà tractamus. *in l. 17. §. 1. Quæ in Fraud. Credit.*

1 §. final) Quod hic dicitur, donari * non poſſe niſi quod re ipſâ fiat accipientis, argumento eſt cum effectu non donari rem alienam. *gl. hic.*
2 Sed id ità accipiendum eſt, * ut quidem ex donatione rei alienæ obligatio non oriatur, & iam traditæ nomine non teneatur ob evictionem (ut infrà dicemus in l. Ariſto. §. fin. eod.) donator: quin tamen titulus pro donato interim ſubſiſtat, adeoque ad uſucapionem conducat, dubitari

tari non poteſt. *l. 1. inſ. pro don.* niſi fortaſſe vitium ſubfuerit ex aliâ cauſâ, quod videlicet maritus uxori, pater filio donarit, aut ob aliam cauſam. *l. 2. & 3 eod. tit.*

Ad l. qui mihi. 13.

Verſ. fin.) Relatus eſt hic verſiculus infrà, *in l. 1. §. ſi procurator. tit. 1.* ubi vide.

Ad l. poſt contractum. 15.

Poſt commiſſum * capitale crimen, modò id ante ſententiam fiat, reus donare poteſt. *tex. hic.* nam & ei ſolui poteſt, *l. reo. 41. De Solut.* cum nihilominus rerum ſuarum habeat adminiſtrationem. *l. aufertur. 46. §. in reatu. De Iure Fiſ.* Planè * ſi ſententia ſequatur donationes inter vivos bonâ fide factæ firmæ manent, * ſed mortis cauſâ donatio removetur ut imperfecta. *l. ſi aliquis. 7. inſ. tit. 1.* Id ità nimirum * ob ultimas voluntates, quæ ob ſecutam condemnationem capitalem infirmãtur. *l. 6 § irritum. De Iniuſto Rup. & Irr. Teſt. l. 8. Qui Teſt. Fac. Poſſ.* Denique & in crimine læſæ * majeſtatis ſpeciale eſt, ut poſt commiſſum delictũ donationes à reis factæ non ſubſiſtant. *l. donationes. §. fin. inf. eod. l. pen. & ult. C. ad L. Iul. Majeſt. gl. hic.*

1 2 3 4 5

Ad l. Ariſto ait. 18.

§. final.) Vulgatum * ex hoc textu eſt, ob evictionem rei donatæ actionem non eſſe, niſi quod de dolo agi poſſit, ſi donatarius fortè ingentes in eam expenderit ſumptus. *ut hic. fac. l. ad res. 62. De Ædil. Edic.* aut hoc * nomine ſtipulatio facta ſit *l. 2. C. de Evict.* Sed quod Doctores id etiam ità eſſe putant, ſi donatio ſimplicius * à ſtipulatione initium habuerit, cum interim de evictione cautũ nominatim non ſit, *gl. & alij hic.* rationem non habet, cum nihilominus titulus maneat lucrativus, in quo genere evictionem non admittimus etiamſi per promiſsionem ſit donatum. *Paul. lib. 5 ſenten. 11. adde l. Iulianus. 131. De verb. obl.* Nec ad rem facit l. 1. C. de Iure Dot. quia ibi de dote agitur, cujus cauſa non tã lucrativa eſt quam oneroſa. *l. ex promiſſione 19. De Obl. et Act.* Perinde nec mutat *l. ubi autem. 75. §. fin. De Verb. Obl.* ubi definitur, eum qui ad dandum obligatus eſt, teneri rem facere accipientis, reſpondetur enim quod dare ibi ſignificat tradere, *ut in §. 2. Inſt. eod.* quia donator dominium, ſi id ejus ſit, ex donatione transfert. *§. per traditionem. 43 Inſt. eod.* quod * ſi id donantis non ſit, benignius dicimus, ne ex liberali quidem promiſsione eum damnum ſenſurum. *l. nec liberalitate. 50. De Re Iud.* Atque hoc in judicijs ſequimur.

1 2 3 4

Ad l. hoc iure. 19. §. 1.

Vide noſtra infra ad l. 27. eod.

Ad l. ut mihi. 21.

§. 1.) Donatio ultra * legitimum modum ſinè inſinuatione facta,
1 ſi res adhuc integra ſit reſcinditur ad legitimum modum; ſolutum ex eâ ultra legitimum modum condici poteſt. Quod etiam ita eſt, ſi immodicæ donationis cauſâ debitorem meũ tibi promittere juſſi. *tex. hic.*
2 Modus * autem legitimus olim ducentorum ſolidorum fuit, poſt trecentorum, *l. ſancimus. C. eod.* nunc verò quingentorum, *§. 2. Inſt. eod.* ultra quem nemini donare licet, niſi id actis publicis inſinuetur. *l. pen. C. eod.* Solidos autem noſtri æſtimare conati ſunt *DD. in §. 2. Inſt. eod.* Quorũ tamen ſententiæ uti diverſæ ſunt, ità necdum vidi eam quæ mihi videretur conſtare bona ratione. Moribus quidem ſolidi aureis currentibus æſtimari ſolent Qui ipſi tamen æſtimatione variant pro locorũ varietate, quorum conſuetudinem idcirco inſpici oportet.

1 De donatione * juramento firmatâ quæſitum eſt, an ea ſinè inſinuatione valeat. Sed de hac re ſuprà egimus plenè, *in l. 1. de Iurejur.* ubi vide.

2 Eveniunt tamẽ ſpecies quibus donatio * major legitimo conſtitutionis modo inſinuationem non requirit. Vt ſi donatio vel remiſſio ſit facta in redemptionem captivorum. *l. pen. princ. C. eod.* Item ſi magiſtri * militum ex mobilibus ſive ſuis ſive hoſtibus ademptis erga milites liberalitatem exerceant. *d. l. pen. §. 1.* Deinde ſi quid * donatum ſit in æ-
3 dificationem aut refectionem domus; quæ incendio aut ruina collapſa erat. d. l. pen. §. pen. Idemque eſt hodie * in donationibus cauſa mortis,
4 modò quinque teſtes adfuerunt. *l. ult. C. de mort. cauſ. don.* Denique idem pertinet ad * donationem principi factam, vel collatam etiam à prin-
5 cipe alteri. *l. ſancimus. 34. cum auth. insertâ. C. eod.* Sed quæſitum eſt an id
6 quoque ad dynaſtas aliis ſubjectos referendum ſit, quod * quidem Bartolus perhibet; *in l. ſi conſul. De Adopt.* quia ſc. conſul vel præſes apud ſemetipſum in adoptionem dare potuerit. *per illum text.*

Atque huic rei probandæ argumento utuntur quod Baldus autumat, quod terræ alicujus dominus, ejuſdem princeps cenſetur. *Bal. in l. precibus C. de impub. & al. ſubſt.* Huc etiam ipſe Baldus inclinare videtur, *in d. l. ſancimus. Andr. Barb. in add. ad Bal. ibidem.* Odofredus contra, *allegatus à Baldo d. lo. Sichar. ib. num. 19.* quòd nimirum id de ſolo principe conſtitutum ſit, *tex in d. l. ſancimus.* ideoque in conſequentiam non ſit trahendum, *arg. l. 1. & 2. De Conſt. Princ.* Quod quidem magis eſt, niſi & una juriſdictionem habeat, & res ad conſueta tribunalis ſui acta referatur. cum enim hic actus voluntariæ juriſdictionis ſit, donationem quoq; eam ſecretarij ſui interventu celebrare poteſt, *arg. d. l. ſi conſul.* Et hoc in conceſſionibus feudalibus quæ & ipſæ alienationis liberalis ſpeciem habent, *not. in c. 1. verb. beneficium. de his qui feud. dare poſſ.* quotidie videmus receptum. Alias certum eſt inſinuationis ſolemnioris neceſſitatem ſoli principi ſupremo remiſſam. *d. l. ſancimus.* Nec refert quod dynaſtæ Germaniæ & Italiæ complures hodie ius ma-

jeſtatis

ieſtatis uſurpare dicuntur, neque enim idcirco omnia majeſtati propria communicantur ipſis, cum ius eorum omne vicarium ſit. Id vero de quo agimus proprium eſt majeſtati *per tex. in d. l ſancimus. verb. firmam habere propriam majeſtatem.* Proinde id principibus reliquis qui modò magiſtratus perpetui ſunt, tribui non oportet. Quod & Cujacio viſum eſt. Denique & ad donationem propter nuptias inſinuationē neceſſariam non eſſe certum eſt. *Novel. 119. c. 1.*

Ad l. eum qui. 22.

Qui in præſtandâ pecunia promiſſâ moram facit, ad uſuras non tenetur, cum donatio bonæ fidei contractibus non annumeretur, *per hunc tex,* Donatio itaq; ſtricti juris eſt nec mutat l. Seia, 42. in princip. De mort. cauſ. don. Quia ibi propter exceptionem doli oppoſitam judicium bonæ fidej cenſetur effectum, ut Dorothæus Græcus interpres annotat regulare eſſe. Quod & Cujacius obſeruat.

Ad l. Aquilius. 27.

Donatio remuneratoria * gratuita non eſt, nec facilè idcirco revocatur. Quamobrem ſi quis in compenſationem probæ inſtitutionis, præceptori ſuo concedat cenaculi v ſum, revocari conceſſio ea non poteſt. *ut hic. & l. 34. §. 1. eod. fac. l. 19. §. 1. ſup. eod.* Nec mutat igitur * l. Lucius 32. inf. eod. quia ea gratuita donatione procedit, quæ hactenus precario ſimilis eſt, cum certo tempore non ſit finita. Nam ſi habitatio ſit donata, [c] res magis ad cauſam ſervitutis pertinere videtur. *l. 9. ſup. eod.* Planè quod interpretes de donatione remuneratoria [d] perhibent, eam donationem impropriam eſſe, quia non meræ liberalitatis intuitu fiat. *per l. 1. princ. ſup. eod. DD. hic.* id vel maximè ad donationem reciprocam pertinere palam eſt, arg. hujus tex. à maiori ad minus ducto, *& arg. d l. 34. §. 1. Paul 5. ſent. tit. de don. §. 6. Gail. 2. ob. 43 num. 7. & 8,* undè quæſitum eſt, An ad donationem remuneratoriam inſinuatione ſit opus, magiſque eſt inſinuationem non requiri. *arg. d. l. 34. §. 1. verſ. irrevocabilis eſt. inf. eod. ubi gl.* Nam nec ob metum ſummi periculiità promiſſum revocari poteſt. *l. 9 §. 1, verſ. ad hcet. Quod met. cauſ.* Num proinde ad tollendam inſinuationis neceſſitatem, requiratur, merita præcedentia fuiſſe obligatoria, id eſt talia ut agi ob ea potuiſſet & hoc Baldus perhibet *arg. l. donari. 29. inſ. eod. & l donari. 82. De Reg. Iur. Bal. in l ſi donatione. col. 2. C. de coll. Alex. in l. juriſgentium. 7. §. quinimo. De pact. Ptncl. in l. 1. C. de bon. matern, par. 3. num. 60. 61. 62. 63. qui tamen annotat Baldum ſibi in eâ re non conſtare.* Vocem igitur irrevocabilis *in d. l. 34. §. 1.* ità accipiunt, ut ſi obligatoria merita non præceſſerint, non ſit revocabilis ob ingratitudinem aut cauſam conſimilem; inſinuationis vero neceſſitatem autumant per eam non excludi. Et hoc quidem magis eſt. Quod verò alii diverſum perhibent *per. hunc tex. & d. l. 35. §. 1. Panor. in rubr. de D.*

Don.

Don. Bal. & Caſtr. hic cum modo accipiendum eſt, ſit, puta, meritum præcedens reſpectu donationis ſecutæ perexiguum fuerit, ut ſc. fraus fiat legi. Nec mutant igitur hæc l. & d. l. 34. §. 1. quia eæ ità accipiendæ ſunt, ſi donationes reipſa remuneratoriæ ſint, ex liberali cauſa. *l. 1. hic.*

Ad l. Lucius. 32.

Vide poſita ſup. eod. ad l. 27.

Ad l. hereditatis. 28.

Vide noſtra ſuprà in l. mulier 72. De Iure Dot.

Ad l. Qui id quod. 33.

Refertur infrà *in l. non tantum, De Re Iud. in noſtris.*

Ad l. ſi pater. 34.

§. 1.) De donatione remuneratoria vide quæ ponimus ſuprà *in l. Aquilius. 27. eod.*

De Mortis Cauſa Donationibus.

TIT. VI.

Ad l. 1.

§. 1.) Recenſentur hic aliquot modi diverſi * donationis cauſâ
1 mortis. Quibus obiter & annotandum illud eſt, mortis cauſa donationem non præſumi, præterquam ſi mortis mentio fiat, aut rei donatæ recipiendæ, ſi vel convaluerit donator, vel periculum evadat. *l. Seia, 43. in fin. inf. ubi gl. & DD. l. 1. & 2. ſup. h. t.* Igitur ſi * neutrius ejus rei men-
2 tio ſit facta, etiamſi donans in periculo mortis ſit, tamen in dubio præſumitur donatio inter vivos. Quid ergò ſi mortis quidem mentio fiat,
3 ſed addita * clauſula ſit, donationem non iri revocatam, an ea inter vivos donatio ſit? ac tametſi ob mortis mentionem ad hoc genus referatur; *ut hic.* effectu tamen ipſo pro donatione inter vivos habetur. *l. ubi ità. 27. inf. eod.* Vnde quæri poteſt anne huius quoque donationis
4 facienda inſinuatio * ſit, quod non requiritur. Quando enim eadem formæ intuitu pertineat ad donationem cauſa mortis, *ut hic.* ad eã verò inſinuatio non requiritur, ſi quinque teſtes adfuerunt, *l. ult. C. de don. cauſa mort.* idem quoque dicemus in propoſito.

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. Marcellus. 15.

Donationes cauſâ mortis legatis adæquatæ ſunt. *ut hic.* Quatenus verò id ita ſit videri poteſt ex ijs quæ nos ſuprà in l. filiusfamilias. ff. de Donat, & in l. tam is. 25. §. 1. h. t.

Ad l. tam is. 25.

§. 1.) Filiusfamilias quidem teſtamentum * condere non poteſt, cum non propriam familiam, ſed tantum peculium habeat. *ut alibi explicamus latius.* mortis tamen cauſâ aſſenſu patris poteſt donare. *per hunc tex.* Atque illud expeditum eſt, vide quæ nos latè ſuprà *in l. filiusfamilias, 7. tit, 1.* De pubere minorenni quæſitum eſt, * rectiuſque dicimus, cum teſtari poſſit ſine tutoris authoritate, eũ & eâdẽ ratione poſſe mortis cauſâ donare. *argum. princip. huius l. & l, 17. ſup. eod.* maximè cum & ſinè curatore queat obligari *l. puberes. 101. De verb. obl, ubi tractamus.* Minus ſiquidem eſt mortis cauſâ donare, quippe donatio ejuſmodi, quamdiu ſupereſt donator, perpetuo poteſt revocari. *l. mortis. 16. ſup. eod.* Itemque fieri à filio conſenſu patris poteſt, *ut hic.* Huius quoque definitionis argumentum non leve * illud eſt, quod pupillo mortis cauſâ donatio permiſſa non eſt, quia nec teſtamentum facere poteſt, *l, 1. §. 1. De tut, & rat. diſtr.* His adde argumentum Marcelli, quo concludit, filiofamilias de caſtrenſi peculio mortis cauſâ donare permiſſum, eò quod habet facultatem teſtandi legandi, additâ ratione; quod mortis cauſâ donationes legatis ſunt adæquatæ, *l. 11. ſup. eod.* Quid ni ergo idem argumentum valeat in præſenti. Ac tametſi alij in contrarium diſputant, *Tiraque. de leg. connub. allegatus à Weſenbeck, in com. huius tit, num. 4.* tamen nulla nituntur ſolida ratione: Nam quod attinet ad argumentũ d. l. filiusfamilias. §. pari ratione, eo potius probatur contrarium, cum ibi dicatur, filiumf, donare mortis cauſa non poſſe qua ratione nec teſtari poteſt. Quod ipſum & ſententiam noſtram confirmat, cum probet à teſtamẽti factione ad donationem mortis cauſa bonam argumentationẽ eſſe. Hoc ità, ut donationes ejuſmodi ita demum ſortiantur effectum, ſi non de fraude aut callida machinatione conſtet eorum qui eas extorſerunt. ne nimirum quiſpiam ex dolo ſuo lucrum ſentiat. *per vulg.* Atque ità reſpondi aliàs de facto conſultus inter Lanting & Maerſt.

1 2 3

Ad l. ubi ita. 27.

Mortis cauſa donari ea lege poteſt, ut non revocet eam donator. *ut hic. & l. Senatus. 35. ſic quoque. inf. eod. item l. 13. in fi. ſup. eod.* Malè igitur ij qui nihilominus donationem ita factam perhibent ex pœnitentia poſſe revocari. arg. l. quod Servius. De Cond. Ind. quæ tamen nihil ad rem facit. *Qui diſſentiant, ſed male vi. apud Fach. lib. 5. c. 23. Contr.*

Ad l. inter. 38.

Quod vulgo requirunt ad mortis * cauſa donationem ut præſens 1

præſenti det, *per hunc text*. Id non adeo ſtrictè accipi oportet, ut non &
alteri mortis cauſa donari per interpoſitam perſonam queat. *l. 11. §. 2.*
2 *De don. inter vir. & ux.* Planè jure noviſſimo, ſi quinque teſtibus * adhibitis donatio abſenti fiat, licet difficilius donatio mortis cauſa dicatur, valere tamen eam jure codicilli, tanquam legatum, certum eſt. *l. fin. C. eod. junc. l. ult. § fin. C. de codicill. Bart. hic.* An autem donationem hanc
3 legato magis, an contractui * aſſimilari oporteat, incertũ videri queat. Cujacius quidem ſi inteſtatus deceſſerit donator, contractui eum æquiparat aliàs minus. *Cujac. 3 obſ. lib. 17. in fin. per l. ſi filius. §. 1. De leg. præſt.* Et hoc ante quidem ita fuit ſed poſtea etiam Conſtitutione Divi Pii Legi Falcidiæ locus datus in his donationibus eſt, & in donationibus cauſa mortis ab inteſtato ex placito D. Severi. Itaque hodie ſinè diſcrimine æquiparantur mortis cauſa donationes legatis, ut ſcilicet Falcidia quoque in iis locum habeat. Planè quod de effectu dicimus, id ceſſat in ſpecie l. ubi autem. 27. ſup. eod. Reſpectu igitur effectus hodie ſinè diſcrimine eam dicimus ultimam voluntatem, cum & morte demum cõfirmetur, *l. nõ videtur. 12. h. t.* & interim revocari poſſit, reſpectu formæ verò contractum ſeu conventionem *per hunc text. Boër. conſil. 34. num. 4.*

LIBER XXXX.

De Manumiſſionibus.

TIT. I.

Ad l. apud eum. 14.

Apud eum * cui par imperium eſt, manumittere non poſſum, uſquequam
1 prætor, alias conſulis collega dictus, apud conſulem manumittere queat. *tex. hic.* Nec obſtat * huic textui quod alibi relatum eſt,
2 conſulem minorem apud ſe manumittere non poſſe, niſi apud collegã cauſa probata, *l. 1 in fin. De off. conſ.* quia licet cauſa manumiſſionis apud collegã examinetur, manumiſſionis tamen actus ab ipſo expeditur. *l. ſi rogatus. 20. §. fin. inf. tit. 1.*

De Manumiſſis Vindicta.

TIT. II.

Ad l. apud proconſulem. 18.

Vide quæ poſuimus ſuprà *ad l. 2. §. fin. & l. 3. De off. proconſ.* quæ ſolent

Digitized by Google

ſolent opponi; ſolut. vi. ibidem.

De Manumiſſis Teſtamento.

TIT. IV.

l. uxorem.

Allegatur in noſtris ſuprà ad l. 1. & 2. De Lib. Et Poſth.

Ad l. ſi ſervi. 30.

Servi qui apud hoſtes ſunt, ſi liberi eſſe juſſi ſint, poſteaque redierint, licet neque teſtamenti neque mortis tempore in poteſtate teſtantis ſed hoſtium fuerint, tamen liberi fiunt. *tex. hic.* Quamvis aliàs ij demum liberi fiant qui tempore & teſtamenti conditi & mortis, in poteſtate teſtatoris fuerunt: *l. Servius. 35. inf. eod.*

l. Servius. 35.

Relata eſt in noſtris ad l. 30. ſup. eod.

De Fideicommiſſarijs Libertatibus.

TIT. V.

Ad l. alieno. 31. §. 1.

Vide noſtra ſuprà *ad l. 1. De Codicill.*

Ad l. ſi purè. 37.

Servus qui ex teſtamento domini libertatem conſequitur, & rationes reddere debet, non etiam reliqua reſtituere cogitur. *tex. hic.* Hoc ità niſi ſub hac conditione ei libertas ſit relicta, SI RATIONES REDDIDERIT. hanc enim conditionem plenè interpretamur ut etiam reliqua reſtituat. *l. cum ſervus. 82. De Condit. & Dem.* Alias enim verum eſt ſervum de contractu tempore ſervit. inito non teneri. v. ſub. noſt. lib. 7. c. 8.

Digitized by Google

Ad l.in teſtamento.38.

Hanc l.adde ijs quæ nos ſuprà ad l. 3. De Inius.Rup.Et Irrito Teſt.& Cujac.in l.ex ea. Qui Teſt.Fac.Poſſ.

Ad l. fideicommiſſaria.46.

Vide noſtra ſuprà ad l.illa inſtitutio. De Her. Inſt.

De Statuliberis.

TIT. VII.

Ad l. ſi decem. 17.

1 SErvus liber eſſe * juſſus, ſi decem heredi dediſſet, decem in peculio habet & tantundem domino debet, dando hæc decem non liberabitur. Quod igitur alias dicimus, ſervum juſſum dare & liberum eſſe, poſſe ex peculio dare, ita intelligendum eſt, ut non etiam ex eo dare queat quod extra peculium eſt, cum extra peculium eſſe videatur quod ipſi domino debet. ut conſequenter rectè cenſeatur in peculio nihil habere unde decem tanquam ex eo ſoluat *tex.hic.*

2 Nec obſtat* l.ſticho.40.§.1.inf.eod. quia ea procedit quando ità data libertas eſt, ſi univerſitatem peculij verè hæredibus dederit. id enim ita accipi oportet, ut detur tale quale id ipſum eſt, aliud eſt in propoſito ubi de certâ quantitate hæredi dandâ injunctum eſt, illam enim ſoluere non poteſt ex quantitate quæ tota debetur heredi.

Qui Et A Quibus Manumiſſi Liberi Non Fiant, Et Ad Legem Æliam Sentiam.

TIT. IX.

Ad l.proſpexit.12.

PRinc.) Dura tametſi lex eſt, ſi tamen mens ejus perſpicua ſit, ſervanda eſt, *not.hic.* Vide noſtra ſupra. *ad l.in ambigua. De LL.* Deniq; jungenda huic l.eſt l.in adulterij.C.Ad L. Iul.de Adult.

Ad

Digitized by Google

Ad l. in fraudem. 25.

Si creditores meos * fruſtrare volens, in fraudem eorum teſtamento ſervis dederim libertates, deinde prioribus creditoribus in quorum fraudem manumiſſi, ſoluam, nihilominus propter cæteros creditores libertates irritæ ſunt. *tex. hic.* Sed hoc * de fideicommiſſariâ libertate accipiendum eſt, in qua ſolus eventus ſpectatur fraudationis. *l. ult. C. qui Manumitt. Non Poſſ.* In directâ enim libertate contrarium * dicimus, quippe in qua conſilium fraudandi & euentus pariter ſpectātur, quæ niſi in unos creditores concurrant, libertates ratæ habentur. *l. ſi quis. 15. inf. Quæ in Fraud. Cred. l. 1. d. tit. C. Qui Manumitt. Non Poſſ.* Præterquam * ſi à poſterioribus pecuniæ ſint acceptæ quibus prioribus eſt ſatisfactum, quo caſu magis eſt ſuccedere poſteriores in jus priorū. *l. niſi priores. 16. inf. eod.*

1
2
3
4

De Iure Aureorum Annulorum.

Ad l. penult. & ult.

Libertinus qui jus * aureorū annulorum impetravit, licet patronus non excludatur ab ejus hæreditate, tamen ipſe pro ingenuo habetur. *tex. hic.* Nec mutat l. 2. C. eod. quia * rectè Pacius annotat, ea verba, *libertinitatis quoad vivunt, imaginem, non ſtatum ingenuitatis præſtat*, mēdoſè eſſe pōſita, nam ſi legas pro libertinitatis. *libertis*, perſpicua & vera legis mens erit. Libertis nimirum quoad vivunt imaginem quidem libertinitatis jure aureorum annulorum conferri, non ipſum ingenuum ſtatum. *Iul. Pac. Cent. 6. q. 86.*

1
2

De Liberali Cauſa.

TIT. XII.

Ad l. ſi uſumfructum. 4.

Vide noſtra ſuprà ad l. 4. de ſtatu Hom.

Digitized by Google

Si Ingenuus Eſſe Dicetur.

TIT. XIIII.

A l. ult.

QVod in fine hujus legis dicitur, actoris partibus ſemper fungi qui ſe patronum dicit, probareque libertum ſuum neceſſe habere, id quidem ità eſt in caſibus hic relatis, ſi nimirum reus in quaſi poſſeſſione ingenuitatis ſit, nam ſi patronus in quaſi poſſeſſione libertinitatis ſit, contrarium dicimus. l. *circa. 14. ſup. de Prob.*

LIBER XXXXI.

De Acquirendo Rerum Dominio.

Ad l. 1. 2. 3.

1. Venatio juris gentium eſt & 2.
3. An rectè interdicatur plebi. & 6.
4. Explicatio l. 55. inf. eod.

1 BEſtiæ & pleraquè * animalia quæ nullius ſunt, iure gentium occu-
2 panti cedunt, *tex. hic.* Vndè conſequens eſt, * venationem quoque iuris gentium cenſendam, itemque piſcationem, eamque tam in alieno quam proprio permiſſam, tam publico quam privato, utro is enim modo quid capiatur, fit capientis *ut hic in l. 3. & §. fera. Inſt. de Rer. Div. DD. communiter hic.* Num verò * venatio interdici plebi poſſit, quæſitû
3 eſt, & hoc quidem magis obtinet Movet quod publicè interſit nô cuiq; intempeſtivum armorum uſum permitti (quê occaſio venationis cauſatur) ſubditis à cura rei familiaris avocari, aut fructus agri inordinato more corrumpi. *fac. c. nemo retia. de Pace ten.* Quin & ſi quivis privatus alterum introitu prædii ſui prohibere poteſt ne venetur, *l. 13. §. fi. De Iniur.* multò magis id principi licebit utilitatis publicæ cauſâ. Nec ad rem facit quod venatio iure naturali cuique libera ſit, id enim non impedit quò minus talis lex ſtatui à iure civili poſſit, cum & ipſius hominis libertati derogatum iure poſitivo ſit ſervitute receptâ. Sed neque hac lege venatio interdicitur ſed vulgo certas ob cauſas,
4 tantum. Planè ſi feram * ab altero captam, iamque adeo incluſam ego eripiam, eam fieri meam non dicimus, quod ſi eam dimiſerim, hoc

hoc nomine in factum actione conveniri queo, *l. in laqueum. 55. inf. eod.* Neque tamē* idcirco probandum (quod Cuiacius ſenſit *lib. 4. obſ. 2. per d. l. 55.*) eum qui invito domino quid in alieno cepit, nihil adquirere ſibi: quia id quidem ità eſt, ſi beſtia alterius laqueo iam ità ſit capta ut evadendi ſpes non ſubſit. *tex. in d. l. 55. in fine.* alias proinde diverſum magis eſt *ut hic in l. 3. gl. & alij in d. §. ſtra* Hoc ita niſi fructus prædii in venatione conſtet. *ut in l. venationem. 26. De uſur. DD., in d. §. ſtra.* Nec probat opinionem illam *l. Divus. 17. De Seru. Ruſt.* nam tametſi ingrediendo fundum alterius quis iniuriam faciat, & ob hoc vel in factum vel iniuriarum conveniri poſſit, *l. injuriarum. 13. § fin. De Injur.* non tamen capiens id quod nullius eſt, idcirco iniuriam facit. *rectè Donel. lib. 4. comm. c. 8.* Sed Moribus* obtinuit, ut hodie ruſticis venari non liceat, præterquam beſtias nocentes, ut apros, lupos, leones *§. ſi quis ruſticus, de pace ten. in uſ. feud. ubi not.* Idque uſque adeo paſſim obtinet, ut multis in locis, ne in fluminibus quidem publicis liceat piſcari, præterquam ex feudo, emphyteuſi aut conductione à principibus locorū acceptâ. Quod & Cujacius obſervat. *d. lib. 4. Obſ. c. 2.* Deniq; & Cōſuetudine Germaniæ ſuperioris in multorum Principum terris, diſtinctio quædam ferarum obſervatur, ut minores quidem capere liceat, maiores non item.

(margin: 5 beside line 2; 6 beside line 14)

Ad l. naturalem. 5. §. fin.

Quæ ab hoſtibus capiuntur, * iure gentium ſtatim capientum fiūt. 1
tex. hic. & in l. transfugam. 51. §. 1. eod. §. item ea quæ. Inſt. eod. Nec mutat * 2
l. pen. inf. ad l. Iul. Pecul. quia ea eſt de prædis in communi conflictu pari exercitus vel cohortis opera ad hoſtibus occupatis, quippe quæ vel in publicum redigi, vel militibus pro merito diſtribui ſolent. *l. pen. §. ſimili. C. de Donat.* In propoſito autem agimus de rebus ſingularibus, per excurſiones hoſti ablatis. Sed & quod * dicimus ſimplicius, prædā 3
capienti cedere, id cum moderamine accipiendū eſt, niſi noſtratibus antea quæ res eſſet erepta, *l. 20. § 1. De Capt. & Poſt l. reverſ. fac. l. Pomponius. 44. inf. eod.*

De immobilibus * quoque dicēdum ut recuperata priſtinis poſſeſſoribus cedant, alias in publ cum redigantur & fiſco cedant. *d. l. ſi captivus 20. §. 1. De cap. & poſtl. rev.* Quanquam moribus huius ſeculi vix perpetuum ſit ut immobilia hoſti cedant exiſtente bello inter Principes Chriſtianos. Iure tamen antiquo contra Turcas utimur. 4

Ad l. adeo. 7.

§. Inſula.) Inſula in mari nata * fit occupantis, in flumine nata eorum eſt qui utrimque prædia habent modò eadem in fluminis medio 1
ſit: nam ſi lineâ per medium ducta, tota alterius parti vicinior ſit, eius eſt cuius ripa illa propior erit. *tex. hic. & in §. inſula. Inſt. de Rer. divi.*

Nec

2 Nec mutat l.pen * §.fin.inf.eod.qua perhibetur inſula in flumine publico nata eſſe publica, namque id de uſu intelligendum eſt,ut proprie
3 tas interim eius vicinis cedat. Perinde * nimirum ut alias in ripâ diſtinguitur, proprietatē ejus pertinere ad dominum prædii vicini,uſum verò eſſe publicum. *l. riparum. 5. De Rer. Diviſ. & in d. l. pen. §. 1. & 2.*
4 Illud * omittendum hoc loco non eſt, ius alluvionis eius efficaciæ eſſe ut vincat jus vicinitatis; verbi gratiâ inſulā in flumine natā ponamus ejuſdem omnino magnitudinis cujus eſt frons fundi mei ; ſi principio inſula fundo meo adeo vicina ſit ut mea fiat, & alluvione dein in tantum creverit,ut extendatur cis frontes prædiorum vicinorum , aut etiā ut multo propior fiat agris eorum qui prædia trans flumen poſſident, quodcunque accreverit inſulæ meæ iure alluvionis meū erit.*l.inſula.56. inf.eod.* Atque ità iudicauit ante paucos menſes Sallandiæ Satrapes in cauſâ poſſeſſorū Hengæorum & Randenſiū, reſponſo meo inſtructus.

§. Quod ſi toto.5.cum §.ſeq.

Ad hunc §. vide quæ poſuimus infrà.*in l. Attius. 38.eod.tit.*

§.Cum in ſuo.)Relatus eſt in noſtris,ad l.6.ſup.De Rer.Diu.

§. Cum quis ex aliena.

Quod in fine huius §. refertur , grana eius manere, cuius & fuerunt ſpicæ,alterius operâ ſeu facto expreſſæ , dubitationem admiſit ex eo, quòd alibi ſimplicius refertur : ſi res effecta ad formam priſtinam nequeat reduci,eam fieri eius qui illam mutavit. *§. cum ex alieno. Inſt. de Rer. Diu.* Cæterum is §.cum ex hac l.deſumptus ſit , ex eadem quoque uti latioribus Digeſtorum libris,ſupplendus eſt & explicandus exceptione huius textus.

Ad l.quâ ratione. 9.

§. Sed non uti.) Huic §. ſolet opponi l.in rem.23.§. ſed & id quod in charta.ſup. *De Rei Vind.* ubi ſolui.

Ad l.adquiruntur.10.

1 §. 1.) Servum non ſibi * ſed domino acquirere certum eſt.*tex.hic.l. 1.§.1.De His Qui Sui Vel Alieni Iur.Sunt. §. item nobis. Inſt. Per. Quas*
2 *Perſ.Nob.Acq.* At is ſervus cuius uſusfructus * alienus eſt, ex re fructuarii & operis ſuis ſoli fructuario quærit.*§.de his 2.& §. 3.inf ead.hac l. & l.qui bonâ.inf.eod.*quoniam nimirum hi iis caſibus pro dominis ſunt.
3 *§.de his. Inſt. de Acq. Rer. Dom* Opponi * huic §.ſolet,quod dicimus, legatum alicui ſub hac conditione relictum: ſi decem dederit Sticho ſeruo Mævii, legatarium conditionem non implere,ſi dederit domino Stichi,quippe undè conſequi videatur, ex eo conditionis implemento, domino non quæri. *l. qui hæredi. 44. in princ. De condit. & dem.* Cui

&affi.

& affine * illud eſt, ſi ſervus ſtipuletur, ſibi ire agere licere, non tamen per hoc ire agere dominum poſſe *§. ſed cum factum. Inſt. de ſtip. ſerv.* 4
Sed reſpondetur, id quidem ita eſſe in his quæ facti ſunt, *tex. in d. l. 44. princip.* quemadmodum nec per ſervum domino poſſeſſio quæritur *l. quod ſervus. 24. inf. tit. 1.* aliud tamen in ijs eſt quæ juris ſunt. Et de iſtis * ipſis tamen quæ facti ſunt obſervari oportet, emolumentum rei domino quæri non ſervo, itaque licet ſervo pecunia numeretur, domino tamen quæritur; prorſus ut emolumentum actus itineris domino quæritur per ſervum illum exercendi. Quâ ratione jus quod poſſeſſioni cohæret domino quærit, at ex poſſeſſione injuſtâ quæ ſolius facti eſt, quærit nihil? *tex. in d. l. 24. inf. tit. 1.* Adde quæ ponimus latius infrà *in l. etiam invitis. 32. eod.*

Ad l. ſi procurator. 13.

Relata eſt infrà *in l. res. 59. h. t.* ubi vide latè quatenus per procuratorē poſſeſſio quæratur vel minus.

L. ſi ſervus. 21.

Pertinet ad ea quæ ponimus ſuprà in l. 10. eod.

Ad l. qui bona. 23.

Principium hujus l. relatum eſt ſuprà *in l. 13. §. 1. eod.*

§. 1.) An & quatenus bonæ fidei poſſeſſo qui poſtea reſcivit rem eſſe alterius, fructus ſuos faciat vel minus, ſuprà explicuimus. *in l. qui ſcit. 25. § fin. De Uſur. quæ ſolet opponi,* ſolutionem vide ibidem.

§. finalis.) Relatus & explicatus eſt infrà. *in l. in noſtris. 45. eod.*

Ad l. ſed ſi meis. 26.

SI ex meis tabulis * tibi navem facias, navis tua erit. *tex. hic.* Nec mu- 1
tat * l. Minucius. 61. De Rei Vind. quia ea ſimplicius in hac parte ex 2
ſententiâ Sabinianorum propoſita eſt, quippe qui indiſtinctè negabāt dominium ei qui rem ex alienâ materia feciſſet. horum verò ſententia poſtea temperationem admiſit, ut videlicet procedat ità demum, ſi materia ad priſtinā formam poſſit reduci *l. adeo. 7. §. cum quis. ſup. eod. §. cū ex aliena. Inſt. eod.* Minus verò * ad rem facit quod dicimus, ejus quod
ex re mea ſupereſt, vindicandi me jus habere *l. ſolum: 49. §. 1. De Rei Vind.* 3
id enim de ea re accipi oportet quæ alterius facta non eſt vel ſaltem ita facta ut reduci ad priſtinam poſſit formam. Etenim res cui reſtitui non poteſt forma, abeſſe jam nunc videtur. *l. mulieris. 13. §. 1. De Verb. Signif.*
Perinde nec ad rem * facit regula, quâ cavetur neminem locupletandū 4
cum alterius jactura: quia ei qui rem ſuam facto ejuſmodi amiſit, actione in factum conſulitur, quâ æſtimationem materiæ recipiat. *l. in rem. 23. §. item quæcunque. De Rei Vind.*

Digitized by Google

Ad l.ergo. 30.

§. Alluvio, 3.) Hic §.refertur infra *in noſtris ad l. Attius. eod.*

Ad l.Etiam invitis 32.

1 Quod ſuprà diximus, *per ſervos acquiri dominis, *l.10.§.1.ſup.eod.* id uſque adeò ità eſt, ut etiam dominis invitis per eos quæratur. *ut hic.* Nec mutat * quod alias dicimus, invito beneficium non dari, *l. invito.*
2 *69. De Reg. Iur. l. hoc jure. 19. §. non poteſt. De Donat.* quia id toties verum eſt quoties directò & ſinè interpoſitione alterius quicquã accedit nam
3 ſi id per alium contingat, ferè contrarium eſt, *ut hic.* Quâ ratione * & alias invitus liberor quoties alius pro me ſoluit meo creditori, *l. ſolvẽdo. 39. De Neg. geſt. l. ſolvere. 53. l. ſi debitor. 91. De Solu.* Et ſimiliter in propo-
4 ſito, cum ſervi ſibi acquirere * non poſſint, pene ex omnibus cauſis acquirunt nobis invitis *ut hic.* Penè inquam, quia excipitur acquiſitio hæreditatis, quam ſervus non quærit, niſi eam juſſu domini adierit. *§. Item vobis verſ. ſed ſi hæres. Inſt. per quas perſ. nob. acq. l. ſi quis mihi bona. 25. §. juſſum. De acq. hær.*

Ad l. cum in corpus 36.

Huic legi obſtare videtur l. ſi ego. 8. ſup. De reb. cred. cujus cõciliatio ex noſtra interpretatione ibidem poſita, manifeſta eſt, vide ibidem.

Ad l. per ſervum. 37.

Principium hujus l. relatum eſt infrà *in l. 1. §. per ſervum. De Acq. Poſſ.* & in l. 35. §. fin. ſup. De Pig. Act.

Ad l. Attius. 38.

1 Ponamus agrum * Attij principio, juxta eum mox viam publicam, ab alterâ parte viæ, agrum Sempronij; huic proximum flumen publicũ, ultra verò iſtud, agrum Titij; flumen dein paulatim alueum ſuum deſeruiſſe, & in agro Sempronii primò, dein eo paulatim relicto, rurſus in via publica conſtitiſſe: ſecundum ea quæ proponuntur, ager Sempronii agro Titij cedet. Rurſus ponamus flumen deſerta via paulatim receſſiſſe ad alueum priorem: & ager Sempronij non reſtituetur Sempronio, ſed novo alluvionis iure Attio cedet. Nec ad rem facit quòd via interiacet, nam ipſa quoque via fundo Attij acceſſiſſe cenſetur. Ea eſt paraphraſis ad ingenuã hujus legis ſententiam accommodata. Nõ mu-
2 tat igitur l. ergo. 30. *§ pé. ſup. eod. & l. ſi ager. 23. quib. mod. uſ. amitt. quia ea procedit in inũdatione quæ ſimili impetu fluminis recedit quo
3 advenit. Atque hæc diſtinctio * confirmatur. *§. quod ſi naturali. & §. ſeq. Inſt. de rer. div.* Quemadmodum & accipi oportet, quod alibi Caius perhibet, Vix eſſe ut obtineat, ſi agro in alueum fluminis redacto, flumẽ dein ad alueum redierit priorem, agrum deſertum fieri eorum qui ab

utraque

utraque parte prædia habent. *l.adeo.7.§.quod ſi toto.5.in fin.ſup.eod.* Vix obtinet enim, quia non obtinet, ſi non uſquequaque diu ager fuerit occupatus, & flumen conſimili penè impetu quo advenerat, receſſit. *Pic.6.enant.c.88.* Quando autem occupatio talis ſit ut potius pro inũdatione ſit habenda quàm ſolida aluei mutatione, id in facto conſiſtit & ab æquo iudicis arbitrio dependet.

l. Pomponius.44.

Vide noſtra in l. 5. §. fi. ſup. eod.

Ad l. communis.45.

Communis * ſervus ſimul omnibus dominis acquirit, idemque eſt ſi quid comparârit ex re unius, ſed hoc caſu is ex cuius re quæſitum eſt, id à ceteris præcipere iudicio communi dividundo poteſt. *ut hic.* Non 1
mutat * l.qui bona. 23. §.fi. ſup. eod. is enim obtinet in ſervo alieno à pluribus poſſeſſo. Si tamen ſervus communis aliquando omnibus acquirere nequeat, ei acquirit ſoli cui adquirere poteſt. *d.l.23. adde noſtra* 2
in l.1.§.interdum.De Vſufr. Accreſc.

Ad l. 46.

Vide noſtra ad l. 4.n.1.De Pig. Act.

Ad l.bonæ fidei.48.

1. Quod fructus bonæ fidei poſſeſſor faciat ſuos. & n.2.3.4.5. Diverſum an & quatenus in hereditatis petitione in ratione fructuum ſit ab actionibus ceteris. & 6.7.8.9.10.

Qui rem bona * fide iuſtoque titulo nactus eſt, fructus rei poſſeſſæ 1
ſuos facit, *ut hic. & l.qui ſcit. §. bonæ.ſup. de Vſur.* Evicta tamen re, una quoque reſtituendi fructus * needum conſumpti ſunt, *l certum. 21.C. de Rei Vind, §.ſi quis à non domino. Inſt.de Rer. Diu.* No mutat quod bo. 2
fi. poſſeſſor fructus percipiendo pleno jure facit ſuos, *l. in peculium. De Vſur.l.66.De Rei Vind.ſup* Id enim re ipſa verũ eſt,cum conſumere,& alienare eos pro arbitrio poſſit, & ad extantes tantum teneatur. Nec pugnãt hæc, Dominum fieri & rem ſoluta dominii cauſa fieri alterius, quippe Quod & in venditione ſub lege commiſſoria accidit, & quavis adeo rei cum pacto redimendi alienatione. Nec huic ſententiæ repugnat * quod bonæ fidei poſſeſſor in fructuum perceptione compa- 3
ratur domino ipſi,*l.qui ſcit.§.porro.De Vſur.* id enim eò ut conſtet cum exemplo domini fructus percipere jure ſoli, etiãſi ab alio ſint ſati. Denique non* obſtat legi noſtræ l. fructus.45.De Vſur.quia ibi modo de- 4
finitur maritum ex re ſibi ab uxore donata fructus,quos vocant, induſtriales acquirere ſibi,ſicut non omnis bo. fidei poſſeſſor fructus induſtriâ ſeu cultura perceptos facit ſuos. Quibus poſterioribus verbis non

Digitized by Google

affirmatur, nullum bonæ fidei poſſeſſorem fructus induſtriales facere ſuos, ſed omnes bonæ fidei poſſeſſores fructus induſtriales non facere ſuos, ut quidem nonnulli eos acquirant, ut juſto tituli muniti; nonnulli non item, quod poſterius verum eſt in iis qui juſto titulo carent ut conjugum utroque in re donata. Donatio enim inter maritum & uxorem nulla eſt. Quomodo Intelligẽda eſt d. l. fructus. ubi vi. noſtra, vide quoque noſtra *lib. 4. Subtil. c. 13.* Nequaquam igitur opus eſt ut, cauſa tollendæ difficultatis inter hanc l. & d. l fructus, diſtinguamus inter fructus naturales & induſtriales, cum ibi quidem negetur aliquem bonæ fidei poſſeſſorem fructus naturales facere ſuos, quia id ad eos pertinet qui iuſto titulo carent; cum in præſenti lege agatur de eo bonæ fidei poſſeſſore qui iuſto titulo & bona fide pariter præditus eſt. Vnde nec ad rem faciunt ea verba *in d. §. ſi quis à non domino,* pro cultura & cura, quæ generatim de naturalibus & induſtrialibus accipi poſse videntur: namque ibi culturæ vox ad induſtriales curæ ad naturales
5 fructus refertur. Aliter tamen in petitione * hæreditatis accidit, cum fructus hæreditati accedere intelligantur. *l item veniunt. 20. § 3. De Pet. Her.* Sed id eò quia hæreditatis petitione conventus titulũ vel prorſus nullum, vel invalidum habet: eò quod is modò hac actione tenetur, qui poſſidet pro hærede vel pro poſseſsore, pro herede verò poſseſsor eſt qui putat ſe hæredem eſse, cum non ſit; pro poſseſsore poſſidet quivis malæ fidei poſseſsor *l pro hærede cum ll. ſeqq. eod. tit.* Quod ſi tamen
6 bonæ fidei hæreditatis * poſseſsor, eam titulo poſſideat iuſto, verbi gratia, ex teſtamento, fructus etiam naturales interim facit ſuos, *l. per*
7 *ſervum. 32. De Pet. Her.* Quod cum * ità ſit, ſequatur neceſse eſt, etiam eum qui emptionis titulo hæreditatem bona fide nactus eſt, fructus interim facere ſuos. *juxta d. l. 32. De pet. hær.* Nam quia emptor hæreditatis qui eam à vero hærede emit, univerſum ius conſequitur, nec minus nec amplius quàm haberet hæres. *l. 2. De Her. Vend.* bonæ quoque fidei emptor qui hæreditatem tertii ſinè conſcientia iuris alieni comparavit, quod ad fructuum perceptionem & lucrum, idem conſequatur
8 neceſse eſt. Vnde conſequens * eſt, non aliam tandem in hæreditatis petitione fructuum rationem habendam, quam in actione in rem ſpe-
9 ciali. *juxta. §. 1. Inſt. de Off. Iud.* Nec mutat * l. 1. C. de Pet. Hær. ubi bonæ fidei poſseſsor ad reſtitutionem fructuum & uſurarum dicitur teneri, ſi ex his locupletior ſit. id enim ita intelligimus, ſi fructus nec-
10 dum re ipſa ſint conſumpti. Minus verò * ad rem facit l. 2. C. de Pet. Her. ubi indifferenter ſtatuitur fructibus hæreditas augeri quoties ab eo poſſidetur à quo peti poteſt: id enim iuxta ſpeciem ibidem propoſitã de malæ fidei poſseſsore accipiendum eſt. Qua de re generatim fuſius egimus alibi *lib. 4. ſubtil. c. 13.* & in lib. quem de off. iud. ſcripſimus, ſingulari.

§. 1.) An & quatenus is qui, poſteaquam rem iam antè bona fide nactus

nactus erat, reſcivit eam eſse alterius, ad fructuum reſtitutionem teneatur, ſupra explicamus *Ad l. qui ſcit. 25. §. fin. De Vſ.* Quæ ſolet opponi, ſol. vi. ibid. in noſtris.

Ad l. transfugam. 51.

§. 1.) Res hoſtibus ablatæ noſtræ ſunt, non publicæ *tex. hic.* Sed hac de re egimus plenè ſuprà *ad l. 5. §. fin.*

Ad l. ea quæ. 53.

Vide quæ ponimus infrà *ad l. 59. eod. & ad l. 49. inf. tit. 1. & lib. 2. Subtil. c. 9.*

Ad l. in laqueum. 55.

Ad hanc l. vide noſtra ſuprà in explicatione l. 1. 2. & 3.

Ad l. inſula. 56.

Relata eſt ſuprà in noſtris ad l. 7. §. inſula. eod. tit.

Ad l. res ex mandato. 59.

Res mandato [a] meo empta non ante fit mea quam mihi tradatur, *ut hic, & l. 1. C. Per. Quas Perſ. Nob. Acq.* Sed hoc Accurſius [b] poſt veterem gloſſatorem Ioannem ità explicat, ſi procurator emerit ſimpliciter, nam ſi ità alienetur nominatim ut quæratur mandatori, dominium etiam protinus unà cũ rei traditione in ipſum trãſit, *l. qui mihi, in fi. De Don. l. ult. C. Si Quis Alt. Vel Sibi.* Non [c] mutat igitur l. 13. ſup. eod. quia & ea hoc modo accipienda eſt, ſi nominatim actum ſit ut quæratur mandatori. Quomodo & accipiendæ ſunt l. communis. 4. §. 1. De Acq. Poſs. & l. 1. C. de Acq. Poſs. Diverſum enim eſt ſi rem procurator quærat nomine ſuo, *l. 1. §. per procuratorem. 20 eod.* Planè quod [d] dd. ll. diverſis & alibi ſubinde reſponſum eſt, poſseſſionem domino per procuratorem quæri, idem verò de dominio & uſucapiendi conditione minus frequenter, id eò pertinet, quod poſseſſio per procuratorem quæritur domino directo, dominium autem ita demum, ſi id cohæreat poſseſſioni, hoc eſt ſi alienans ſit dominus rei alienandæ, *l. per procuratorem, 8. C. De Acq. Poſſ.* vel ſi dominus non ſit, in omnem eventum transferatur poſseſsio, & una cum hac uſucapiendi conditio intelligatur tranſlata, idque ab eo tempore quo procuratori traditum reſciverit mandator. *l. 49. inf. tit. 1. d. l. 1.* Et hac de re qui plura requirit videat noſtra plenè, *lib. 2. Subtil. c. 9. & in l. quod procurator. 68. ſup. De Procur. & alibi.*

1 2 3 4

Ad l. ſi epiſtolam. pen.

§. 1. §. 2. & §. fin. hujus l. relati ſunt ſuprà *in l. 7. §. 3. eod.*

Digitized by Google

De Acquirenda Vel Amittenda Poſſeſſ.

TIT. II.

Ad l. 1.

§. Furioſus. 3.) Furioſus * & pupillus ait juris author, non ſinè tu-
1 toris authoritate poſſunt incipere poſſidere, quia affectionem tenendi non habeat. *tex. hic. convenit l. quamvis. 32. §. 1. inf. eod.* Quanquam * pu-
2 pillus ſi ejus ætatis ſit ut intelligat, etiam ſinè tutoris authoritate incipiat poſsidere. *tex. hic.* Nec mutat l. 3. C. eod. quia * ibi ſupplendum
3 eſt, acceſsiſſe authoritatem tutoris. *DD. communiter ibidem. Alciat. hic in §. adipiſcimur.* Alij tamen eam etiam ſinè authoritate * tutoris procedere autumant, & ſpeciem eam ſingularem eſſe in rebus infanti donatis, eò quod ante Conſtitutionem Iuſtiniani in rerum donationibus neceſſaria traditio fuerit; & conſequenter id admiſsũ ne eâ occaſione facilè inutilis donatio pupillo fieret. *Duar. hic Connan. 3. Com. c. 8. n. 9. Charon. lib. 2. Veriſim. c. 6. Pac. cent. 6. q. 94.* Denique & per ſervum res donata infanti quæritur. *l. ſi quis. 26. C. de Donat.*

§. Si vir uxori. 4.) Hic §. relatus eſt infrà, *in l. quod uxor. h. t.* ubi vide quæ poſuimus.

§. Per communem. 7.) Quemadmodum per communem ſervum quæramus ſuprà relatum eſt, *in l. cõmunis. tit 1.* ubi vide quæ ſcribimus.

1 §. Per ſervum. 15.) Servum * vel quamvis rem pignori datam poſſidet creditor. non quod is poſſeſsionis ius habeat, ſed quia poſſeſsionẽ ipſam habet ſibi traditam. Quod igitur poſſidere pignus creditor dicitur, *ut hic.* & quod alibi, poſſeſsio apud eum eſſe. *l. per ſervum. 37. ſup. t. 1. l. cum & ſortis. 35. § fin. De Pign. Act.* de detentione intelligendũ, quæ
2 facti reſpectu interdum naturalis poſſeſsio vocatur. Cum interim * uſucapio quæ potiſsimus poſſeſsionis effectus eſt, domino currat. *ut hic.*
3 Non obſtat * igitur l. ſciendum. § creditor ſup. qui ſatiſd. cog. ubi creditor non cenſetur pignoris poſſeſſor, id enim de iuris effectu intelligi oportet. Sic enim & precarium interdum juſta poſſeſſio dicitur, *l. quæcũque. 13. §. 1. De Publ. In Rem Act.* Adde his quæ nos ſuprà in d. l. ſi cum ſortis. 35. §. fin. De Pig. Act.

1 §. Per procuratorem. 20.) Per procuratorem * cuique poſſeſsionem quæri infrà tradimus. *in l. communis. 42. §. 1. eod.*

Quod tamen ità procedit ſi eam quæſierit nomine noſtro, non etiã
2 ſi ſuo. *tex. hic.* Planè ſi is qui rem tradit * ejus animi ſit ut eadem quæratur nobis, procurator meus animo acquirendi ſibi in perſonâ ſuâ nihil agit, ſed eam nihilominus quærit mihi. *l. qui mihi. 13. in fin. De don.*

l. fin.

Digitized by Google

l. fin. C. ſi quis alt. vel ſibi.

Vide plura de acquirendâ poſſeſsione per procuratorem infrà *in d. l. 42. eod.* Sed quid ſi procuratori * mandatim poſſeſsionem aliquam nô tradente altero, occupare ſimplicius, & is animum aſsumat alteri quàm mihi quærendi, rectiùs dicimus, poſseſsionem mihi non quæri. *arg. §. hac qua de ſervis. inf. ead. l.* Quemadmodum nec * mihi quæritur, ſi falſus procurator quid nomine meo acceperit, animo puta habendi ſibi, *l. falſus. 43. §. 1. De Furt.* 1 3

§. Si iuſſerim. 21.) Relatus eſt infrà *in l. 8. eod.*

Ad l. 3.

Princip.) Poſſidentur propriè corporalia, incorporalia quaſi poſſidentur. *tex. hic. cum ſim.*

§. 1.) Relatus eſt infrà *in l. 6. h. t.*

§. Ex plurimis. 4.) Poſſeſsionem rei [a] cujuſque quidem ex cauſis diverſis habere poſſumus, ut cum eandem quis rem pro emptore & pro hærede poſſidet, dominium verò non niſi ex cauſâ unâ *tex. hic. côvenit. l. non ut ex pluribus. 159. De Reg. Iur.* Nec mutat l. ſi quis [c] antè, 10. De Acq. Poſſeſs. ubi refertur, eum qui precario rogauit, conductione inſecutâ à precario receſsiſſe, & vice verſâ, ut conſequenter videantur non concurrere, quia neutra ex ea cauſa iuſta poſſeſsio eſt, ſed detentio ſolummodo in qua noviſsimam cauſam ſpectare ſolemus. *l. interdum. 21. §. fin inf. eod.* Minuſque ad [d] rem facit l. 4. C. de Contr. Emp. ubi dicitur titulus poſſeſsionis duplicari non poſſe. ibi enim verbum poſſeſsionis pro dominio poſitum eſt, ut & alibi ſæpius. *l. imperatores. De ſeru. ruſt. l. 41. §. legaverat. De leg. 3. l. interdum. 78. De Verb. Sign.* 1 2 3

§. Ex contrario. 5.) Duo eandem rem in ſolidum [a] poſſidere nequeunt, ne quidem ſi unus juſtè poſſideat alter injuſtè *tex. hic.* Idque ita eſt regulariter, quoties de poſſeſsione controverſia eſt, nunquam nimirum duo contendentes inter ſeſe interdictis defendi queunt, & poſſeſsio juſta præfertur poſſeſsioni injuſtæ. Quod ſi tamen poſſeſsionem pro detentionis facto ponas, ut in hoc tractatu nonnunquam fit: dici poteſt, apud diverſos unius rei ſolidum interdum poſſeſsionē eſſe: verbi gratia, ſi unus corpore injuſtè poſſideat, alter animo injuſtè. Nam tametſi non uterque poſſidere [c] cenſeatur ſi inter ipſos contētio ſit, ſed is obtineat cuius cauſa pro tenore edicti juſtior eſt: ſi tamen corpore rem tenens, eam non ab eo vi clam, aut precario habeat à quo convenitur, defenditur is qui rem tenet, etiamſi poſſeſsio ejus iuſta nô ſit tertij reſpectu *l. 1. §. fin. & l. 2. D. uti poſſ.* Quod eleganti diſtinctione Vlpianus explicat, *in d. l. 3. d. tit. uti poſſ.* Quemadmodum & precario [d] rem tenens, & qui eam precario permiſit, uterque poſſeſsionē habere cenſeri poſſet. *l. & habet. 15. §. pen. inf. De prec.* non quòd uterque poſſideat iuſtè, ſed quod precario tenens, poſſeſsionis commodo fruitur. 1 2 3

Connan.

4 *Connan.lib.3.Comm.c.10.num.6.* Proinde quod hic * Labeo memoratur
Trebatium reprehendiſſe, quia is putaverit, diverſo reſpectu duos eandem rem in ſolidum poſſidere poſſe, id de controverſia Sabinianorum & Proculianorum intelligi oportet, quorũ illi ſimplicius exiſtimabãt, diverſo reſpectu à duobus eandẽ rem in ſolidum poſſideri rectè, quod hic Trebatius ex cæterorũ ſententia reprehendit. Nam cum id quod vitioſum eſt aut inutilum pro nullo habeatur, *l. quoties. D. qui ſatiſd. cog.* etiam in propoſito alterutra poſſeſſio quæ juſta non eſt, in ſumma poſſeſſionis, ſeu jure, pro nullâ habetur. cum precario rem tenenti poſſeſſionem, quandocunque vult dominus, auferat. *l. qui precario. De Prec.*
5 Summa igitur * poſſeſſionis pro poſſeſsionis mero jure accipitur, quod rectè ex aliorum ſententia Trebatius hic tantum apud unum eſſe teſ-
6 tatur. Nec * mutat l. ſi finita. §. ſi plures De Dam. Inf. ubi relatum eſt, ſi plures prætor in poſſeſsionem mittat nomine damni infecti, ſingulos poſsidere: quia id ità accipiendum eſt ut concurſu faciant, ſaltem pro indiviſo, partes.

§. In amittenda. 6.) Relatus eſt infrà *in l. 8. eod.*

§. Si quis nunciet. 8.) Hic §. relatus eſt infrà, *in l. ſi colonus. 31. eod. tit.*

§. Ceterum. 12.) Relatus eſt infrà *in d. l. ſi colonus. 31.*

§. Genera. 21. Vnum quidem genus poſſeſsionis eſt, ſed ſpecies juſtæ poſſeſsionis tot ſunt, quot ſunt modi dominii acquirendi. *tex. hic.* Quod igitur alias dicimus, poſſeſsionem aliam naturalem eſſe, aliam civilem, *l. 2. §. 1. inf. pro her. § ex contrario. ſup in eadem l.* poſſeſsionem naturalem pro detẽtione accipimus corporali, per metaphoram ità dictã, quia conſiſtit in facto, quod ipſum & in poſſeſsione potiſsimum verſatur. Qua ratione creditor, uſufructuarius, precario rem tenens, interdum poſſeſsionem habere & naturaliter poſsidere dicuntur. *l. cum & ſortis. 35. §. fin. ubi dixi De Pign. Action.* ſed minus propriè, cum tantum *videantur* poſsidere. *l. naturaliter inf. eodem. Hotoman. c. 20. obſ. in pandec.* Propriam enim poſſeſsionem demum eam dicimus, quæ detentionem continet rei corporalis cum animo & opinione domini. *Theoph. ad tit. Inſt. per quas perſ. cuique acq. fac. l. ſi ſervus. 22. §. 1. De nox. act.* Qua ratione bonæ fidei poſſeſsor verè propriéque poſsidet rem alienam, cum animo dominij eam habeat. *l. pen. C. de furt.* Quanquam & mala fide poſsidens, quod affectum dominij habere poſsit, & contra tertium defenditur interdictis, dici quoque poſsit poſsidere & poſseſsionem habere. *§. vel etiam. inf. in hac. ead. l. & l. Fulcinius. 8. ſup. Unde Vi. dixi ſuprà in §. ex contrario. in hac ead. l.*

§. Final.) Miſsum in poſseſsionem ex primo decreto, rem ſolummodo cuſtodiæ cauſa tenere cenſemus; non etiam poſsidere, *tex. hic.* qua de re vide quæ ponimus late ſuprà.

Ad l. clam poſſidere. 6.

§. Qui ad nundinas. Poſseſsio eius qui foras profectus eſt, à tertio

occupata

Digitized by Google

occupata eſt, cum nemo domi relictus eſſet, eadem clam occupata cẽſetur. Quod ſi redeuntem occupator non admiſerit, poſſeſſio vi occupata videtur *ut hic.* Non tamen idcirco, poſſeſſio ei deceſſit, cùm nihilominus ut ante eam animo retineat. Habet enim etiamnũ quoque interdictum uti poſſidetis *arg. huius l. & l. 3. §. ſed & ſi animo. ſup. eod.* Quod & inde arguitur, quia in poſſeſſione turbatus interdictũ poſſeſsionis recuperãdæ habet, *l. ut vim. 11. De Vi Et Vi Arm. Vide Subt. noſtra lib. 6. c. 8.*

Ad l. Quemadmodum. 8.

Vt nulla * poſſeſsio acquiritur, niſi animo & corpore, ita nulla poſſeſsio amittitur, niſi eâdem omnino ratione. *tex. hic. l. 3. ſup. in princip. eod. l. ferè. 153. De Reg. Iur.* Planè ſi jam antè rem * teneam & juſta dein poſſeſsionis accedat cauſa, quin ſolo quoque animo detentio ea in vicem apprehenſionis cedat, non eſt dubitandum. *§. Neratius. inf. ead. l.* Quia ſcilicet quam primum animo nos poſsidere decernimus, mox quoque corpus animi ſequitur habenas, unaque poſſeſſionem quoque corpore apprehendiſſe cenſemur. Quinimo & [c] rei præſentis poſſeſſionẽ oculis apprehendere permiſſum eſt ſolis, quippe qui & ipſi corporis pars ſunt. *l. 1. §. ſi juſſerim. ſup. h. t. & l. quod meo. 18. §. ſi venditorum. inf. eod.* Quemadmodum & cuſtode per me rei comparatæ adpoſito, etiamſi rem corpore non contigerim, ſolum animum dicimus cum permiſsione domini, cedere pro traditione. *l. quarundam. 51. inf. eod.* Penitus ut alias traditio claviũ, cellæ alicujus, vel horrei, in quo merces repoſitæ ſunt, pro corporali apprehenſione habetur. *d. l. 1. §. pen. ſup. eod.* ut & traditio inſtrumentorum alienatæ rei. *l. 1. C. de donat.* Denique & ſignatio tignorum, lapidum, vel beſtiarum emptarum pro traditione eſt. vi. noſtra ad tit. De Per. Et Com. Rei Vend. At ſi vel animo, vel [d] alias in facto apprehenſionis erraverimus, rectius dicimus poſſeſsionem ab alienãte non transferri, adeoque nec ab altero acquiri. *l. ſi me in vacuam. 34. De acq. poſſ.* Plane quod [e] diximus poſſeſſionẽ perinde neceſſario corpore amitti, *ut hic. & d. l. 153. De reg. jur.* id dubium admiſit ex eo, quod alibi relatum eſt, animo quoque ſolo poſſeſſionem deſeri poſſe contrà quam de acquiſitione poſſeſſionis aſſeri ſolet. *d. l. 3. §. in amittenda. ſup. l. ſi qui. 17. §. 1. l. ſi me. 34. in princ. l. peregrè. 44. § fin. inf. eod.* Sed hoc eò pertinet, ut intelligatur, affectu decretoque animi poſſeſsionẽ relinqui vel alteri cedi poſſe, in poſſeſsione quoque corpore noſtro manente. Nõ quia corpus ſolum poſſeſsionem retineat, id enim abſurdum foret, ſed quia corpus ipſum animi cogitata mox ſubſequatur, ut vel deſerente poſſeſſionem animo ſolo, corpus quoque ipſum mox illam una deſeruiſſe intelligatur. Quemadmodum [f] & ſi ante poſſeſſionem corpore deſeruiſſes, mox animo, etiam animo ſolo eam deſeruiſſe dici poteſt. Atque id eſt quod alibi Contius perhibet, In amittendâ poſſeſſione animum conſiderari ſolum. *Cont. lib. 1. diſp. c. 9.* cum corpus animum

1
2
3
4
5
6

Digitized by Google

hac in re ſequatur.

Ad l. ſi quis ante. 10.

Vide quæ ponimus ſuprà *in l. 3. §. ex plurimis. h. t.* ubi plenè tradimus, an & quando quis ex unâ cauſâ dominiũ ac poſſeſſionẽ habere queat an minus.

Ad l. naturaliter. 12.

Vox, videtur, hic improprietatem denotat. Cũ certũ ſit, uſufructuarium alias non poſſidere *l. 10. §. fin. D. ſupt. 1.* Tametſi enim interdicto unde vi qualiscunque poſſeſſionis ejus nomine ſit ipſi proviſum, *l. 3. §. fin. De Vi & Vi Arm.* tamen id magis reſpectu recuperandæ quaſi poſſeſſionis uſusfructus nomine, quam rei ipſius proviſum eſt. *fic. l. 1. §. unde. ſup. Quod leg.*

1 *§. 1.)* Agi * retinendæ poſſeſſionis nomine & unà proprietatis ipſius poteſt. Unde & propoſitâ rei vindicatione, ſuſpenſo eo ad interdictum uti poſſidetis regreſsus eſt. nec enim videbitur actor per illam
2 poſſeſſioni renunciaſse. *tex. hic.* contra etiam agens * interdicto non videtur per hoc renunciaſse proprietati *l. & an eadem, 14. §. fin. inf. de excep. rei iud.* Planè quemadmodum poſt vindicationem ſemel inceptâ interdicto uti poſsidetis uti licet, ità & uti licet interdicto, Unde vi. *l. cũ*
3 *fundum. 18. § fin. Unde vi. c. paſtoralis. ex. de cauſ. poſſ. & propr.* Sed de * cumulatione petitorii & poſſeſſorij vid. noſtra latè, *ſup. in l. Si de vi. De Iudic.*

Ad l. Pomponius. 15.

1 *§. 1.)* Quod hic * dicitur poſſeſſionem in ſucceſſorem transferri cum ſua cauſa, id in ſucceſſore univerſali quidem generale eſt. *l. 2, §. 19.*
2 *inf. pro emp.* Niſi ipſi hæredi * primum poſſeſſio (quam defunctus nõdum habuit) tradita ſit. namq; hoc caſu bona fides defuncti, hæredi nõ prodeſt, licet in continuatione, poſſeſſionis in hæredem tranſlatæ, obſtet hæredi ſciẽtia rei alienæ. *l. hæres. 43. inf. de Uſurp. & Uſu.* Sed ſucceſſo-
3 ri ſpeciali, ab initio * malam fidem habenti, bona fides authoris non prodeſt, quia nulla vitioſæ poſſeſſioni acceſsio eſt. *§ fin. inf. ead. l.*
4 Quod ergo * hic dicitur poſſeſſionem authoris continuari cum ſua cauſa, de vitiis accipi oportet, quippe quæ bonæ fidei comparanti acce-
5 dentia, eidem quoque obſtant. Id ipſum tamen * cum moderamine accipiendum eſt, de tempore poſſeſſionis præteritæ, nam quantum ad ſequens tempus attinet, ſi emptor in bonâ fide ſit, vitium authoris ei nõ nocet *l. an vitium, 5. De diu. & temp. præſcrip.* Niſi res contrectata ſit ut uſucapio in eam non cadat *per hunc text. & l. 4. & 6. & 7. ſup. de uſu. cap. §. ſi juſſu.) Relatus eſt infrà in l. exceptio, De Excep. Rei Ind.*

Ad l.

Ad l.quod uxor.16.

Quod uxor * viro aut vir uxori donavit, pro poſſeſſore poſſidetur. *tex.hic*. Pro poſſeſſore autem poſſidere eſt ſine titulo adeoque malâ fide poſsidere. *l.pro harede. De har.pet*. Cum donationes inter virum & uxorē regulariter ſint prohibitæ *tot.tit.D.& C de don.inter vir.& ux*. Poſsidet tamen * uxor rem donatam naturaliter, *l.1.§.ſi vir.ſup.eod.* Vt conſequēter ei quoque poſſeſsionis nomine competant interdicta. *l.1.§.dejicitur, & § denique, v... vir et ux.* quin & fructus induſtriales ex poſſeſsione ejuſmodi conjunx ſuos facit. *tex. & qua nos in eum.ad d.l.fructus. 45. De uſur*. Nec * mutat l.3.§. ſciendum. De don. inter vir.& ux. ubi ex donatione ejuſmodi, ne quidem rata, eſſe perhibetur traditio:id enim de effectu juris accipiendum eſt, ne valeat nimirum ad dominium vel juſtam poſſeſsionem transferēdam. Cum nec ipſa rei poſſeſsio marito donari queat, *l.inter virum.46.De don.inter vir.et ux*, quanquam corporalis rei detentio, quæ apud illum eſt, naturalis poſſeſsionis nomine queat dici *d. l. 1. §. ſi vir. ſup. eod.* 1 2 3

l. ſi quis. 17. §. 1.

Relata eſt ſuprà *ad l. 8. h. t.*

l. Qui bona.

§. 1.) Relatus & explicatus eſt infrà *in l.33.§.1.De uſucap.*

l. 21.

§. fin.) Relatus eſt infrà in l.1.eod.in noſtris.

Ad l.quod ſervus.24.

Hæc l.relata eſt ſuprà *in l.10.*

§. 1. in noſtris ſup. t. prox.

Ad l.poſſeſſionem.29.

Pupillus ſinè tutoris authoritate corpore deſinere poteſt poſsidere, non item animo. *ut hic*. Quod ſi non animo, ne naturalem quidem poſſeſsionem deſerere ſinè tutore ſuo poteſt. *l.40.§.1.ſup.tit.1.et* conſequēter detentionem corporalem ſolam. *ut hic*. Nec mutat l.2.§. ſi à pupillo, Pro Emp. ubi ei, qui à pupillo emerat, uſucapio procedit, quæ quidem ſinè poſſeſsione currit nemini: quia id ſpeciale eſt, eò quod iuſto facti errore ductus emptor eum puberem exiſtimabat. Hoc igitur caſu ſaltem pupillus poſſeſsionem perdit. Quod tamen cum modo accipiendum, ſi puta iam pubertati proximus ſit, ut animum alienandi habere poſsit.

Ad l. qui univerſas.30.

§. final.) Etiamſi * rem mihi poſſeſſam colonus meus, commoda-

Digitized by Google

tarius, depoſitarius, alteri locet, commodet vel deponat, nihilominus
2 poſſeſſionem retineo. *tex. hic. & l. 8. ſup. Comm.* Idem * eſt in precario,
l. 8, in princ. ſup. De Precar. *Bart. hic.* Nec ad rem facit quod dicimus,
commodatarium qui alteri commodat, committere furtum *l. ſi pignore.*
14. §. 1. De furt. quia furtum id ſolius uſus interverſio eſt. Conductor
3 quidem & * depoſitarius eo jure rem alteri commendare queunt quo
ipſimet illam habent. *l. ſi id quod. 25. §. 1. ſup. eod. l. nemo. 6. C. Loc. l. ſi is a-*
4 *pud quem. 16. Depoſ.* Ceterum amplius * quid efficere in præjudicium
5 domini vel poſſeſſoris non queunt. Niſi tamen alteri transferendi * do-
minii cauſâ rem tradiderint. eo enim caſu poſſeſſio mihi uſque adeo
aufertur, ut & uſucapio per hoc rumpatur. *l. non ſolum. 33. §. qui pignori.*
4. inf. tit. 4.

Ad l. ſi colonus. 31.

1 Si colonus, * relinquendæ poſſeſsionis cauſâ fundum deſeruerit, &
ad eundem redierit placet eundem poſsidere locatorem. *tex. hic.* Quod
arguit, Pomponium, cuius hæc lex eſt, ſenſiſſe quod dominus amittat
poſſeſsionē, ſi non redeat cōductor, idque ex Sabini ſententia quem &
Africanus ſecutus eſt. *in l. ſi de eo. 40. §. 1. inf. eodem.* Proculiani tamen
contra exiſtimabant, dominum etiam diſcedente colono poſſeſsionem
animo retinere. *l. 3. §. quod ſi ſervus ſup. eod. l. cum quis. 13. De dolo.* Con-
2 troverſia * verò hac conſtitutione Iuſtiniani definita, obtinuit Proculi
ſententia, poſſeſsionem videlicet diſcedente vel decedente colono, ſer-
vo, procuratore vel quo alio qui noſtro nomine in fundo eſt, non a-
mitti, damnumque interea ex ea re emergens, repeti actionibus ſuis vel
actione etiam de dolo poſſe. *l. ult. C. de acq. poſſ. vi noſtra in d. l. 13. De dolo.*

Ad l. quamvis. 32.

§. 1.) Vide quæ ponimus latè ſuprà, *in l. 1. §. 3. eod.*

Ad l. fundi. 33.

1 Emptor fundi * authoritate ſua fundum ingredi non poteſt, etiamſi
venditor rei tradendæ, vel emptorem in vacuam poſſeſsionem inducē-
di mandatum iam nunc alteri dediſſet. Quod ſi tamen procurator vel
nuncius mortuo domino, cum eum mortuū neſciret, nec hæredes hoc
prohiberent, rem tradiderint, rectè poſſeſsio intelligitur tranſlata. At
ſi id fecerit, ſciens dominum jam deceſsiſſe, aut hæredes id facere nolle,
2 contrarium erit. *tex. hic.* Sed alias * regulare eſt, mādatum finiri morte
3 mandantis. *§ rectè. Inſt. mand. vi. noſtra ſup. in l. 26. Mandati.* Nec mutat *
l. eius qui in provincia. De Reb. Cred. ubi traditio à procuratore facta
qui dominum ignorabat defunctum improbatur: quia ea procedit in
pecuniis credendis & reliquis caſibus ſimilibus, verbi gratia, rei donā-
dæ, vendendæ, locandæ, cuius adhuc liberum arbitrium hæredibus fo-
ret. In

Digitized by Google

tot. In propoſito enim ſpeciale eſt, procuratorem qui dominum mortuum ignorat, rem cum effectu ideo tradere, quod ad tradendum mādator vel hæres ipſe poſſet compelli. *Alex. & alij hic.* Sed & eadem ratione ſpeciale eſt in donatione dotis, *l. ſi ego. 9. §. ſi res de Iure Dot.* Quod alibi latius tractamus, *vide quæ nos in l. 2. §. ſi pecunia. 5. De Don.*

Ad l. ſi me. 34.

Hæc l. relata eſt ſuprà, *in l. 8. eod. h. t.* ubi vide.

Ad l. exitus. 35.

Hæc l. relata eſt ſuprà *ad l. ſi de vi. De iud.* ubi vide quæ ponimus latè.

Ad l. qui pignoris 36. & 37.

Quatenus creditor pignus traditum poſſideat vel minus, tradidi late ſuprà, *ad l. 35. §. fin. De pig. act. & in l. 1. §. per ſervum ſup. eod.* ubi & hæ ſunt relatæ.

Ad l. intereſſe. 39.

An ſequeſter poſſideat vel minus, id ex animo deponentium depēdet, ut ſi transferendæ deponendæque poſſeſſionis habuerint propoſitum, poſſideat interim ſequeſter, ſin minus non poſſideat. *tex. hic.* Id enim agitur depoſitione eiuſmodi ut nemini interim poſſeſſio procedat, ſed ejus demũ fiat qui exſtiterit victor. *l. licet. §. 1. Depoſ.* Planè quando contendētibus de poſſeſſione partibus officio iudicis ſequeſtratio injũcta eſt, (quod interdum cavendi majoris mali cauſa provideri ſolet *DD. in d. l. licet. §. 1. Depoſ.*) magis eſt perinde poſſeſſionem interim neutrius cenſeri, interim inquam, donec cognitione cauſæ interpoſita, alterutri res addicatur. Quod quia * formidandi periculi cauſa benignius eſt, in praxi videmus obſervari. Sed commodum poſſeſſionis eo caſu & ad victorem redit.

l. ſi de eo. 40.

§. 1.) Relatus & explicatus eſt ſuprà l. ſi colonus, 30. eod. ubi tradimus plenè an per colonũ & quatenus, domino paretur poſſeſſio vel minus.

Ad l. communis. 42.

§. 1.) Procurator [a] qui mandante domino rem comparavit, poſſeſſionem protinus domino quærit. *vt hic.* Nec mutat [b] l. 59 ſup. tit. 1. quia ibi neutra ex parte erat actum ut res domino quæreretur, *vide quæ ponimus ibidem.* Si quis id [c] ſinè mandato fecit (alterum enim huius reſponſi membrum de geſtore negotiorum accipitur. *Ioann et gl. hic*) poſſeſſionem ei quærit ita demum, ſi dominus negotium habuerit ratum. 1 2 3

 tex. hic.

tex, hic et l. per procuratorem. 8. C. De acq. poſſ. l. 1. C. per quas perſ. nob. acq.
4 Atque ita * quoque accipienda eſt l. ſi ego· 24. De neg. geſt. namque eam agere de geſtore ſinè mandato iſte titulus indicat, & hic textus arguit. *Adde his noſtra inf. ad l. 49. & ſuprà tit. 1 l. 59.*

Ad l. poſſeſſio. 49.

1 §. fin.) Per procuratorem * poſſeſſio etiam ignoranti quæritur. *tex: hic. & l. 1. C. eod.*
2 Sed id hanc temperationem * recipit, niſi procurator rem comparaverit ſibi. *l. 1. §. per procuratorem. h. t.* Vide tamen noſtra ibidem.
3 Item quod dicitur, uſucapionē * ignoranti non incipere. *ut hic. & d. l. 1. C.* id rationem habet, quia uſucapio bonam fidem poſſeſſoris requirit, quæ ignorantis nulla dici poteſt.
4 Proinde * in rebus peculiarib. ſingulare eſt, ut eas per ſubditos poteſtati etiam uſucapiamus ignorātes. *l. Labeo. 8. junc l. ſi emptori. 47. De uſucap. qua eſt aliàs l. 2. pro ſol. adde l. qui fundum. §. fin. Pro emp.* Namque id utilitatis cauſa receptum eſt, cū & aliàs in poſſeſſionis effectu ac jure plerumque nobis plus præſtent ſerui quam liberi. *l. 1. §. hac quæ de ſervis. ſup. h. t.* in poſſeſſionis effectu inquam, & iure; cum non iniquam nobis, ſed ſolam poſſeſſionem iuſtā ſeu civilem quærant; & quod ab ijſdem ex maleficijs apprehenditur, id peculij cauſam non contingat *l. quod ſervus. 24 ſup. eod.*

l. Quarundam. 51.

Relata eſt ſuprà, *in l. 8. eod. tit.*

De Vſurpationibus Et Vſucapionibus.

Ad rubr. & l. 1.

QVæſitum eſt, an uſucapio repugnet æquitati naturali, quod Ioannēs Andreæ putavit: hoc tamen DD. improbant. *Vaſq. Ill. controu. c. 52. num. 1. Bal. par. 1. de præſcrip. c. 5.* quia bono publico ea introducta eſt, ne quarundam rerum dominia in incerto eſſent, *tex. hic.* & conſequenter cauſâ litium minuendarum. *l. ult. inf. pro ſuo.* Præterea negligentiam rei familiaris legibus coërceri, nemo reprehendet jure.
2 Nec ad rem * facit quod dicimus, neminem locupletandum cum alterius iactura. *l. nā hoc natura. De condict. ind.* damnum enim, quod quis ſua culpa ſentit, nō intelligitur ſentire. *l. quod quis. 203. De reg. Iur.* Eoque cenſetur dominus in alienationē legitimam hāc conſentire. *l. alienationis. 28. De verb.*
3 *ſig.* Minus * verò ad rem facit quod alibi præſcriptio impium præſidiū dicitur.

Digitized by Google

dicitur. *Nov. 9.* Id enim de poſſeſsione rerum eccleſiaſticarũ refertur quarum præſcriptio jure ſingulari prohibitur.

Ad l. 2.

Vſurpatio * tametſi oratoribus dicatur, uſus frequens, in iure tamen 1
ſignificatione peculiari interruptio uſucapionis eſt. *tex. hic.* Quæ fit naturaliter, ut cum ipſa poſseſsio interrumpitur, *l. naturaliter ubi Bart. & l. ſi is qui. 15. inf. eod.* Aut civiliter, * ut cum poſseſsio legitimè interpel- 2
latur. Interpellatio autẽ ea fit in uſucapione triennali ſententiâ iudicis, quippe in qua litis conteſtatio non ſufficit. *ut notat. in l. 2. in fin. pro emp. l. 2. pro don.* & multò minus denunciatio. *l. pen. inf. pro emp.* Quanquã
ſi eam condẽmnatio * ſequatur, res poſseſsori perinde auferatur ac ſi 3
uſucapta non eſset. *l. 18. & ibi Coſt De rei vind.* Præſcriptio verò longi temporis * interrumpitur litis conteſtatione ſola. *l. 2. & l. 10. C. de longi temp. præſ. l. mora. 26. C. de rei vind.* Lõgiſsimi verò temporis præſcriptio* 4
etiam per ſolam citationem interrumpitur. *l. 3. §. qua ergo l. 2. princ. C. de præſc. 30. ann.* Denique ſi poſsidens * ob potentiam vel conſimile im- 5
pedimẽtum in jus vocari non queat; apud præſidẽ provinciæ, vel ſi nec ejus copia haberi queat, coram magiſtratu loci vel notario & teſtibus ea de re ſufficit proteſtari. Quæ proteſtatio* qualemcunque etiam præ- 6
ſcriptionem interrumpit. *l. 2. C. de ann. excep. ubi DD.* Quod verò * Ve- 7
ſenbecius autumat ad interrumpendas poſteriorum præſcriptionum ſpecies, litis quoque conteſtationem requiri, *in comm. huius tit. num. 15.* id nuſquam relatum eſt.

Ad l. 3.

Vſucapio eſt [a] adjectio vel acquiſitio dominii per cõtinuationẽ poſ- 1
ſeſsionis tẽporis lege definiti *tex. hic.* Accurſius tamẽ id per metonymiã dictũ putat, & uſucapionẽ [c] acquiſitionis cẽſet cauſã. Quod Cujacius im- 2
probat, qui poſseſsionem quidem uſucapionis reputat cauſam, ſed uſucapionem acquiſitionem eſse ipſam. Nec ſimile eſse ait, quod Accurſius à traditione infert: cum traditio meri ſit facti, nec, ut uſucapio, deſignet acquiſitionem. Et igitur quod Accurſius ex conſequenti exiſtimat, ſi aliud dicamus, fore ut dominium ex plurimis quæratur cauſis, *contra l. 3. §. ex plurimis ſup. tit. 1.* cum ex pluribus nonnunquã cauſis uſucapiamus, id Cuiacius redarguit, ut proxima quidem uſucapionis cauſa ſit poſseſsio, poſſeſsionis verò ad uſucapionem efficacis, cauſæ 3
ſint plures. Per metonymiam [d] tamen utriuſque ſententia interpretari ità poteſt, ut neutrius culpanda ſit.

§. Hæres, 15.) Relatus eſt infrà. *in § lana eod. tit.*

§. De illo, 16.) Si ſervus meus ancillam furatus, [a] eam mihi dede- 1
rit pro libertate, eaque apud me conceperit, partum, quantumvis ancillam poſsideam bonâ fide, non uſucapiam; quia poſſeſsio quam

ſervus

ſervus vitioſè nactus eſt, nocet domino. *tex. hic.* Hoc ità ſi priuſquam
2 pareret, * reſcierim eſſe alienam, alias enim contrarium dicimus. *§. ſi*
3 *antequam. inf ead. l. 1 ſervus. 10. pro emp.* Atque ita quoque accipienda* eſt
l. qui ob pactionem. 9. pro emp. quæ videtur obſtare. Procedit enim
ea quando alienam eſſe dominus ante initium uſucapionis non reſcivit.
4 Quamobrem & ceteræ leges quæ ſimplicius * memorant, partum
ancillæ furtivæ apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptum & editum, uſucapi.
*l. ſi ego. 11. §. partus. De Publ. in rem act. l. 48. §. ancilla. De furt. l. 3. pro
emp.* eodem omnino modo ſunt accipiendæ. Idque juxta diſtinctionem
in partu apud bonæ fidei emptorem concepto & edito, receptam regulariter.
l. non ſolum. 33. in prin. inf. eod.

1 §. Lana. 19.) Lana ovium furtivarum * apud furem detonſa uſucapi
nequit; ſi verò detonſa ſit apud bonæ fidei emptorem, contra ſtatim
2 fit percipientis, nec uſucapione adeo eſt opus. Idemque eſt * in a-
3 gnis editis apud bonæ fidei poſſeſſorem. *tex. hic.* Nec opus eſt * hic ad
vocem editis ſuppleri *& conceptis*, alioquin enim & lanam apud bonæ
fidei emptorem enituiſſe oportuerit. Quod ut minus probabile eſt, ita
nuſquam requiritur. Fetus igitur editus & conceptus apud furem aut
ejus hæredem, non poteſt uſucapi. *§. hæres. ſup. ead. l.* conceptus tamen
apud furem eiuſve hæredem, at apud bonæ fide poſſeſſorem editus,
ejuſdem fit ſtatim. *tex. hic. & l. bonæ fidei. 48. §. fin. ſup. De acq. rer. dom.* &
4 conſequenter non eſt vitio affectus ſed à tertio uſucapietur. In partu *
aliud dicimus, quia in fructu non eſt. *§. in pecudum. Inſt. de rer. diu.* Ideoq;
5 uſucapietur ità demum, * ſi pariter & cõceptus & natus ſit apud bonæ
fidei poſſeſſorem. *d. l. qui vas. 48. §. ancillæ. De fur.* ſi verò conceptus apud
furem ejuſve hæredem, editus apud bonæ fidei poſſeſſorem, non item. *l.
10. §. fin. inf eod.* Nec obſtat * textui noſtro *d. l. 48. §.* ancilla ſi. in fin. ubi
6 dicitur idem eſſe in partu quod eſt in fetu. id enim refertur ad proximè
præcedens textus illius membrum; quando nimirum fetus & partus
conceptus pariter & natus eſt apud bonæ fidei poſſeſſorem. Atque id
7 §. ex furtivis, ibidem, ſequens, indicat palam, * quippe qui manifeſtè
inter partum & fetum diſtinguit. Eſt tamen & alia earum rerum dif-
8 ferentia quæ ibi non memoratur, hæc * nimirum, quod fetus ſtatim fit
bonæ fidei emptoris. *ut hic.* & uſucapione igitur ità demum in acquiſitione
ejus eſt opus, ſi à non domino fortè ſinè contrectatione diſtrahatur,
partus verò à bonæ fidei poſſeſſore uſucapitur ſtatim. *l. ſi ego. 11. §.
idem Iulianus. De publ. in rem act.* Ex quibus evenit *in d. l. qui vas. § ancilla ſi
De fur.* emendatione non eſſe opus, ſed Florentinam lectionem ſervari
rectè.

1 §. Si rem. 21.) Si rem * pignori datam debitor ſurripuerit & vendiderit,
quaſi eadem in domini poteſtatem redierit, uſucapi poteſt. *tex. hic.*
2 *& l. 5 inf. pro emp.* Furtum tamen debitor * facit, rem alienando & furti
cõveniri poteſt, licet eam ſolà cõventione obligaſſet. *l. ſi is qui. 66. in princ.
De furt.*

De furt.l.vlt.inf.h.t. Sed eo caſu ipſa demum rei obligatæ alienatio contrectatio fit,& conſequenter uſucapio ita demum ceſſat, ſi re ipſa ſit alienata. Atque ita * accipienda eſt l. cum ſit. 6. pro emp. Minuſque ad rem facit l. ult. inf. eod. ubi res à debitore ſurrepta ita demum uſucapi definitur, ſi redierit in poteſtatem ipſius creditoris: quia ea intelligenda eſt de uſucapione debitoris ipſius, ut ibidem patet. Textus verò quem explicamus agit de vſucapione tertij, qui rem à debitore comparavit. Debitor enim non vſucapit; quod rem ſurreptione ſuâ redegerit in domini poteſtatem, eoque vſucapio ceſſat. cum nemo rem ſuã ampliùs uſucapere poſſit. *arg. §. lana. ſup. ead.l.* Ideoque uſucapio debitori ita curret, ſi redierit in poteſtatem creditoris. Emptor * verò rei quæ quaſi redierat in domini poteſtatem, eam uſucapit rectè, quod vitium iſtâ ratione ſit purgatum. 3 4

§. Si viam. & § fin.

Quemadmodum * ſervitutes præſcribantur alibi explicuimus. *vide quæ ponimus latè in l. ſervitutes. 14. De Serv.* Hic verò agitur* de præſcriptione libertatis & amiſſione ſervitutum per non uſum. Per non uſum enim quæcunq; ſervitutes amittuntur, ſed aliter urbanæ aliter ruſticæ. In ruſticis enim ſatis eſt, neminem ſervitute per conſtitutum tempus eſſe uſum; idque univerſo tempore requiſito. In urbanis præterea requiritur ut uſucapiatur una etiam libertas. Quod ità fiet, ſi ædes tuæ ædibus meis ſerviant, verbi gr. tigni immiſſione, & ego exemero tignũ. namque, ità demum amitto jus meum, ſi tu foramen unde exemptum eſt, obſtruxeris aut obturaveris, & per cõſtitutum tempus ità habueris, *l. hac autem, 6. De ſerv. vrb. l. 18. Quem. ſeru. am.* Is verò & ſervitute * non uti intelligitur, qui loco quidem utitur ſerviente, non tamen ut ſervitute. *l. vlt. Quem. ſerv. am.* item qui loco ſerviente quidem utitur jure ſervitutis, non tamen utitur ſeruitute ipſâ ſibi conſtitutâ *l. 10. §. 1. l. 11. princ. d. l. ſi quis alia. ſup. Quem. ſeru. am.* Tempus autem * eſt inter præſentes decem inter abſentes viginti annorum. *l. pen. C. de ſeru.* Denique ſi quis alternis annis vel menſibus ſervitutem habeat, duplicati temporis præſcriptio eſt. *l. ſi ſic. 7. ſup. Quem. Serv. Amitt.* Sed bonam fidem ad uſucapionem urbanorum ſervitutum requiri dicendum eſt Neque enim uſus ſervitute cenſetur qui ſuo jure ſe non credidit uti *d. l. vlt. Quem. ſeru. amitt.* Vndè eſt quod uſum hunc * non vi clam aut precario oportuit contigiſſe. *l. 1. C. de ſeru.* quæ omnia bonæ fidei repugnant. In præſcriptone tamẽ ſervitutum * ruſticarum bonâ fide non eſt opus, cum & is qui alterum vi depulit, illa frui poſſit, cum vi poſſidere libertatem non intelligatur. *§. ſi viam. ſup. ead. l.* Et tametſi id Corraſio viſum non eſt, *in d. l. ult.* opinio tamen ejus & ratione caret & idcirco meritò eſt rejecta, *Coſt. in d. l. 6. De ſeru. vrb. allegans Bart. & Caſtr. in d. l. ult.* 1 2 3 4 5 6

Ad l. 6.

In uſucapionibus non à momento ad momentum ſed totum poſtremum diem computamus. *tex. hic.* Quod intellectum * habet ut dici nõ
1 perfectionem completam conſideremus, ſed ſatis ſit totum diem poſtremum à poſſeſſore eſſe contactum, *l. pen. in princ. De diver. & temp. præſ.*
2 Nec mutat * l. in omnibus, 6. De obl. & act. quia ea procedit in actionibus perſonalibus, quippe in quibus non finitur obligatio, niſi poſtremus dies compleatur totus. Ratio autem diverſitatis eſt, quia in uſucapione præter odium negligentis adeſt favor bonæ fidei poſſeſſoris, cum in præſcriptione actionis perſonalis ſolum odium conſideretur negligentis.

Ad l. Labeo. 8.

Ad hanc l. vide quæ retulimus ſuprà *tit. 1. in l. poſſeſſio. 49. §. fin.*

Ad l. ſi aliena. 10.

1 Expeditum eſt * ad uſucapionem bonam fidem requiri, eam tamen poſſeſſori initio adfuiſſe ſatis eſt; initio inquam, id eſt, tempore tradi-
2 tionis. *ut hic. & l. juſtè. §. etſi. 2. inf. eod.* In * emptione tamen ſingulare eſt ut & tempore contractus & traditionis adfuerit bona fides. *l. pen. inf.*
3 *eod. l. 2. princ. inf. pro emp.* Planè * tametſi ſucceſſor univerſalis in malâ fide ſit, præſcriptione tamen ejus id non obeſt, modò bona fide poſſederit defunctus. *l. 2. §. ſi defunctus 19. inf. pro emp. § diutina Inſt. h. t.* Niſi videlicet ipſi primum poſſeſſio ſit tradita. *l. heres. 43. inf. eod.* In ſpeciali
4 tamen * ſucceſſioni, verbi gr. emptionis, donationis, legati, nulla eſt vitioſæ poſſeſſioni acceſſio. *d. l. 2. § ſi eam 17. inf. pro emp. l. Pomponius 13.*
5 *§ fin. De adq. poſſ.* Nec mutat * d. l. 13. §. cum quis. quia ille in vitiis procedit ità nimirũ, ut vitioſa poſſeſsio in bonæ fidei poſſeſsoré tranſlata, huic bona fides nõ proſit, ut ex textu planũ eſt. Sed hoc quod de bona fide dicimus initio poſſeſſionis requiſita, Iure Canonico non ità eſt.
6 Illud quæritur, * an mala fides impletæ præſcriptioni ſuperveniens jus præſcriptione jam quæſitum Iure Canonico non infringat, quod non putamus. *gl. in vigilanti, ex. de praſ. communẽ dicit Panor. ibidem.* Ratio eſt quia is qui præſcripſit jam juris authoritate poſſidet. Cui accedit quod res præſcripta propria cenſetur poſſidentis ut opinio ejus rei alienæ jam non niſi per errorem ſit. Neque enim alienum poteſt dici quod ex juris diſpoſitione poſſidemus pro noſtro. *c. quod dicam, 14. q. 4.*
7 Omne etiam * hoc quod de bona fide dicimus, ad præſcriptionem. 30. annorum non pertinet. Ratio eſt, quia in ea ſolum conſideratur odium negligentis *l. ult. in fin. C. de annali excep.* in quo præſcriptionum genere bonam fidem non conſiderari magis eſt §. *ſi viam. ſup. in l. 4. ubi Bart.* nullus enim ſubeſt favor debitoris qui in uſucapione concurrit pro-
8 pria. Atque hoc igitur * & jure Canonico ità eſſe autumant, *Coſt. ad l.*

6. De

Digitized by Google

6. De Seru. Vrb. quem & ſequitur Bronchorſt. Cent. 4. c. 6. Nec ad * rem fa- 9
cere putant, quod dicimus poſſeſſorem malæ fidei nunquam præſcri-
bere, quia id in ijs procedat in quibus una quoque poſſeſſio requiritur
præſcribentis *Panorm in c. ult. num. 13. ex. de præſcrip.* Quinquam Coſta-
lius * id à vulgo Canoniſtarum non admiſſum perhibet. 10

§. 1.) Relatus eſt ſuprà, *in l. ſervitutes 14. De ſeru. in noſtris.*

§. Scævola.) Relatus eſt ſuprà *in l. 4. §. lana. h. t. in noſtris.*

Ad l. ſi ab eo. 12.

Vide quæ nos in l. 1. De Curat. Fur. Dat. ubi & hæc allegatur.

Ad l. pignori. 13.

1
Ré pignori * acceptã nõ uſucapimus, quia eam alterius nomine poſ-
ſidemus. *tex. hic.* Sed neq; præſcribimus igitur *l. malè agitur. C. de præſcrip.*
30. ann. fac. l. 1. C. comm. de uſucap. Vnde & eſt * quod nec jus redimẽdi præ-
ſcribitur; maximè quia cõſtat creditorẽ pignus non aliter tenere, quam 3
in ſecuritatẽ ſui. Nec obſtat quod dicimus, * omnibus actionibus per-
ſonalibus 30. annis præſcribi, quia pignoratitia actio nõ cõpetit priuſ-
quã ſatisfactũ ſit creditori *l. ſi rẽ. 9. §. omnis. De pign. act.* nec igitur antè i-
nitium habere contra eam poteſt præſcriptio *arg. l. ſi partẽ. 19. Quemad.*
Seru. Amitt. Minusq; ad * re facit *l. cũ notiſſimi. §. 2. & 3. C. de 30. ann. præ-* 4
ſcrip. quia is locus de præſcriptione inter ipſos creditores eſt ſuper iure 5
protoproxias. Reſpectu * enim creditoris poſterioris, vnuſquiſque pi- 6
gnus tenet ſibi, vt conſequenter ceſsante ratione, ceſset & ius. Illud *
verum eſt, natâ iã pignoratitiã actione poſt pecuniã oblatam, depoſitã
aut ſolutam non quidem præſcriptionem procedere annorum viginti,
ſed tamen præſcriptione mannorum triginta *l. nec creditores. 9. & l. ult.*
C. de pign. act. Io. gloſator vetus ibidem ab Accurſio allegatus. Sed quia id de 7
pignoratitia * accipitur iam nata, de iure pignoris luendi contrarium 8
dicimus. *per hunc tex.* Nec mutat * l. omnes. C. de præſcrip. 30. ann. vbi
dicitur omne ius tolli 40. annis: quia id de omni jure accipitur quod
actione vindicamus aut proſequimur, Non etiam de eo quod in facto
voluntatis noſtræ conſtat; quod doctores vocant rem noſtræ facultatis.
D D. in l. viam. inſ. De Via Publ. Fixum itaque maneat juri luendi pig-
noris non præſcribi, niſi debito iam oblato, conſignato, ſoluto aut alias 9
ſatisfacto. Atque hoc * moribus ſervatur in pignoribus redituum an-
nuorum qui quotidie etiam poſt lapſos centum pluresque annos redi-
muntur. Sed certum eſt, pacto * redimendi rem venditam. 40. annis 1
præſcribi, quia id ab inito ſtatim jure actionis proſequimur ex ipſo
contractu, *l. 7. § quinimo. De pact.* Quamobrem & eidem præſcribi

Evnit §. 1.) Res à furioſo bonâ fide empta, i. cum emptor illum ſanæ
mentis putaret, uſucapitur rectè. *per hunc tex. & l. 2. §. ſi à furioſo. D. pro*

emp.. Ratio eſt quia facti error in hac re non nocet, quippe qui opinione diluitur ementis, quanquam iuris error nocet *d. l. 2. §. ſi à pupillo. l. quod vulgo. 11. Pro emp.*

Ad l. 16.

Vide noſtra ad l. 35. §. fi. De Pig.

Ad l. ſi per errorem. 17.

Vide noſtra in l. 2. 3. & 4. De Public. In rem. & rurſus in l. exceptio, De Excep. Rei Iud.

Ad l. ſinè 25.

Sinè poſſeſſione vſucapio contingere non poteſt. *tex. hic. & c. ſinè. de reg. iur. in 6.* Vtilitatis tamen cauſa receptū eſt in hæreditate (quæ quidem inanimis eſt & poſſeſsionem idcirco habere nequit. *arg. l. 1. § Scævola. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ.*) vt ea compleat vſucapionem à defuncto inceptam. *l. captam. 40. l. iuſto. 44. §. nondum. h. t.* Quemadmodum & illud vtilitatis cauſa receptum eſt, ut poſſeſſor tegulæ vel rei alterius ſeparatæ qui vſucapionem eius ſeparatim nondum impleuit, eamque poſtea ædificio coniunxerit, vſucapiat rectè. *l. 30. §. Labeo. h. t.* cum eam in ædificio poſſidere cenſeatur.

l. Labeo. 30.

Relata eſt ſuprà *in l. 25. h. t. in noſtris.*

Ad l. 31.

§. 1.) Vi. hic gl.

Ad l. nón ſolum. 33.

Princip.) Vide quæ poſuimus ſuprà *in l. 1. §. 16. eod.*

§. 1.) Regulare eſt, neminem ſibimet ipſi mutare cauſam poſſeſſionis *l 5. C. de acq. poſſ. l. ad probationem. 23. C. locati.* Idque ita intelligi oportet, poſſeſſionis cauſam ſibi ipſi neminè mala fide mutare, nec per colluſionem etiā cum tertio factam *vt hic.* Nam ſi verus dominus poſſeſſori rem vendiderit, vel quo alio modo ei rem alienaverit, ceſſat regula. *l. 2. § fin. inf. pro emp. l. prox. princ. ſup. hic. l. qui bona. 19. §. 1. ſup. tit. 1.*

§. Non ſolum. Ad hunc §. vide Coſtal. in l. *Pomponius: 20. Quem. Vſ. Amitt.*

Ad l. furtum 37.

Furtum non committitur ſinè affectu furandi. *tex. hic. & § furtiue, verſ. ſed tamen. Inſt. eod. §. placuit. Inſt. de obl. & acto.* Rei igitur nomine

mine quæ ſine animo ejuſmodi contrectata eſt nec cõpetit actio furti. *l.ſi quid.22. De furt.* Planè ſi quis rem magni pretij furari conatus minoris momenti rem conjũctam unà abſtulerit, etiamſi animus contrectandi acceſſorio intentus non fuit, ejus tamen nomine quoque furti tenebitur. *l.qui ſaccum.77. De furt.* & conſequenter res in uſucapionem non cadet.

l. 40.

Pertinet ad ea quæ ponimus ſuprà, *in l.25. eod.* ubi hæc relata eſt.

Ad l. hæres. 43.

Vide quæ poſuimus ſuprà *ad l. ſi aliena. 10. eod.*

Ad l. juſto. 44.

§. Nondum. 3.) Hereditas jacens poſſidere cenſetur, hoc tamen ità, ſi vel defunctus poſsidere ceperit, vel hereditarius ſaltem ſervus. *tex.hic.qui & ſuprà relatus eſt in l.ſinè.25.ſup.eod.in noſtris.* Quod ita accipimus, ſi ſervus rem domino demum mortuo acceperit, dominus autem ipſe eam adhuc vivus emerit. Quo caſu quia dominus ipſe ſibi traditione rei vivus non proſpexit, ob negligentiam ipſius initium uſucapionis nõ currit ante aditã hæreditatẽ. *adde l.prox.inf.§.poſt mortẽ.*

§. Non mutat. 5.) Vſucapione rei non tollitur pignus. *tex. hic.* Vide quæ nos pluribus ſuprà ad tit. De Pign. in l.1. §. cum prædium.

Ad l. præſcriptio. 45. quæ eſt in Florentino ultima.

Præſcriptio occupanti littus vel ſimilem locum publicum impoſitione ædificij exceptionem quidem parit & utilem actionem quamdiu ædificium conſiſtit, ſed eodem dejecto, non intelligimus loco ejus præſcriptum, ideoq; alius eundem occupans adverſus poſſeſſorem primũ, exceptionem habet, *tex. hic.* Quanquam illud hoc loco ſit obſervandum, ædificatũ quod eſt in littore publico, ſtatim & ſinè præſcriptione quoque quaſi dominio cedere occupantis. *ut hic & l. in tantum. ſup. De rer. diu.* Ius verò piſcandi in diverticulo fluminis ad alterum prohibendum ſola præſcriptione paratur. *l.ſi quiſquam. De diu. & temp.præſ.* Nec mutat hic textus, quia is procedit, ſi is qui conſueverat primo piſcari, uſum ejus rei deſeruerit, quod ex adjuncto exemplo de ædificio diruto palam eſt. Illud tamen obſervari oportet, quod in præſcriptione hac piſcandi non ſufficiant ſoli piſcationum actus, ſed præterea requiritur ut præſcribens alios ibidem piſcari prohibuerit, *vide quædam præterea hac de re infra. in l.ſi quiſquam. De Diu. Et Temp. Præſcr.*

§. Poſt mortem. 1.) Mentem hujus textus vide ſuprà, *in l.juſto.44. De uſucap.*

Digitized by Google

l.Si exiſtimans.48.

Relata eſt ſuprà in noſtris *ad l. 18. in prin. eod.*

l.Præſcriptio.54.

Relata eſt in noſtris ſuprà,ad l.6.De Rer.Div.ubi vide.

Ad l. ſi quid eſt.ultimam,quæ aliàs eſt ultima pro ſoluto.

Ad hanc l.vide quæ poſuimus ſuprà *in l.4.§.ſi rem.21,eod,tit.*

Pro Emptore.

TIT. IV.

Ad l. 2.

DE diverſitate bonæ fidei requiſitæ ad uſucapionem complendam in principio vel ſucceſſu contractus inter emptionem & ceteras conventiones,egimus ſuprà *in l. 10.princ.ubi dixi latè.*

§. Si à furioſo.16.) Si à furioſo emero quem ſanæ mentis eſſe putē, quia in facto erro uſucapio procedit,licet ipſe cōtractus non ſubſiſtat. *tex.hic.& l.12.ſup.de uſucap.ubi dixi.* Obſtat autem ei quod hic de publiciana dicitur *l.7.§. Marcellus.De Publ.in Rē act.* Sed Paulus hic perhibet, utilitatis cauſâ uſucapionē admitti, tametſi emptio ſtricto juris intuitu nulla ſit,quippe ex quo ipſo quoque nullitatis capite, evictionis actio & publiciana ceſſant. Quod igitur in reſponſo oppoſito refertur,publicianam admitti,perinde ibi relatum eſt, utilitatis fieri cauſa, id verò eſt ex bono & æquo. Illud igitur reſponſum,ut in dubio fieri conſuevit, ſequi oportet. *Duar.c. 2.ad tit. de uſucap. Pac. cent. 7. enant. c.3.* Tametſi verba hæc, *Nec Publiciana competit*, Græcus interpres Conſtantinus nō agnovit,unde & alij autumant illa abundare. *Vide Dn. Liclema lib. 1. Membr. c. 20.*

l. 3.

Relata eſt ſuprà in ijs quæ nos ad l.4 §.de illo, 16.De uſucap.

Ad l.qui fundum.7.

§.Si tutor.3.) Si tutor rem pupilli ſurripuerit & vendiderit; eadem non aliter uſucapi poteſt, quam ſi redierit in poteſtatem pupilli. *ut hic.* Aliud enim eſt cū tutor eſt in bona fide *l.ſi ſervus,14.§. 1. De Acq. Poſſ.*

l.9.

Digitized by Google

l.9.&.l.ſervus.10.

Hæ ll. relatæ ſunt ſuprà, *in l.4.§.16. De uſucap. in noſtris.*

l.Alienam.13.

Allegata eſt in l. 2. De uſurp. & uſucap in noſtris.

Pro Hærede Vel Pro Poſſeſſore.

TIT. V.

PRo poſſeſſore hic eſt, pro bonorum poſſeſſore, cum aliàs pro poſſeſſore poſsidens malæ fidei ſit.

Ad l 1.

Pro hærede ex bonis vivi nihil uſucapi poteſt, etiamſi poſſeſsor rem fuiſse mortui putarit. *tex. hic & l. ult C. eod. l. opinione. C. eod.* Requiruntur igitur ad uſucapionem pro hærede duo, Primum eſt ut rem quam defunctus ſine vitio poſsedit, hæres poſsideat ut hæreditariam, *l. 3. inf. h. t.* Alterum, ut verè defuncti in cuius bonis illa deprehenſa eſt ſit hæres *l. 3 & 4. C. eod* vel ſaltem ſe hæredem ejus probabili ac juſta ex cauſa eſse putet. *l. pro hærede De Her. Pet. l. non ſolum, §. quod vulgò. De uſucap.*

Ad L. 2. §. 1.

Verſic. Filium quoque,) Filius rem ſibi à patre donatam pro hærede non uſucapit, cum & naturalis poſſeſſio apud eum fuerit vivo patre, *ut hic* Ratio eſt quia nec quiſquam mutare ſibi cauſam poſſeſſionis naturalis poteſt. *verſ prox. ſuprà & alibi ſæpius.* Id autem nihil aliud eſt, quam quòd is qui rem tenet, ſi hoc ſolum ſtatuat, ſe ex aliâ cauſâ poſſidere, nihil agat *l. 3. § illud quoque. l. qui bona. § fin. l. quod meo. De Acq. Poſſ. l. ult. Si Pars. Her. Pet. l. non ſolum § quod vulgo ſup. De uſucap.* Accedit quòd ſui non fiunt hæredes, ſed exiſtunt; nec acquirere adeo bona parentum dicuntur, ſed retinere. *l. in ſuis. De Lib. & Poſth § 1 Inſt. De Her. Qual. & Diff.* Quemadmodum igitur ab initio donatio ea non valet, nec jure veteri etiam ſimpliciter morte fuit confirmata, ità mutando ſibi poſſeſſionẽ filius, pro herede non capiet uſu, nec pro donato etiam, quoniam donatio nulla fuit. *l. 1. § 1. infrà tit. prox.* Amplius, etiã, ſuis heredibus exiſtentibus nemo uſucapere pro herede poteſt, *l. 2. C. eod.* Nam cum liberorum bona patris retro quoque fuiſse intelligãtur *l. in ſuis.* ex hæreditate patrum, quæ ſuperſtitum liberorum manere cenſetur

Digitized by Google

cenſetur nihil etiam pro hærede uſucapi poteſt, cùm nulla viventis ſit hereditas. *l. 1. ſup. eod.* Denique ſi liberi abſtineant, & agnati ex jure prætorio veniant quid juris ſit. *vide Cuias in Parat. C. eod.* An autem Suus hæres pro hærede omnino uſu non capiat, dubium movet hic textus, & eò quidem Accurſius ac Baldus inclinare viſi ſunt. *in d. l. 2. C. eod. ſequuntur ferè Caſtr. Alex. Alc. & alij.* Magis tamen eſt uſucapionem non impediri, quoniam nulla ſolida ratio obſtat. nam quod ad hunc textum attinet, certum eſt eum procedere in re à patre filio donata; ne nimirum is qui ab initio ex donatione invalida rem tenuit, mutando ſibi cauſam poſſeſſionis eam in poſterum poſsideat pro herede. Et quidem probabilius ex eo argumentari liceat, quia in propoſito id de filio donatario relatum eſt, eum uſucapere non poſse, idcirco in ceteris contrarium eſse. Hæc proinde explicatio huic textui prorſus conveniens eſt. Denique l. 1. C. eod. perperam plerumque accepta eſt, ut jam docuimus. Atque id Cumanus probavit. *Cum. hic. Fulgoſ. in l. 1. C. eod. Viglius in §. ſui. Inſt. de Hær. Qual. & Diff.* Minus verò ad rem facit quod liberi defuncto patre dominium rerum paternarum magis continuare cenſentur quàm acquirere: neque enim eò minus ſunt heredes, ſed vel maximè propriè, & dicuntur idcirco heredes ſui. *Fach. lib. 6. Controv. c. 11.*

Ad l. 3.

Vide quæ nos ſuprà in l. 1. eod.

LIBER XXXXII.

De Re Iudicatâ, Et de Effectu Sententiarum, Et De Interlocutionibus.

Ad l. 1.

Res iudicata eſt litis finitio pronuntiatione judicis facta. *ut hic* Quod verò hic additur, id fieri condemnatione vel abſolutione, cum modo accipiendum eſt, ut ſcilicet obtineat ita demum, ſi decendium à facta pronuntiatione ſit elapſum, nec in eo ſit appellatum. *arg. l. eleganter. §. 1. De ſup. De Condict. Indeb.* Nec etiam judicatum contrà jus ſit, tum enim ſententia nulla eſt, l. 2. *C. Quan. Prov. Non Eſt Opus.* Et hoc caſu res iudicata pro veritate habetur, *l. res judicata, inf. De Reg. Iur.* nec ſententia contra eam lata ſubſiſtit. *l. 1. C. Quan. Prov. Non Eſt Nec.* aut reſcriptum Principis id infringit, *l. fi. C. Sent. Reſc. Non Poſſe.* Adde noſtra in l. Iulianus. 60. ſup. De Condict. Indeb.

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. ait Prætor. 5.

Ad hanc l. vide noſtra latè ſuprà *ad l. 1. de Iuriſdict.*

Ad l. in depoſiti. 12.

VIde noſtra ſuprà in l. *63.* & *69.* De Rei Vind. quæ ſolent opponi ſolut. vide ibidem.

Ad l. ſi quis ab alio. 13. §. 1.

MAgis dicimus † quo caſu obligatus ad factum non præſtat quod debebat, id eſt, quo caſu reus in mora eſt, & non aliter eum ad id quod intereſt teneri, *ut hic in fi. verb. quia non facit quod promiſit.* Vt † puta conſultum jam ſit actori id quod intereſt potius quam factum poſtulare. Eſt interim creditoris † electio utrum debitorem ad factum cogere an verò id quod intereſt malit poſtulare, *l. ſtipulatio. 21. §. fi. de Novi Op. Nunc.* Quod ipſum & certiſſimè † arguit, ſi id malit creditor, agere eum ad præſtationem facti poſſe. Vt & illud quòd magna inter artifices differentia eſt, *l. inter artifices. inf. de Solut.* Et quod voluntas teſtatoris ab herede neceſſario præſtanda ſit, *l. fidei commiſſa. 11. §. fi. de Leg. 3. adde l. reſtituere. 68 ſup. de Rei Vind.* Vide noſtra ſuprà *ad l. 1. de Act. Emp. poſt Duar. ibidem.* 1 2 3 4

Ad l. quod juſſit. 14.

QVod juſſit vetuitue prætor contrario imperio tollere poteſt, de Sententiis contrà, *ut hic.* Prætor igitur, ſeu quivis magiſtratus imperium habens quod quoquo † modo juſſit vel vetuit, pro ratione rei natæ mutare poteſt. Et hoc de decretis interlocutoriis vel in primis verum eſt, ſententiæ tamen, id eſt hic, ſententiæ definitivæ mutari non poſſunt, *niſi in caſibus, vi. noſtra in l. 1. ſup. & l. imperatores. inf. eod.* Niſi quod ſuppleri poſſunt, quæ ad conſequentiam pertinent jam ſtatutorum, ſed eadem die, *l. Paulus. 1. inf. eod.* Ratio eſt † quia iis, ubi in rem judicatam tranſiere parti quæſitum jus eſt. Obſtat l. *6. §.* pen. ſup. De † Off. Præſ. ſed ejus ſpecies ſingularis eſt propter inopiam condemnati, qui pœnam ſolvere nequit, *l. ult. §. fi. C. de Modo Mulcta.* Adde l. *2. & l. 11. de In Ius Voc.* nam & harum ſpecies ſingulares ſunt. Planè ſi quæ interlocutoria ſententia † talis ſit, ut jus ex ea quęſitum ſit parti, eam quoque non dicemus mutari, *vi. l. quod in diem. 7. in fi. de Compenſ. & l. 1. C. Si Ex Falſ. Inſtr. cum ſim.* Vnde ſi quis eâ gravatus † ſit, appellatione opus eſt, niſi tamen corrigi interlocutio poſt pronunciationem appellatione poſſit, *arg. l. 1. §. huic. 2. inf. De Appell.* Moribus tamen à quocunque gravamine appellatur, quod & Iure Canonico cautum eſt, *c. cordi. de appell. in 6.* Modò juſta appellationis cauſa ſit. (Ejus autem rei cognitio ad ſuperiorem pertinet utrum legitima ſit an minùs.) *c. debitum de Appell.* aliàs non item, *c. Romana. §. quod ſi. de Appell. in 6.* Antequam tamen judex inhibeatur, in cauſa procedere poteſt, *d. c. Romana. §. ſi verò & c. non ſolum. De Appell. in 6.* Quin & ſi cauſa appellationis deprehendatur injuſta, remittitur pro- 1 2 3 4 5

Digitized by Google

ceſſus ad judicem inferiorem, *d. c. debitum.* aliàs non item, *ut in c. non ſolum. de appell. in 6.*

Ad l. à Divo Pio. 15. princ.

AD hoc princip. pertinentia latè explicantur ſuprà, *ad l. 1. De Juriſdict. vide noſtra ib.*

§. 1.] QVod hic dicitur ſententiam Romę dictam etiam in provinciis exſecutioni dari, id fit hodiè rariùs juſſu ſuperiorum. In cameræ tamen Spirenſi id fit, alibi v. frequentiùs literis, quas requiſitoriales vocant. Quas ipſas tamen olim quoque receptas fuiſſe probabile eſt. *Hoc enim ſenſu procedere putem l. magis puto. §. quari. ſup. De Reb. Eor.* Ab eo ſcilicet, quod magiſtratus unus, poſtulante parte victrice alterum requirat, ut, quia ſatisfactioni non ſufficiunt bona ſub judice requirente ſita, judicatum quoque effectum ſortiatur in ea quæ ſita ſub juriſdictione requiſiti ſunt.

§. In Venditione 2.] VT debito ſatisfiat in exſecutionem ejus priùs res mobiles dein ſe moventes ſeu animales diſtrahendæ ſunt. tum ſoli, poſt jura(qua voce jam & nomina deſignamus, *§. 8. inf. hac l. tex. hic.*) Dein ad emphyteutica, tum demum ad beneficia quæ feuda dicimus, venitur. *DD. hic.* Et licet hoc de feudis dici nequeat, ne præjudicium ſucceſſori fiat: receptum tamen moribus eſt ut in ſubſidium diſtrahantur. Idque ita, ſi dominus feudi conſentiat. Qui ſi id renuat, mandatum impetratur à domini magiſtratu ut conſentiat; præterquam in regalibus, in quibus id difficilius impetrari ſolet.

§. Si *Pignora.*] PIgnora in exſecutionem judicati capta, ſi emptorem non inveniant, ita ut toti debito iis ſatisfactum ſit, accepta intelliguntur, *ut hic.* In conventionali pignore ſolvendum nihilominus reliquum eſt, & ſi vendito pignore quid ſuperſit, reſtituendum debitori eſt id quoque cum uſuris, *l. 6. §. creditor. & l. pen. De Pign. Act.* Quod & moribus receptum hodie in pignore judiciali eſt. Quin & id de jure dominii Impetrando conſtitutum eſt, ut dominium impetrari non ultra quantitatem debitam poſſit, *l. ult. §. ſed ſi quidem. C. de Iure Dom. Imp.* Nec eſt quod quis id ad ſolum pignus conventionale referat, cum pignus judicis authoritate captum eodem cenſeatur jure, & ſuccedat illius loco, *l. 1. C. Si in Cauſam Iud.* Vti & hodie immiſſio in poſſeſſionem, quâ prætorium pignus conſtituitur (*rubr. C. de Prat. Pig.*) non niſi pro quantitate debiti fit. *Novel. 53. c. 4. §. 1.* De modo verò & ordine exſequendi pluribus ſuprà agimus, *ad l. 4. De Pign. Act. ubi vide.*

§. ſi rerum. 4. REctè hic notatum eſt, id quod cognitum & deciſum in judicio ſummario eſt, poſſe denuo deduci in ordinarium, *ut hic. fac. l. pen. Qui Sui Vel Al. Jur. Sunt. l. ſi quis. §. ſi*

Vel.

Vel. De Lib. Agnoſc. l. 3. §. cauſæ. De Carb. Edicto. Quid ergo ſi in judicio ſummario probatum ſit plenè, num tantundem dicamus? imò verò, repeti igitur eędem poſſunt, *c. veniens. 2. de Teſtib. & arg. hujus tex. qui non diſtinguit*, idque Aretino viſum eſt *in c. cauſam quæ. num. 29. de Teſtib. & Baldo in l. 2. in fi. C. de Edendo.* Licet Alexander contrà ſtatuat, *hic n. 6.* Nec enim mutant. l. ſin autem. §. fi. De Neg. Geſt. & l. quod in diem. §. 1. De Compenſ. quia ibi agitur de exceptione ante mota in judicio quoque ordinario. Qua de re plene alibi agimus, *vide noſtra lib. 4. Subtil. c. 15. & 16. per totum.*

Ad l. ſunt qui. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

VIde noſtra pluribus ſuprà *ad l. pen. De Iure Dot.* ubi pluribus tradimus, an & quatenus qui in id quod facere poſſunt tenentur, eodem beneficio gaudeant vel minùs. *Adde gl. in l. divortio. 36. in verb. facere. De Neg. Geſt.*

Ad l. præſes. 26.

SVbintellige hoc loco condemnatum reum tacitè in uſuras uſurarum adverſus conſtitutiones, non expreſſe. (Tacitè autem ita damnatur, ſi in certam fortè ſummam poſtulatam computatione ſummæ prohibitæ damnetur, *gl. Gotofr. hic.*) Aliàs enim ſententia nulla foret, *l. 2. C. Quan. Prov. Non Eſt Neceſſe. l. 1. §. 2. inf. Quæ Sent. Sinè Appell. Reſc.*

Ad l. cum prolatis. 32.

Vide quæ nos proximè ſuprà *ad l. præſes. 26.*

Ad l. Divus. 33.

SEntentia ex falſis inſtrumentis lata reſcinditur per in integrum reſtitutionem, *ut hic tot. tit. C. Si Ex Falſ. Inſtr.* Idem eſt ſi dolo adverſarii obtenta ſit, *l. pen. §. 1. De In Int. Reſt.* Probato tamen falſi crimine in judicio admiſſo, reſtitutio facta intelligitur decreto interpoſito de falſo *l. 2. C. d. tit.* quod judex ſecutus eſt, *l. 3. C. eod. vide Buſ. lib. 3. Subtil. c. 17. per tot.*

Ad l. Imperatores. 25.

NOn reſtituitur denuo ad agendum qui negotium re judicatâ finitum inſtrumentis novis reſuſcitare conatur, ut hic & l. ſub ſpecie. C. eod. Quid ergo, ſi probabili ignorantiâ aliâve conſimili cauſâ factum ſit quò minùs poſſent produci, num tantundem dicamus? Dubium movent ll. allegatæ. Ponormitanus tamen eum reſtitui, *in c. ultra tertiam. de teſtib. Bal. & Joan. And. ib. Duar. hic.* Cumanus, Fulgoſius contrà, *Cum hic & Fulgoſ. conſil. 181.* Sed prior ſententia ita obtinet, ſi nulla culpa condemnato imputari poſſit, quod diligentiam ſummam adhibuerit ut inſtrumenta inveniret, ita tamen ſi aliter ei nequeat eſſe conſultum, *arg. l. argentarius. §. fi. De Edend. junc. l. ult. De Eo Per Quem Fac. Erit.* Diverſa verò ſententia ita obtinet, ſi ei cui re judicatâ præjudicatum eſt vel aliter conſultum eſſe ſine famæ tamen

Digitized by Google

læſione partis adverſæ poſſit, *arg. l. Divus. §. 1. De In Int. Reſt. ſup.* Vel culpa qualiſcunque ei poſſit impetrari. Denique & aliter ei conſultum intelligimus in judiciis abſolutoriis, in quibus videlicet exceptioni rei judicatæ opponitur replicatio doli, *arg. l. ſi mater. De Excep. Rei Iud.* Eoque pertinet ſpecies l. admonendi 31. De Iurejur. Quatenus verò id in inſtrumentis communibus pòſt repertis ita eſt, multò magis idem de poſt reperto teſtamento dicemus, *arg. l. 6. ſup. De Tranſact. junc. arg. l. 2. De Iurejur. item arg. l. 1. princ. Teſtam. Que. Aper.* Malè proinde Fachinæus, nonnullos ſecutus, diverſum putat, *per hanc l. & d. l. ſub ſpecie.* Cum & hæ cum modo accipiantur, ut jam docuimus, & ipſe confutetur *per d. l. 1. §. ratio. junc. princ. ejuſdem l.* diſerte. Excipimus & à regula hujus l. cauſam Publicam, *ut hic.* Eccleſiæ & civitatum, quippe quæ jure minorum gaudent, *fac. l. 22. & 23. l. 3. C. Ex Quib. Cauſ. Major. l. 3. C. de Iure Reip. lib. 11. fac. l. 8. & 26. §. item. D. Ex Quib. Cauſ. Major. Mynſing. Cent. 4. Obſ. 61.*

Ad l. Neſennius. 41.

VIde noſtra obiter ſuprà *ad l. ſi extraneus. 33.* De Iure Dot. Latiùs verò ad l. penult. eod. tit. quæ ſolent opponi. Vide ibidem.

Ad l. Paulus. 1 quæ eſt l. 42.

Vide noſtra ad l. *1.* & l. quod juſſit *14. n. 4.* inf. eod.

Ad l. ex contractu. 44.

Relata eſt hæc l. in noſtris *ad l 1. n 9. ubi vide De Subſt.*

Ad l. ſi quis dolo. 61. §. 1.

VIde quæ tractamus ad l. ſi *15. 7.* ſup. De Rei Vind. quæ ſolet opponi; ſolutionem vi. ibid. Vide & D. Lycklema *lib. 5. Memb. c. 42.*

Ad l. contumacia. 54.

QVatenus contumax damno litis coerceatur an minùs, pluribus ſuprà tractamus, *ad l. & poſt edictum. 73.* De Iudic. ubi vide noſtra.

§. Contumax. *1.*] AD hunc §. vide quæ nos pluribus ſuprà, *ad l. ad peremptorium. 72. De Iudic.*

§. Pœnam.] Ad hunc §. vide noſtra ſuprà *ad l. Divus. De In Int. Reſt.*

Ad l. contra pupillum. 54.

Vide quæ nos pluribus ſuprà ad l. minor. *8.* De Minorib.

Ad l. poſt rem judicatam. 56.

Vide noſtra ſuprà ad l. *35.* eod.

Ad l. quidam conſulebat. 57.

AN minor rectè judicantis officium ſubeat & quatenus arbitri, vide alibi in noſtris, *lib. 6 Subt. c. 5.*

Ad l. quæſitum. 60.

Hæc l. explicatur in noſtris, ſuprà *ad l. Divus. De In Int. Reſt.*

Ad l. 62.

Vide l. Paulus, 1. ſup. eod. & noſtra ad l. *14.* ſup. eod.

De

Digitized by Google

De Confeſsis.

TIT. II.

Ad l. 1.

CONfeſſus pro judicato eſt, *ut hic & l. 56. ſup. eod. adde l. tale pactum. ſup. De Pact.* Excipe ſpeciem l. certum. 6. inf. eod.

Ad l. 2.

NOn fatetur qui errat in facto, *ut hic.* Exempla ſunt in l. ſi poſt diviſionem. 4. l. 5. & 7. C. de Iur. Et Fac. Ign.

Ad l. ſi is cum quo. 4.

VIde noſtra late ſuprà *ad l. inde Neratius. §. fin. Ad L. Aquil.* ubi plene docemus ad actionem ex confeſſo delicto quid requiratur.

Ad l. certum. 6.

Principium hujus l. exceptionem ſtatuit à l. 1. ſup. eod.

Si quis abſente.] ABſenti non ſolet quis damnari, *ut hic.* Quod regulare eſt. Excipe l. properandum 5. §. ſin autem reus. C de Iudic. & l. 33. §. publice. De Proc. ſuprà. Adde l. 5. De Pœn. vide noſtra in d. l. 33. §. publice.

§. Sed an ipſos.] NOn ſufficit procuratores, tutores, curatores, fateri, ut præjudicium domino fiat, *ut hic.* Nec igitur dominus tenetur ſi pecuniam ſibi numeratam illi profiteantur, *Bart Caſtr. Corn. alij in l. 2. §. fi. De Reb. Cr.* Recte verò, *argum. l. ex cautione. & tot. tit C. de Non Num. Pec.* Hoc tamen Saliceto & Viglio viſum non eſt, *in d. l. 2. §. fi.* Sed Bartoli ſententia in procuratore ſpeciali magis obtinet, *per hunc tex.* diverſa verò in generali, ut & in tutore, *arg. l. 2 §. fi. C. de Quadr. Præſ. l. Lucius. §. tutela. De Adm. Tut.* Adde Fachinæum *lib. 2. Contr. c. 56. per tot.* Quid verò ſi confeſſio facta in judicio ſit, eique authoritatem accommodet judex? rectius tamen dicimus eo quoque caſu idem eſſe, *per hunc tex.* qui utique ad confeſſum in judicio pertinet, *ut ex princ. hujus l. conſtat.* Male igitur Angelus & poſt eum Iaſon aliter ſtatuunt, *in d. l. 2. §. fin.* Denique ſi mandato inſertum ſit ut & confiteri de pecunia accepta poſſit, an tantundem dicendum ſit, ſi non aliunde conſtet de numeratione, videamus: & hoc magis eſt, cum veroſimile non ſit, aliud hac clauſulâ cautum eſſe quam ut cautionem de pecunia acceptâ exponeret, *ut rectè Bal. Salic. Cornæus & alij in d. §. fi. tradunt*, Bartolus tamen & Decius contra, idque ob tenorem verborum mandati. Sed male cum in dubio non tam verba quam quod actum eſt, inſpiciendum ſit, *l. ſemper in ſtipulationibus. De Reg. Iur.* Plane ſi juramentum domini acceſſerit, nihilominus diver-

ſum diximus, *arg. l. ult. C. de Non Num. Pec.* Idque Decius probat, *in d. §. fi. n. 35.* Alciatus *ibidem*, contra, ſed nullo argumento motus digno confutatu. Non obſtat omnibus his *l. tam mandatori. C. de Non Num. Pec.* Reſpondemus enim, eam obtinere in mandatore qui acceſſit inſtar fidejuſſoris, *ut ibidem.*

§. in pupillo.] AD hunc §. vide noſtra ſuprà, *ad l. auxilium. De Minorib.*

Quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.

TIT. IV.

Ad l. 2.

DE miſſione in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, deque effectu ejus vide noſtra late ſupra, *ad l. 5. De Damn. Infecto, ubi vide in noſtris.*

Ad l. 3. §. contractum.

SI pupilli ſervus juſſu domini contraxerit, pupillus tenetur, *ut hic.* Intellige vero id de actione de peculio, *ut & in l. 3. §. Pedius. De Pecul.* Nam quod juſſu actione non tenetur, niſi juſſerit tutore authore, *l. 1. §. ſi pupillus. Quod juſſu.*

Ad l. In poſſeſſionem. 6. princ.

CReditor ſub conditione quandoque mittitur in poſſeſsionem, *ut hic.* Hoc ita ex primo decreto, non etiam ex ſecundo, *l. pen. §. fi. inf. eod.*

Ad l. 7. §. 1.

De 1. & 2. decreto. Vide noſtra ſuprà ad l. 5. De Damno Inf.

Ad l. pen. §. fi.

Vide noſtra ad l. 6. princ. ſup. eod.

De rebus authoritate judicis poſsidendis.

TIT. V.

l. cum bona. 16.

PErtinet ad rationem juris retractus, *ut & l. imperator. 60. ſup. De Pact.*

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. qui in navem. 26. & l. 34.

VIde noſtra late ad l. 5. & 6. ſupra. Qui Pot. In Pign. Hab. ubi & hæc explicatur.

Ad l. Antiochenſium. 35.

QVateuus quæqne civitas ſibi legem condere poſsit, ſupra tractamus, ad l. omnes populi. De Inſt. & Iure.

Quo vero privilegio quæque civitas in jure pignorum gaudeat, tractamus ſupra ad l. ſi pignus. 8. n. 3. & ſeqq. Qui Pot. In Pig. Hab.

Quæ In fraudem Creditorum facta ſunt ut reſtituantur.

TIT. VIII.

Ad l. ſi quis cum haberet. 15. & l. 16.

Vide noſtra ſupra ad l. 25. Qui & A Qu. Manum. Lib. Non Fi.

Ad l. omnes debitores. 17. §. 1.

QVi creditores habet, ſi omnia bona ſua alteri tradat, præſumitur id in fraudem creditorum feciſſe, & ex edicto hujus tituli tenetur. Quod & in datione omnium bonorum in dotem ita eſſe alibi annotamus, *ad l. mulier. 72. De Iure* Dot. *ſup. per hunc tex.* Denique & hic notant donationem omnium bonorum valere, *arg. hujus l. & l. ſi quis argentum. C. de Donat.* Quod tamen ita reſtringunt ut ei ſemper aliquid reliquum manere oporteat cauſâ tuendæ vitæ & teſtandi DD. *in l. obligatione. & ſeqq.* De *Pign.* Sed hæc quatenus ita ſunt, alibi Deo favente fuſiùs explicabimus, *ad l. ſi quis argentum. C. de Donat.*

LIBER XLIII.

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſus erit.

TIT. IV.

Ad l. 1. §. Hoc edicto.

Vide noſtrâ ſupra ad l. ult. De Adm. Tut. ſupra, ubi hic §. explicatur.

Ad l.

Digitized by Google

Ad l. 3. princ.

QVi miſſus in poſſeſſ. fuerit vel interdicto præſenti uti poteſt, vel officio ejus qui immiſſionem decrevit, nonnunquam etiam per manum militarem, *ut hic.* Quod ſi necdum vi reſiſtatur, officio decernentis utimur ſolo, *l. 1. §. neceſſariò. Si Ventr. Nom.*

De Tabulis exhibendis.

TIT. V.

Ad l. 1. §. ſive autem. & ad l. ult.

INterdictum do tabulis exhibendis obtinet etiam ſi teſtamentum falſi arguatur, *ut hic.* Niſi quæſtio pertineat ad publicam utilitatem, *l. ult. inf. eod.* Denique pertinet interdictum hujus tituli ad crimen falſi, ſi eo nomine judicio privato agatur, quod utique fieri poteſt, *l. 15. l. 23. C. ad L. Corn. de Falſ.*

De via publica & itinere publico reficiendo.

TIT. II.

Ad l. 2.

1 VIam publicam populus † non utēdo amittere non poteſt, *ut hic.* cum publica ne quidē ab alio poſſeſſa præſcribi poſsint, *l. 9. De Uſucap. l. 33. §. 1. De Contr. Empt. l. 7. De Diverſ. Et Temp. Præſcr.* via verò utique publica eſt, *l. 2 §. viam. Ne Quid In It. Publ.* Malè verò DD. ex hoc
2 textu † concludunt, non præſcribi poſſe res Meræ Facultatis, *Bart. hic. poſt Guill. & Cin. quem & alij ſequuntur.* Quæ enim illæ? an non eæ, quibus uti & abuti pro arbitrio liceat noſtro? Tales verò & actiones & jura pleraque ſunt, quæ tamen & præſcribuntur. Denique malè
3 arg hujus † loci collectum eſt, Iuri redimendę rei venditę ex pacto non præſcribi. Quæ enim id ratio faciat, cum ex pacto hoc actio perſonalis ſit, *l. 2. C. de Pact. Inter Emp. & Vend.* cum perſonalibus actionibus omnibus *30.* annis præſcribi certum ſit, *l. 3. C. de Præſcr. 30. Ann.* Nec mutat l. omnes. C. eod. quia ea pertinet ad actiones & jura fiſco competentes, non etiam ad ea quæ ita publica ſunt ut uſu communia ſint, *l. 6. C. de Op. Publ.* Planè jus pignoris luendi præſcribi non
4 poteſt, † *d. l. 3.* non tamen ideo quod meræ facultatis ſit, ſed quòd creditor pignus non ſibi ſed creditori poſsideat, hoc eſt, ut præſcriptionis

jus ſi

jus ſi quod in hac re contingat, id commodo domini cedat, *l. ſervi. 16. De Uſucap.*

De Vi & Vi armata.
TIT. XVI.

Ad l. 1.

§. Denique 10.] SI colonus dejectus ſit, an interdictum ob hoc habeat dominus? non videtur, *ut hic.* Excipe ſpecies nonnullas, *ut in l. 10. & l. 18. inf. eod.*

§. 12.] DEjeciſſe & is videtur qui id fieri mandavit. Mandator in hac in re ferè ita punitur ut delinquens ipſe, *ut hic.* Addo quæ nos in ſimile argumentum ſuprà tractamus, *ad l. 37. Ad L. Aquil.*

Ad l. 3. §. eum qui.

QVatenus vim vi repellere liceat, & quis modus eâ in re ſervandus ſit, pluribus ſuprà tradimus, *in l. 5. Ad l. Aq.* Et rurſus alibi, *in l. extat. Quod Met. Cauſâ.*

Vti Poſsidetis.
TIT. XVII.

Ad l. 1. §. fi.

VI, Clam, aut Precario poſſidens interdictum non habet, præterquam in eum quem non dejecit, *ut hic. & l. 17. De Acq. Poſ.* Sed neque precario tenens eodem gaudet, ſi ei poſſeſſio precariò conceſſa non ſit, *l. 6. §. is qui. De Precar. junc. l. 15. §. eum qui. eod.* Denique & huic §. obſtat quod precaria poſſeſſio alibi dicitur juſta, *l. 13 §. 1. De Public. In Rem.* Verum ibi juſta poſſeſſio ponitur pro detentione jure probata, ut ibidem apparet, *& ex l. 13. §. cum quis. De Acq. Poſ. & in l. 11. De Diverſ. Preſc.*

Ad l. 3.

EXplicatur hic quemadmodum duo in ſolidum unam eandemque rem poſſidere poſſint, *ut hic.* Obſtat l. 3. §. ex contrario. 5. ſup. De Acq. Poſſ. ſed ea obtinet, ſi poſsideatur eodem modo, *vide ibidem.*

De Aqua Cottidiana & Æſtiva.
TIT. XX.

Ad l. 1. §. duo.

Vide noſtra ſuprà ad l. 17. De Servit. ubi hic §. allegatur.

Ad l. 3. Princip.

Vide noſtra in l. ut pomum. ſup. De Serv. Pr. Ruſt.

Digitized by Google

§. Ductus Aquæ.] REctè hic annotatum eſt, uſum temporis immemorialis, vim juris legitime conſtituti habere, *ut hic. per DD.*

De Remiſsionibus.

TIT. XXV.

Ad l. un. §. jus habet. 3.

QVi aut dominium aut ſervitutem habet, jus operis novi nunciandi habet, *ut hic. adde l. in judicio. 47. Fam. Erciſc.* Obſtat, quantum ad ſervitutes ruſticorum prædiorum attinet, l. viam. De Op. Novi Nuntiat. Sed hæc pertinet ad caſum eum quo quis ædificat in ſolo ſuo per quod nobis iter competit. Tum enim priùs agendum confeſſoriâ eſt, ut ſc. doceatur, actori per eum locum viam competere, *l. ſi eo loco. 9. Si Serv. Vin.* Neque enim in ſuo ædificanti aliter novum opus nuntiari poteſt quàm ſi conſtet nuntianti novum opus non obeſſe, *l. 5. §. meminiſſe. De Novi Op. Nunt.*

§. Item Iuliano.] REfert hic Vlpianus ſententiam Iuliani, cui placuit fructuario quoque jus vindicandarum ſervitutum eſſe, unde & novum opus nunciare poteſt, & remiſsio utilis eſt, quam ſententiam ſequitur Vlpianus, *ut hic.* Hoc ita, ut nomine domini & ſervitutes vindicare, & novum opus nuntiare poſsit. Obſtat enim aliàs l. 1. §. fin. De Op. Novi Nunc. ubi idem ait eum ſuo nomine novum opus nunciare non poſſe; item l. 1. princ. ſup. Si Vſusfr. Pet. ubi dicitur, eum vindicare ſervitutes non poſſe. Quod & rectè aliis placuit, *Duar. ad t. de Op. Novi Nunc. præl. 6. Hotom. lib. 2. Reſponſ. Amic. c. 16. item Robert. lib. 2. Recep. Jur. lect. c. 12. & Pacius Cent 7. Enant. c. 19.* Aliter quàm Cujac. qui exiſtimavit, hic tantùm referri ab Vlpiano ſententiam Iuliani; non probari.

De Precario.

TIT. XXVI.

Ad l. 6. §. is qui.

REm precariò tenens non poſsidet, *ut hic.* Detinet tamen; quo reſpectu & naturaliter poſsidere dicitur, ſed minùs proprie, *ut in l. 7. §. neq; colonus. Com. Div.* Poſsidet enim qualicunque modo domino qui poſſeſsionem per eum conſervat, *ut in l. 9. & l. 19. & alibi ſup. De*

Acq.

Digitized by Google

Acq. Poſ. Verùm an non competit ei interdictum? imo vero, non tamen adverſus dominum, ſed eum à quo cauſam non habet, *l. 17. De Acq. Poſſ. l. 1. §. fi. uti Poſſ.* Hoc tamen de eo accipiendum eſt, qui rogavit precario ut ſibi poſſidere liceat, *l. 15. §. eum qui. inf. eod.* quo ipſo caſu tamen nihilominus poſsidet dominus, *ut hic.* Eadem tamen poſſeſsio interdum juſta dicitur, ſed hoc eò quod invito domino detenta non ſit, *ut in l. quacunq. 13. §. interdum de Publ. In Rem.*

Ad l. & habet. 15. §. eum qui. & l. 17.

Vide noſtra ſuprà ad l. *6.* eod.

LIBER XLIV.

De Exceptionibus, Præſcriptionibus & Præjudiciis.

REus in exceptione actor eſt, *ut hic.* ſed hoc ita quoad neceſſitatem probandi, *vide l. in exceptionibus. ſup. de Prob. & ibi ſcribentes*, aliàs enim diverſum eſt, & propria ſignificatione actionis exceptio non continetur, *l. verbum. 8. §. 1. De Verb. Sig.*

De Except. Rei Iud.

TIT. II.

Ad l. Iulianus. 3.

EXceptio rei judicatæ toties obſtat, quoties eadem res inter eaſdem perſonas in litem deducitur, *ut hic. & l. 7. §. & generaliter. inf. eod.* Adde verò l. ſi à te. *9.* inf. eod. item addi his poſſunt noſtra *in l. nec ullam n. 5. De Pet. Her.* Quoties vero quis reſtitutione rei cujuſq; actione principali liberetur, alibi ex profeſſo tradimus, *lib. 5. Subtil. c. 14.*

l. ſi à te. 9.

Pertinet ad explicationem l. *3.* ſup. eod.

Ad l. an eadem. 14. §. fin.

INterdicto qui egit, rectè in rem poſtea aget, nec repelletur exceptione, *ut hic*, vide hac de re noſtra latè ſupra, *ad l. naturaliter. §. 1. De Acq. Poſ.*

Ad l. ſi is qui. 25. §. 1.

Vide noſtra latè ſupra *in l. 18. De Ædil. Edicto.* ubi & hæc explicatur.

Digitized by Google

De Diverſis & Temporalibus Præſcriptionibus, & de Acceſsionibus Poſſeſsionum.

TIT. III.

Ad l. an vitium. 5.

PRincipio hujus l. ſolet opponi l. 13. ſup. De Acq. Poſſ. ſolvimus vero & explicuimus ibidem.

Ad l. ſi quiſquam. 7.

QVatenus jus piſcandi in diverticulo fluminis alicui competat an minùs, pluribus in noſtris traditum ſupra eſt, *ad l. 45. De Uſucap.* Illud hic addendum, quod moribus introductum ſit, non tantùm diverticula ſed & in flumine ipſo piſcandi jus nonnullis in locis præſcriptione dominio acquiri privato poſſe.

Ad l. creditor. 12.

DE Præſcriptione Pignoris vide noſtra latè ſupra *ad l. 1. §. cum prædium. De Pignor.*

De Doli Mali Et Met. Except.

TIT. IV.

Ad l. apud Celſum. 4. §. adverſus. 16.

Verſ. Libertum. OBſtat l. heredibus. 13. ſup. De dolo. Sed intellige ibi heredes patroni de dolo proprio teneri, hic exceptionem ex dolo patroni jam defuncti opponendam.

Ad l. 5. §. fin.

Vide noſtra lib. 1. Subtil. c. 1. per tot.

De Obligationibus & Actionibus.

TIT. VI.

Ad l. filiusfam. 9.

REcenſentur hic actiones filiisfamilias competentes, puta injuriarum, quod vi aut clam, depoſiti, commodati, *ut hic.* vide tamen textum in l. 18. §. 1. De Iudic. (Non tamen in patrem agunt ipſi, *l. 7. ſup. eod.*) adde his actiones in factum, *l. in factum. 13. inf. eod.* Conveniri tamen ex omnibus cauſis ipſi poſſunt, *l. filiusfam. 39. inf. eod.*

Ad l. 39.

Vide proxime ſupra ad l. 9.

Ad l. pupillus. 59.

Vide noſtra ſup. ad l. 9. De Auth. Tut.

DIGEST.

Digitized by Google

DIGEST. SEV PANDECTARVM.

PARS VII.

LIBER XLV.

De Verborum Obligationibus.

ILlud conſtat, conventionem † ſimplicem, ſeu pactum 1
nudum non producere actionem, *l. juriſgentium. 7. §. 2. &*
tot. tit. ſup. de Pact. Quod prudenter introductum eſt,
ne quivis temere ſine præmeditato conſilio obligetur.
Vnde & Verborum † Obligatio inventa eſt, ut eâ adhi- 2
bitâ conſtaret paciſcentes voluiſſe in omnem eventum
negotium propoſitum, ratum fore, *ut hic in l. 1. per tot.* Illud quæ-
ſitum † eſt, An verbo conventionis inſtrumento inſerto, ſtipulatio cen- 3
ſeatur contracta, ſed hoc admittendum non eſt, *l. 1. princ. & tot tit. hic.*
item C. & Inſt. eod. Nec ad rem facit quòd verborum ſolennitas Leo-
ninâ conſtitutione ſublata eſt, *l. omnes C. de Contr. & Com. Stip. §. 1. Inſt.*
eod Verborum enim ſolennitas eadem lege ſublata eſt, obligatio quæ
verbis fit non item. Quod ſi quis contra arguat, nullam idcirco diffe-
rentiam contractus hujus à conventione nuda remanſuram, ego di-
cam, requiri nihilominus in negotio hoc quæ alias in eodem ſpecialia
ſunt, quod ſcilicet partes ſtipulationem inire voluerint, quodque inter
præſentes tantùm ſine intervallo perfici eam oporteat. Stipulationes
idcirco *in d. l. omnes.* nomen quoque ſuum retinent, ſolâ verborum ſo-
lennitate ſublatâ. Atque id Bartolus perhibet, & alii probant, *vi. Ripam*
hic n. 16. qui hanc communem dicit, licet Fulgoſus & Iaſon diſſentire vi-
deantur, *in l. lecta. de Reb. Cred.* Neque † verò ad rem facit, l ſciendum. inf. eod. quia ea de fidejuſſione agit, quæ ipſa quoque ſtipula- 4
tione perfici intelligitur.

Ad l. 1. princ.

STipulationis forma † non tam in verborum ſolennitate conſiſtit, 1
quàm in verbis ex conſenſu partium obligantibus. *arg. l. non figura.*
ſup. tit. 1. Vnde contrahi eam à præſentibus & ſe mutuo exaudienti-
bus oportet, cum inter abſentes contrahi non poſſit, *ut hic. l. 5. §. 2. inf.*
eod. §. item verborum. Inſt. de Inut. ſtip. Non mutat † l. ea quæ. 57. ſup. 2
de Don. Int. Vir. & Vx. quia ibi ſubintelligendum eſt, confeſſionem
literis expoſitam eſſe de ſtipulatione antea facta, quod ſcilicet fieri po-
teſt rectè *l. Titia. 134. §. fin. inf. eod. conv. l. Publia. §. fi. ſup. Depoſ. Zaſ.*

Digitized by Google

3 *poſt Bart.hic.* Præſumit tamen † jus noſtrum nonnullis caſibus ſtipulationē interveniſſe, licet non intervenerit re ipsâ, ut in cauſa pupillari *in ſpecie l.4.§.fi. de Fid.Tut.* & dotali *in ſpecie l. un. C. de Rei Vx. Act.*
4 Diverſum verò omnino eſt † in obligationibus ex conſenſu, quia ad eas verba præſentium non requiruntur, *l.obligamur.52. §.fi. ſup.tit.1.*

§. Si quis ita 2.

1. Reſponſio imperſonalis non vitiat obligationem, & num.5.6.7.

2. Stipulatio inutilis non valet in vim pacti.

1 SI quis † rogatus *Dabis*, reſponſum acceperit, *Quid ni*, ſtipulatio valet. Sed ſolo nutu ad interrogationem dato non obligamur. *ut hic.*
2 Vnde hic rectè † à quibuſdam annotatum eſt, ſtipulationem inutilem
3 ne quidem in vim pacti valere. Non mutat † l.an inutilis.inf.de Accept. & l. ſi unus. *27.§* pen.ſup de Pact. nam quod inutilis acceptilatio ibi in vim pacti valet, id favore liberationis contingit. *arg. l. Arrianus.*
4 *ſup.tit.1.* Minuſque † ad rem pertinet regula quâ dicimus, quod non valet ut ago, valet tamen ut valere poteſt, *l. 13. ſi tam anguſti. ſup. de Serv.* neq; enim ea regula generalis eſt, *vi.noſtra ſupr.ad l.1 de Conſt. Pec.* & jus hoc loco præſumit eos qui ſtipulationem contrahere voluerunt, ne quidem naturaliter contrahere ſolo nutu ad interrogationem
5 facto. Rectè verò & argumento † hujus textus evincitur, imperſonaliter conceptam promiſſionem ob perſonæ repetitionem omiſſam non vitiari. *arg.§.præterea.Inſt. de inut. ſtip. & l. ſi ſine.§. qui interrogatus. ſup. de Inter. in Iu. Fac.* Vt rectè Alciatus poſt Cumanum, contra quam Bartolus docuit. *vi. Alc.lib.2. Parerg.c.18.* Non mutat † auth. ſi quando C.de Conſt Pec. ea enim aliter definit ob diverſitatem temporis in
6 conventione adhibitam. Vnde & in propoſito ſententia ejus Novellæ admittenda eſt ſi diverſitas temporis in interrogando & reſpondendo ſit admiſſa, *§ ſi quis ſimpliciter inf. in ead. hac l.* Nec ad † rem facit
7 l.ſi ita *126.* §. Chryſogonus. inf. eod. ubi repetitio perſonæ non ſubintelligitur niſi repetitio ſit expreſſa, id n. ita eſt in ſpecie ejus legis. Cum contractu principali obligatus non cenſeatur repetitus in acceſſorio uſurarum, niſi quis obliget ſe denuo expreſsè. *fac. l. 54. loc.*

§. Si quis ſimpliciter.

Allegatur in noſtris ad §. præcedentem.

§. Si ſtipulanti.

1 STipulanti decem † ſi promittantur quinque, aut vice verſâ, ſtipulanti quinque promittantur decem, obligatio non ſubſiſtit præterquam in ſumma minore, neque verò impedimento diverſitas eſt reſponſionis, cum minor ſumma majori contineatur. *ut hic, l. ſi ita. 109.*
2 *inf.eod.* Diverſum † eſt in corporibus aut ſpeciebus diverſis, puta

quis

Digitized by Google

quis ſtichum aut Pamphilum ſtipulatus eſt, alter verò ſe daturum u-
num reſpondeat. tum enim promiſſor non tenetur, *l. inter ſtipulantem,*
83.§.2.inf.eod. niſi conjunctivè facta promiſſio vel interrogatio ſit: *d.l.*
83.§.item ſi ego. Vt ſi Pamphilum & Stichum ſtipulatus ſis, ego vero
Pamphilum promiſerim, alterius enim adjectio ſupervacua eſt, *ut in*
ead. hac l. §. ſed ſi mihi. Plane ſi † ilico placuerit ſtipulanti reſponſionis 3
diverſitas, dicendum eſt, novo conſenſu quaſi nova ſtipulatione vitia-
tam quoque obligationem conſtare, *§. prox. ſup. in hac ead. l.* Opponi † 4
autem huic §. ſolet §. præterea Inſt. de Inut. ſtip. ubi ſtipulatio in de-
cem concepta ob promiſſionem ſummæ minoris dicitur vitiari, ut vi-
tiatur ſtipulatio pura ob reſponſum conditionale: ſed hoc de ſumma,
ita uerum eſt, quatenus major minorem quantitate excedit. Non † 5
mutat, arg. l. ſi decem. *52.* ſup. locati. quia in ſpecie ejus manifeſtus
error ſubeſt. Quàm proinde inepti ij qui hic antinomiam ſtatuere non
erubuere!

Ad l. *2*.§.1.

STipulationes aliæ † partium præſtationem recipiunt, hoc eſt per 1
partes ſolvi poſſunt, aliæ non item, illas fere dividuas, has indivi-
duas dicimus. Quæ dividuæ habentur, aliæ naturâ tales ſunt, ut quæ
de ſervitutibus prædiorum concipiuntur, & quæ ſimiles ſunt, aliæ verò
difficultate præſtationis, ut ſi quis hominem generaliter debeat, & ita
in ſimilibus. In quibus ſcilicet † receptum eſt ut partis præſtatione, 2
ne quidem partis ſolutio facta cenſeatur, ſed repeti eà poſſit, & alius
ſolvi, *ut hic. adde l. 85. & quæ nos ibid. inf. eod.* Quæ † verò quoquo 3
modo aliàs interdum Doctoribus noſtris, & jure adeo ipſo individua
cenſeantur pluribus alibi explicamus, *lib.5.Subtil.c.1.*

§. Ex his.

IN ſtipulationibus individuis ne quidem heredes pro parte præſtan-
do liberantur. Vt hic. & d. l. *85.* inf. Vi. tamen. l. *72.* inf eod. Quod
ipſum quoq; alibi pluribus explicamus. Quemadmodum & illud quo
modo individui obligationibus ſatisfiat, *vide noſtra lib.6.Subtil.c.3.&4.*

§. Item ſi in facto.

QVod hic dicitur, † teneri heredes etiam ſingulos in obligationi- 1
bus facti, ei convenit l. in exſecutione *85. §. 2.* inf. eod. Obſtat † 2
autem his quod alibi relatum eſt obligationes facti in heredem non
tranſire, adeoque inutiliter in tempus mortis transferri, *l. centeſimis.*
46. §. 1. inf. eod. Sed hoc ad facta ea pertinet quæ effectum aliquod
opus poſt ſe non relinquunt, ut ſi quis promittat ſe Alexandriam itu-
rum cum morietur. Aliud in iis eſt quæ effectum aliquod opus re-
linquunt, *ut hic, quo & pertinet l.ult.C.eod.* Vt nihil interſit ſtipulantis
à quo fiat, *l. un.§.ne autem. C. de Cad.Toll.*

Digitized by Google

Ad l. eadem dicemus. 4. §. fin.

1. *Cautio de defendendo an & quatenus ſit individua, & 2. 3. 4. 5. 6.*

HÆc utilitatis cauſa ex parte ſtipulatorum recepta ſunt. Ipſi autem promiſſori pro parte neque reſtitutio neque defenſio contingere poteſt.)
1 Num ea quæ hic de defenſione dicuntur † tantùm de defenſione novi operis accipiantur, an vero & de quavis defenſione partis, variatum eſt. Probabilis tamen ſententia Irnerij eſt, eum qui ſe defenſurum cavit, pro parte defendendo non liberari, *arg. l. in exſecutione. 85. §. in*
2 *ſolidum. l. eum ex cauſa. 39. inf. eod.* Obligatio igitur defendendi † eſt individua, *l. ſi cum uno ſup. Si Ex Nox. Cauſ. Ag. l. non tamen. 38.*
3 *de Procur. cum ſim.* At obſtat quod cautio ampliùs non † agi dividua eſt, *§. 1. ſup. in hac l.* Vnde ratione correlatorum hic dicendum idem foret: ſed ratio correlatorum hoc loco propriè nulla eſt, ſi tamen pro parte agatur ipſo actu, etiam is qui ſimplicius obligatus eſt pro parte
4 defendere poteſt. Vti & pro † parte quis defendere poteſt conſors litis ad defendendum non obligatus, *l. 1. C. de Conſor. Ei. Lit.* Non mu-
5 tat l. ſi communes † in fi. de Neg. Geſt. ſubintelligendum enim ibi eſt, diſtinctas prædij communis fuiſſe partes, ut pro parte defenſio ſuſcipi
6 potuerit. Quod ratio ſubjuncta arguit palam. Minùs ad rem † facit l. pœnales. §. Iulianus ſup. Ad L. Falc. Vbi ſtipulatio tantùm committitur adverſus eos qui non defenderunt, cui conſequens foret obligationem de defendendo eſſe dividuam: nam ſi individua eſſet, uno non defendente, adverſus omnes actio foret, quaſi omnes contravenirent; reſpondemus enim ibi agi de cautione judicatum ſolvi, (*ut patet ibidem*) quippe quæ ipſa quoque adverſus non defendentes committitur ſi adverſus eos poſt cautionem illam interpoſitam litemque conteſtatam judicetur. Heredes igitur ejus qui cautionem de defendendo
7 interpoſuit, omnes in ſolidum denunciandi ſunt, omneſque ſe ſiſtere tenentur, ſingulis tamen, & defugientibus etiam, præſtatio tantùm partis officio judicis injungitur, uti benigne admiſſum eſt, *d. l. in exſecutione. 85. § in ſolidum. inf. eod. & d. l. 139.* Quomodo & accipienda eſt, l. cum à matre. C de Rei Vind. *Quibus adde quæ nos (poſt Cujac. & alios hic) lib. 6. Subtil. c. 3. & 4.*

Ad l. is cui bonis.

1. *Quo jure prodigis bonorum adminiſtratio interdicatur.*
2. *Num ſola curatorum conſtitutione ſine interdictione id fiat.*
3. *Idem eſt ſolo decreto prodigalitatis interpoſito.*

4. Cen-

Digitized by Google

4. *Conſuetudo hodierna hac in re 5. & 6.*

7. *Num ignorans bonis alicui interdictum eſſe ante publicationem ea de re, nihil agat.*

8. *Num interdictione bonorum prodigus etiam unà perdat bonorum adminiſtrationem alterius ipſo jure.*

9. *Num obligetur prodigus ante interdictionem.*

10. *Item an ex antè geſtis reſtituatur in integrum.*

11. *Quid ſi prodigus ſub juramento contrahat.*

12. *Num valeant geſta à curatoribus datis his qui prodigi re ipſâ non ſunt.*

13. *Num bonis interdicatur ei qui tantum luxurioſè vivit.*

PRodigis ipſo jure † XII. Tabularum bonorum adminiſtratio interdicitur, licet hoc ab initio moribus introductum ſit. Obtinuit tamen, ut contrahentes certi eſſent qui pro bonorum diſſipatoribus cenſerentur, ut magiſtratus iis curatores conſtituant, idque exemplo furioſorum. Quo facto in curatione ſunt donec ſanos recipiant mores. Quod ſi fiat ipſo jure deſinunt eſſe ſub cura alterius, *ut hic. & l. 1. De Cur. Fur.* Num verò † id ſine interdictione ſola conſtitutione curatorum fiat, quæritur, quod magis eſt, *per l. 1. ſup. de Cur. Fur. arg. l. illud, inf. de Acq. Her. Bart. hic. n. 6. Caſtr. num. 8. Ripa. n. 34.* Itaque definivit magiſtratus Zuollanus, & ego alias de facto reſpondi. Alij tamen diſputandi cauſa diverſum contendunt. *Bal. & Ang. hic. per c. 2. de ſup. neg. prel.* ſed malè, quia d. c. nihil ad rem facit ut recte Alexander monuit, *Alex hic* Quibus poſitis vel maxime dicendum idem † quoque fieri decreto magiſtratus quo quis prodigus declaratur, prodigus enim ex LL. XII. Tabularum, quis eſt ipſo jure, *ut hic.* eoque res hæc initium vix tam à bonorum interdictione accipit quam à judicis declaratione, quę tamen pro veritate habetur in omnem eventum, *not. in l. res judicata. de Reg. Jur.* Prorſus ut deliquiſſe declaratus, hoc ipſo cenſetur damnatus ad pœnam, *l. 1. §. calumniatoribus. inf. ad SC. Turpil.* Quod igitur Bartolo diverſum videtur, *Bart. hic. n. 2.* & aliis, quos allegat & recte refutat Ripa *hic num. 30.* probandum non eſt, in propoſito enim interdictio declaratione prodigalitatis continetur, adeoque ipſa interdictio eſt, *arg. l. quid tamen §. arbiter. de Recep. Arb.* Denique & receptum † moribus hodiernis eſt quo omnibus cautum ſit, ut hac de re edictum ſeu publicatio fiat. Quod & rationem in jure civili habet, *arg. l. ſed ſi pupillus. 11. §. de quo. De Inſt. Act.* Vnde quæſitum eſt, an actus & negotia cum prodigo ante † bonorum interdictioné, quam

1 2 3 *Conſuetudo hodierna.* 4 5

contrahentes cum prodigo ignorabant & publicationem, ſubſiſtant: & hoc Caſtrenſi viſum eſt, *hic n.11. Aret.ib.num.2.verſ.adverte tamen. Ripa.num.37.* Moventur arg. d. §. de quo, ubi interdicens alicui ſuo nomine contrahere, nihilominus obligatur, ſi id publica ſcriptione non ſit teſtatus. Accedit quod nominatim cautum eſt, contrahentem cum prodigo qui eum talem ſciebat, nihil agere, *l. ſi ſciens. De Contr. Empt. l. ſi ab eo. 12. De Vſucap.* Vt hic idcirco diverſum ſit, *arg. l. cum prætor. ſup. De Iudic.* Alexander contra, quia id nuſquam diſertè relatum ſit. Cum tamen ratio adſtipuletur ſententiæ priori, rectiùs ea magìs obtinet, utpote nec ab illo, uti par fuerat, confutata.
6 Conſultum interim † magiſtratibus eſt, ut datis curatoribus, ſeu interdictione bonorum factâ protinus id publicè divulgent. Illud tamen
7 quæſitum eſt, num ſolâ publicatione hac de re † cenſeatur facta interdictio ipſa: Bartolus non putat, *hic. n 3.* quod interdictio quoque prodigo fiat, *l. Iulianus. De Cur. Fur.* Ceteri contrà, ſufficere publicationem, quippe quâ & unà prodigo interdicatur, *arg. l. 1. C. de Cupreſ. lib. 11.* & hoc pleriſque placuit, *Caſtr. Alex. Aret. Rip. hic.* Sed hæc ſententia ita obtineat, ſi præcedat cognitio cauſæ Bartoli verò diverſa, ſi eâ omiſſa, temere fortaſſe magiſtratus publicationem hanc
8 mandarit. Num verò bonorum interdictione † facta, prodigus etiam unà perdat bonorum adminiſtrationem alterius ipſo jure, quæritur, idque rationi convenit, *arg. ſcilicet a majori ad minus dicto. ex. d. l. 1.* nam cum ſuo nomine contrahere nequeat, aut negotia propria curare, ſequitur eum multò minùs alterius negotia curare poſſe, *adde l. ult. §. 2. C. de Sent. Paſſ. Bal. in d. l. 1. Ripa hic. n. 15.* Alexander tamen & Aretinus diſputandi cauſâ diverſum ſuſtinent; *arg. a ſimili ducto, ex eo quod tutores ſuſpecti non perdunt tutelam, niſi remoti l. tres tutores. §. fi. De Adm. Tut. l. 3. §. præterea. De ſuſp. Tut.* Sed hoc nec ſimile eſt, cum hic de prodigo agatur qui furioſo ſimilis eſt, *ut hic.* non item ſuſpecto. Quod verò ipſi ad d. l. ult. §. 2. reſpondent, ibi agi de patre jam per ſententiam ab adminiſtratione remoto: verum quidem eſt, removetur interim ibidem ab adminiſtratione quoque ob prodigalitatem, quam recipit ipſo jure ſi ſanus moribus fiat, *ut in d l.ult.§.3.*
9 Vt igitur ad interpretationem † penitiorem hujus l. accingamur, argumentum ejus eſt: Eum cui bonis interdictum eſt non obligari. Vnde rectè plerique concludunt, Priuſquam prodigo ſit interdictum aut curatores conſtituti, obligari eum poſſe, *adde l. Iulianus. verb. quibus per prætorem bonis interdictum eſt. De Cur Fur. l. non debet. ſup. De Dolo. & arg. à majori ad minus ex l. 3. §. præterea. De ſuſp. Tut. Accur. Bart. Bal. Ang. Caſtr. Zaſ. & alij communiter hic.* Raphael tamen Cumanus contra, *conu. Ripa & Immola hic.* Sed horum opinio & plurimis & conſuetudine adeo ipſa merito repudiata eſt. Neque enim ad rem facit quod prodigus furioſo ſimilis cenſetur: id enim hodie ita eſt poſteaquam ei bonis interdictum eſt, *ut hic & d. l. 1.* Perinde nec

nec illud mutat quod prodigis ex LL. XII. Tabularum bonis interdicitur ipſo jure, unde, ſi manifeſtum ſit, quem prodigum eſſe, decreto non videatur opus, *arg. l. emptorem. De Act. Emp. ſup.* id enim ita fuit olim, cum poſtea moribus obtinuerit, opus in hanc rem interdictione eſſe, *d. l. 1.* Illud † quæritur, An prodigus ex geſtis ante interdictionem in integrum reſtituendus ſit. Sed hoc nuſquam relatum eſt, adeoque hodie obtinet ut quis ex eo demum prodigus cenſeatur, ex quo ei bonis eſt interdictum, *d. l. 1.* Idque Odofredo & Alberico placuit, *in l. ſi curatorem habens. C. de In Int. Reſt.* & magis eſt, *Jaſ. hic. n. 12.* Niſi tamen conſtet contrahenti cum eo vitæ ipſum prodigæ eſſe, & pecuniam mox perditurum, *l. ſi quis. 8. Pro Emp.* Quid ergo an † non ob juramentum contractui accedens obligetur? Bartolus, Angelus, Caſtrenſis non putant, *ſequuntur Alex. Jaſ. Zaſ. Ripa hic. Covarr. ad c. quamvis de pac. Alc. in c. cum contingat. n. 226. de jurejur.* Moventur quia prodigus judicio caret & furioſo comparatur, *ut hic,* ad juramentum verò judicium requiritur, *c. etſi Chriſtus de jurejur.* Accedit quod juramentum hoc adverſus prohibitionem juris ſit, ut conſequenter obligare non poſſit, *l. non dubium. C. de LL.* Quin & in dolo eſt prodigum ita obſtringens, *c. qui contra. de reg. jur. in 6. l. ſi quis cum ſciret. ſup. Pro Emp.* ut & ea ratione deficiat juramentum. Nec ad rem facit, quod juramentum ſervandum eſt non tendens in diſpendium ſalutis, *per vulg. reg.* juramentum enim in propoſito legitimum non eſt, eò quòd deficiat judicium potiſſima ejus forma. Minus obſtat quod juramentum puberis impedit reſtitutionem, *auth. ſacramenta. C. Si Adv. Vend.* furioſus verò & quandoq; comparatur puberi curatorem habenti, *l. 3. C. de In Int. Reſt.* Quia id eatenus obtinet quod neuter bona alienare poſſit. Baldus tamen diſtinguit, *in l. pactum. C. de Coll. in 5. q.* quem rectè diluit Alexander. *hic n. 26.* Num verò † geſta a curatoribus datis his qui revera prodigi non ſunt, valeant, videamus, Bartolus, Caſtrenſis affirmant, *Bart. Caſtr. hic poſt gl. in l. ſi ab eo. De Vſucap.* Movet eos l. 1. §. idem Pomponius. ſup. Quod Falſo Tut. Auth. *junc. arg l. res judicata. De Reg. Iur.* Sed alij contra, *Ang. Alex. Zaſ. hic. Guido Pap. conſ. 169.* idque argumento geſtorum à tutore dato ei qui non ſit pupillus, *l. tutor ſi petitus. & l. Seia agreſſa. De Tut. Et Cur. Dat.* Et hæc ſententia magis obtinet. Nec admittenda diſtinctio aliorum eſt quæ rata cenſet geſta curatorum datorum contradicente eo de quo agitur, quaſi puta decretum adverſus hunc datum valeat, tanquam datum contra jus partis, *l. 2. inf. Quæ Sent. Sine Appell. Reſc. cum ſim.* id enim in propoſito admitti nequit, eò quod finiatur ipſo mox jure cura ejus qui moribus deprehenditur ſanis, *l. 1. De Cur. Fur. ſup.* Vt hic unquam prodigus fuiſſe cenſeri nequeat. Sed quid ſi quis tantum luxurioſè vivat † num ei quoque interdicatur bonis, & hoc Ripa ſtatuit *hic num. 16.* Cujus opinio reprobata peritioribus eſt, *Anton. Aug. & recentiorib. pleriſque Pinel. ad l. 4. C. de Bon. Mat. n. 20.*

Margin: 10 (at "Illud † quæritur"); 11 (at "Quid ergo an †"); 12 (at "Num verò †"); 13 (at "num ei quoque"); *Conſuetudo hodierna.*

quia

quia ſcilicet id tantum ad eos pertineat qui ſua ſine fine & modo perdunt. *l. 1. & tot. tit. eod. De Cur. Fur.* Quod & moribus obtinet. Nec mutat d. l. Iulianus *Verb. luxurioſe.* quia ibi vox luxurioſe deſignat prodigum vitæ morem, ut ſc. alias ſæpe vox ea Latinis authoribus vſurpatur. Num vero prodigus obligetur ex delicto, videamus: & hoc quidem magis dicimus, ſi delictum non tam in omittendo quàm committendo ſit, *Alex. Iaſ. Caſtr. & alij hic. Dec. in l. furioſi. n. 6. De Reg. Iur.* Vt tamen, & ſi committendo delictum ſit, difficilius ad multam bonorum deveniatur, *arg. l. auxilium. De Minor. junc. l. ſi curatorem habens. C. de In Int. Reſt. Adde arg. l. 2. C. ſi Adu. Præſ. junc. l. Fulcinius. §. adeo. verſ. idemque in prodigo. Ex Quib. Cauſ. In Poſ. Eat.* Atque ita accipienda ſententia Accurſij eſt, *in l. ſi quis in tantam. C. Unde vi. verb. earundem*, & Bartoli ac Zaſij *hic num. 19.*

Ad l. in illa 8.

Vide quæ nos infrà ad l. *10.* n. *2.* ubi & hæc explicatur.

Ad l. ſi Titius. 9.

1 Titius & Sejus † ſinguli ſeparatim ſtipulati ſunt, ſi iſtum fundum illi non dederis, mihi dare ſpondes, propter difficultatem ſeu perplexitatem (ut DD. ajunt) ſolvendi cuique, occupantis conditio melior eſt, & finis dandi alteri eſt litis conteſtatio ab occupante facta, unde lite ab uno conteſtata alterius obligatio exſpirat, *ut hic* Quomodo hæc L. accipienda ſit, Accurſius dubitat, ſententia tamen paraphraſi
2 hac tradita Alexandro placuit, & magis obtinet. Denique † vox occupandi hic pro judicij acceptione poſita, *ut & in l. ſi pluribus. 32. De Proc. ſup.* & aliàs accipitur pro ſententiam obtinendi, *ut in l. ſi quis. 14. De Nox. Act. l. ſi verò. 10. De Pecul.*

Ad l. hoc jure. 10.

1 SI quis ita ſtipulatus † ſit, Si Titius ante Kalendas Majas in Italiam non venerit decem dare ſpondes? non ante peti poteſt quàm certum ſit Titium in Italiam non veniſſe neque venire potuiſſe, ſive id
2 vivo eo ſive mortuo accidat, *ut hic.* Nec mutat † l. ſi quis. *10. §. 1.* ſup. Si Quis Caut. In Iud. l. in illa. *8.* ſup. & l. ſtipulationes non dividuntur. *§.* fi. inf h t. ubi aſſeritur ante diem agi non poſſe, quod ſtipulatio non modò ſub conditione ſed & in diem contracta ſit: quia id obtinet quoties præter conditionem dies in obligatione eſt, *vi. d. l. 8 ſup.*
3 hæc verò lex cum dies ipſa conditioni ineſt. Et huic † ſolutioni parum obeſt, l. veluti. *27.* l. quicquid. *99. §. 1.* inf. eod. quòd ibi conditioni ideo dies adjecta inſit, quia poſſit conditio ante diei adventum
4 etiamnum exiſtere, id vero in propoſito non ita eſt. Planè ſi dies † promiſſioni non conditioni addatur, his verbis intra Kalendas, ſtipulatio in diem efficitur, ita ut ante diem quoque nequeat agi, *l. inſulam.*
5 *124. inf. eod.* Quin & † ſi particula tum adjecta diei ſit conditioni appoſitæ, differenda petitio in eum diem erit, deſignat enim particula illa

Digitized by Google

illa poſterius tempus. *l. 4. §. 1. de Cond. & Dem.*

Ad l. ſi ita. 14.

INſulam fieri † ſtipulatus agere non poteſt, niſi tantum temporis præ- 1
terierit intra quod illa perfici poſſet. *ut hic & l. interdum. 73. princ. &*
l. ſi inſulam. 84. inf. eod. Obſtat l. ſtipulationes † non dividuntur. *72. §.* 2
fin. eod. Sed ea ita accipienda eſt, ſi ante reus fuerit in mora. Tum enim
agi poteſt pro eo quod tempore tranſacto ædificatum non eſt. Vt in- 3
terim †, ſi poſtea ædificetur tranſacto etiam tempore quo inſulam con-
ſummari par fuerat, res perinde cenſeatur, ac ſi ad rem tradendam ob-
ligatus, eandem poſtea tradat. *l. continuus. 137. §. item qui inſulam. inf.*
eod. Quod poſterius eò pertinet, ut intelligamus etiam in obligatio-
nibus faciendi moram poſſe purgari ante judicium inceptum.

Ad l. ſi Stichum aut Pamphilum 16. §. 1.

STipulatio † annui alicujus eſt una, incerta, perpetua, nec morte fi- 1
nitur ſtipulantis ut legatum annuum finitur legatarii morte. *ut hic.*
Vna eſt, quia una actione jus exigendi reditus omnium ſequentium
annorum conſequimur; Incerta quia id verum eſt in infinitum, cum
tranſeat ad heredes nec morte finiatur, & idcirco ex ea certi condictio
non ſit. Legatum verò annuum finitur morte, & ſingulis annis certi
condictione poſtulatur. Male igitur Accurſius, inter legatum annuum
& annuam ſtipulationem nihil intereſſe eò quod hæc dicitur incerta.
Quod tamen quare fiat jam dictum eſt. Differentiæ enim legati † 2
annui & annuæ ſtipulationis præterea plures ſunt. Nam cum legatū
annuum morte finiatur, ſingulis annis legatarii capacitas exigitur, *l. ſe-*
natus. §. fi. de Don. Cauſ. Mort. l. 1. & 2. ſup. Quan. Di. Leg. quod in
ſtipulatione non ita eſt. Planè quod unam † annui ſtipulationem di- 3
cimus, ei obſtare videtur. l. pen. §. 1. inf. eod. ſed ibi certæ ſummæ &
certa tempora ſunt expreſſæ, cum hic agamus de præſtatione infinitâ.
Minuſque ad † rem facit l. ſancimus. §. pen. & ult. C. de donat. quia ibi 4
agitur de ſtipulatione pro tempore vitæ factâ. Idque ibidem patet in §.
fin ubi tamen corruptè legitur, *vel adjiciatur tempus vitæ.* nam ſi ita le-
gas pugnabit cum §. præced. legendum ergo, *vel non adjiciatur.* Per- 5
inde nec † ad rem facit l. ſi ſervus communis *18. §.* cum ſervus. inf. de
Stip. Serv. verb. ſingulorum annorum cujuſque anni initio quæreře-
tur pecunia uſufructuario: quia & ibi agitur de conventione in annos
quinque. Adde his quæ nos infra *ad l. eum qui. 56. §. qui ita. 4. eod.*

Ad l. ſtipulatio. 17.

INutilis eſt ſtipulatio quæ confertur † in arbitrium promittentis. 1
ut hic l. à Titio. 108. inf. eod. l. 7. ſup. de Contr. Emp. Quod ſi in ar-
bitrium promiſſoris conferatur † quando ſolvere voluerit, alia ratio 2
eſt, *vi. l. centeſimis. 46. §. pen. inf. eod.* valet etiam emptio ſub conditione
hac, ſi res emptori intra certum tempus placuerit. *§. pen. Inſt. de Emp. &*
Vend. Denique & in legatis in arbitrium legatarii collatis quid juris
ſit, vide noſtra latè ſupra. *ad l. illa inſtitutio. de Her. Inſt.*

Digitized by Google

Ad l. ſi id quod aurum. 22.

VIde noſtra latè ſupra, *ad l. 9. & l. 14. de Contr. Emp.* Vbi plenè tractamus An & quatenus ob errorem contractus vitietur an minùs.

Ad l. ſi ex legati. 23.

DE Periculo rei debitæ ante vel poſt moram plene docuimus ſupra, *in l. cum te. 5. de Reb. Cred.* ubi vide.

Ad l generaliter. 26.

1 STipulationes turpes † inutiles ſunt. *ut hic. & l. ſtipulatio hoc modo 61. l. ſi flagitij. 123. inf. eod. l. 2. C. de Inut. ſtip. & paſſim.* At obſtat
2 † quod alibi dicitur, eo caſu paratam exceptionem eſſe, *l. pen. de Cond. Ob Turp. Cauſ.* quod ſi ita eſt, ſequitur ſtipulationem ipſo jure ſubſiſte-
3 re. Sed hoc ita verùm † eſt, ſi dubitetur utrum turpis cauſa ſubſit an minus, tum enim datur quidem actio à prætore, ſed reo viciſſim datâ exceptione doli vel in factum, niſi pareat de turpi cauſa. Actio enim
4 à prætore non datur ſi protinus † liqueat de turpi cauſa, & conſequenter nec exceptione opus eſt, ſed ſi de ea non appareat, dat quidem prætor actionem ex officio, quæ tamen actionis vim ab initio nullam habuiſſe, adeoque reſpectu juris actio nulla fuiſſe cenſetur, ſi de exceptione doli vel in factum ob turpem cauſam liqueat ex poſt facto, Per-
5 petuum † enim olim in omnibus quæſtionibus facti fuit, ut prætor actionem daret, itemque exceptionem, quæ tamen non eò magis juris reſpectu actiones fuere, ſi actor vel reus de jure ſuo non ſatis probarent. *vide noſtra. latè ſupra ad l. 1. de Iuriſd.* Quod igitur exceptio
6 dicitur † actionis excluſio *l. 2. princ. ſup. de Excep.* id ita verum eſt ſi actio revera alicui competat.

Ad l veluti. 27. §. fi.

Vide noſtra ſupra ad l. 10. num. 3. ubi hæc explicatur. eod.

Ad l. ſi rem tradi. 28.

REm tradi ſtipulatus non dominium ſed tantùm ſtipulatus cenſetur id ut tradatur *ut hic.* Poſſeſſio enim à proprietate eſt diverſa. *l. naturaliter. §. nihil commune. ſup. de Acq. Poſſ.* Adde huic legi ea quæ nos ſupra *in. l. ratio. 3. de Act. Emp.*

Ad l. ſciendum. 30.

Vide noſtra ad rubr. num. 3. & 4. ſup. eod.

Ad l ſi quis cum aliter. 36.

1 DOlus dans cauſam † contractui bonæ fidei vitiat contractum ipſo jure, incidens in contractum vindicatur actione ex ipſo contractu; at verò dolus dans cauſam contractui ſtricti juris vindicatur actione doli, vel ſubmovetur agens ex ejuſmodi obligatione exceptione doli. *ut hic.* Quod alibi fuſiùs explicamus. *ad l. & eleganter. 7. §. non ſo-*
2 *lum. de Dolo.* Si verò ſubjecta † ſtipulationi de dolo clauſula ſit, ceſſat de dolo actio eò quòd ex ſtipulatione ipsâ agi poſſit. *l. ſi id quod. ſup. eod.* Quod ſi res ipſa dolum contineat, idem dicimus ac ſi dolus ſtipu-

lantis

Digitized by Google

lantis interceſſiſſet, *ut in ſpecie l. 2. C. de Reſc. Vend. fac. l. ſi ſuperſtite. ſ. C. de Dolo. l. 2. §. & generaliter.* l. apud Celſum. §. Labeo. *de Doli Excep.*

Ad l. ſtipulatio iſta. 38. §. 1. & 2

SI quis † promittat per alium non fieri præter heredem ſuum, inutilis ſtipulatio eſt, niſi pœnâ adjectâ, vel ſtipulatione factâ de eo quod intereſt. *ut hic.* Quid ergo an promiſſor excuſetur ſi operam † omnē adhibuerit, nec præſtiterit tamen debitum, non videtur, eò quod ſtipulatio hæc pura ſit, ut ſub conditione actionem dandam non putemus. *Adde l. qui autem. §. ſed & ſi quis. de Conſt. Pec. l. ſancimus. C. de Fidejuſ.* Obligatur enim hoc ipſo quod ſe neceſſitati ſubjecerit liberâ voluntate. *l. ſi fidejuſſor. §. ſi neceſſariò. Qui Satiſd. cog.* Et hoc Iaſoni viſum eſt, & Zaſio probatum. *Iaſ. & Zaſ. hic. Soc, Sen. lib. 2. Conſ. 288.* Malè proinde † gl & Felin. *in c. ex reſcripto. de jurejur.* diverſum docuere. Non mutat l. ſi vehenda. §. fi. Ad L. Rhod. de Iactu. quia ea ad materiam Legis Rhodiæ ſingulatim pertinet. Sic & cap. brevi de jurejur. ſingulatim pertinet ad juramenta.

1
2
3

§. Alteri.

1. *Regulariter alteri nemo ſtipulari poteſt & quare.*
2. *Idem & in ceteris contractibus obtinet; Mutuo excepto.*
3. *An diverſum aliquid hac in re jure Canonico ſit.*
4. *In pignore quatenus idem. & 5.*
6. *Caſus ſingulares in quibus vel per procuratorem vel alias alteri ſtipulamur rectè. & num. 7. 8. 9. 10. 11.*
12. *Per notarium nobis ſtipulationem non acquiri, & quid in hac re moribus obtineat.*

ALteri ſtipulari nemo poteſt, cùm † mea non interſit alteri præſtari. Proinde ſi quis alteri ſtipulari velit, rectè ſibi conſulet ſi pœnam ſtipuletur, *l. 3. C. de Inut. ſtip.* quo caſu ſi non præſtetur, ad pœnam agi poteſt etiamſi alias nihil mea interſit, *ut hic.* Quid † dicendum de Iure Canonico, Annon id ſtipulationem alteri factam confirmat. Sed hoc dicendum non eſt, *per c. 1. & 2. de Nov. Op. Nunc.* Et diverſum eodem jure cautum eſt, cum in eam rem perſona publica exigitur, *c. quanquam de uſur. in 6. adde arg. c. cum inter. de elect. c. non ſolent 12 q. 7.* Idque rectè plerique ſenſere. *Immola, Rom. Alc. hic. Ioan. Fab. in §. alteri Inſt. de Inut. ſtip.* Nec ad rem facit quod jure Canonico fidem ſervandam eſſe cautum eſt, malè enim DD. qui eo jure id ſolum hac in re conſiderari putant non habita ratione utrum alterius interſit,

1
2
Num jus Canon. hic diverſum.

quia id quoque nuſquam relatum eſt, ut ſine ratione diverſum nonnulli opinentur, *Butr. in c. ſi cautio. de fi. inſtr. Covar. in c. quamvis. de pac. in 6. Bal. in l. illud C. de SS. Eccl.*
3 Quod ad pleraſq; † conventiones pertinet, *l. 11. in fi. ſup. eod. l. 73. in fi. de Reg. Jur. l. 11. §. 6. ſup. de Pig.* Mutuum excipimus quo etiam abſenti, & ignoranti, ſi ratum habeat poſtea, nummos noſtros credendo acquirimus. *l. certi. 9. §. ſi nummos. de Reb. Cred.*
4 Nec obſtat † huic l. ult. C. de Inut. ſtip. quia ibi agitur non de obligatione mutui alteri quærenda, ſed de ſtipulatione mutui ante
5 contracti. Planè ſi contractus pignoratitius † mutuo acceſſerit, in eo idẽ erit, *l. 2. C. Per Quas Perſ. Nob. Acq.* Sed † alias hoc nec in pignore ob-
6 tinet, *l. ſolutum. §. per. liberam. de Pig. Act.* Niſi tamen † procurator & alias ſtipuletur mihi ſuper re mea, *l. quod procurator. 68. de Procur. l. pen.*
7 *C. Ad Exhib. cum ſim.* Aut ſi domino præſente † procuratori præſen-
8 ti ſit promiſſum. *l. 70. inf. h. t.* Aut alias † quàm ex contractu procuratoris domino res ſua nequeat eſſe ſalva. *l. 2. de Inſt. Act. l. 5. de Præt.*
9 *Stip.* In dote † quoque admiſſum eſt ut mulieri nubenti ex ſtipulatione dotali ab altero interpoſita, utilis actio ſit. *l. Gajus. 45. Sol. Matr.*
10 *l. quoties. C. de Don. Sub. Mo.* Sed & liberatio per † procuratorem quęritur, *l. reſcriptũ. §. fi. de Pact.* ut & quæ in judicio peraguntur. *l. 27.*
11 *& 28. de Procur.* Militi verò † per eum quæritur ſemper ex privilegio. *l. ſi pecuniam. 26. ſup. de Reb. Cred.* Qua de re qui plura exigit vi-
12 deat quæ nos alibi, *lib. 2. Subtil. c. 9.* Planè † quòd alii annotant per notarium publicum alteri præſenti vel abſenti ſtipulari poſſe, *arg. l. 2. inf. Rem. Pup. Salv. Fore.* cum modo accipiendum eſt, cum id quidem in pupillo obtineat vel abſente, vel qui fari nequeat præſente, *d. l. 2.* ſed ex hoc ipſo conſtat in ceteris diverſum eſſe. Licet ibi agatur de ſervo publico, cui & malè tabelliones noſtri comparantur. Diverſum tamen curia Gratianopolitana definivit. *Papa deciſ. 49. & 222* & abſenti cuivis per notarium ſtipulationem acquiri. Denique moribus pluriũ locorum obtinet ut ſecretarii oppidorum abſentibus occaſione id exigente ſtipulentur rectè. Idque maximè verum eſt in cauſis piis, *arg. d. l. Gajus. Iaſ. hic. verſ. ſexto limita & Zaſ. num. 23.*

Conſuetudo diverſa.

Ad l. eum qui. 41. §. quoties.

1 QVoties dies † obligationi adpoſita non eſt debetur die præſenti, *ut*
2 *hic. & l. in omnibus, 14. de Reg. Jur. § 2 Inſt. h. t.* Vnde quæſitum eſt, num pecunia † alteri mutuo data ſtatim reſtituenda ſit, quod aliquibus viſum eſt, *gl. Bal. & Ang. ad l. ſi pœnam. infra eod.* an vero dilatio aliqua danda ſit, quod pleriſq; placuit, *Bart. Alex. Jaſ. in d. l. ſi pœnam. Dec. ad l. in omnibus. inf. de Reg. Jur. Menoch de Arb. Jud. caſu 22.* & rationem habet, ne creditor adverſus rationem mox adſit cum ſacco, *l. quod dicimus. 105. de Solut.* Adde quod gratuitus mutui † contractus
3 ſit, ut officium aliquod eodem præſtari cenſeatur, id vero nullum eſt ubi in continenti datum repetitur. Non mutat hic textus quia is cum modo accipiendus eſt, ut ſolutio ſaltem modicum tempus contineat arbi-

Digitized by Google

arbitrio judicis finiendum. *arg d.l.10.de Solut.* Niſi † tamen in ſtipulationem deductum ſit, hodie ſolutum iri, quia tum actum intelligitur ut mox peti poſſit. *l.liber.117.§.decem.inf.eod.*

Ad l.& ideo.

Allegatur in noſtris ad l. illa inſtitutio. ſup. de Her.Inſt. §. penult.] Pertinet ad poſita in l 17. ſup. eod.

Ad l.centeſimis.46.§.id autem.

Vide quæ nos ſupra ad l. 1.§. item ſi in facto. ubi hæc explicatur ſup.eod.

l.cum filiusfamilias.49.princ.

Ob moram à filio † commiſſam quam rei debitæ interitus ſequitur pater de peculio tenetur, ſed à patre commiſſa mora in obligatione filii, pater tenetur ſolus ſed utiliter, filius nequaquam. *ut hic.* Quærunt hic Doctores cum ſtatutis † nonnullorum locorum proviſum ſit, ut pater ex condemnatione filii exſecutionem pati cogatur pro quantitate legitimæ filio ſperandæ, num id quoque ad eum pertineat qui ob contumaciam condemnatus eſt, quod Bartolo videtur, *Bart. & alij plerique, ut Alex.hic annotat.* eò quod verba ſtatuti requirant condemnationem. Socinus tamen Senior non putat, *Soc.Sen.hic. num.10. Tob. Nonius conſ.94.n.10.& 11.* quia id rationi juris adverſetur, *arg.l.55. de Evic.ſup.l.ſi pro luſorio.§.1.inf.de Appell.l.un.§.ſi procurator. ſup. Si Quis Ius Dic. Non Obtemp.* Ne ſcilicet unius contumacia noceat alteri. Cujus ſententia idcirco magis obtinet. Nec ad rem facit quod de condemnatione alii movent, quia id ad condemnationem ob contumaciam referri nequit. *arg.c.odia.de reg.jur.in 6. & arg.dd.ll.* 1 2

Ad l.eum qui. 56.§.1.

Vide noſtra ſupra, ad l.avus. de Pact. Dot. ubi hic §. explicatur.

§. Qui ita. 4.

Qvi ita ſtipulatus erit, decem † quoad vivam dare ſpondes, ad vitæ tempus uſq; annuum ſtipulatus intelligitur, *ut hic. & per gl. Bart. Immola, Caſtr. Alex. Gotofr.* Etiamſi puta † annuum adjectum non ſit. Quod ſcilicet hanc ſententiam verba ea exprimere videantur, *ut hic & l.legatum 17.ſup.de Ann.Leg.* & conventiones etiam quædam tacitè ineantur. *l.4.§.fi. ſup.de Pact.* Non tamen extenditur † ſtipulatio hæc ultra tempus vitæ, *l. epiſtola 52.in fi. de pact.* Sed hoc ita, ut ſtipulatio quidem perpetua ſit, ſubmoveatur tamen exceptione pacti. *ut hic.& §. at ſi ita. Inſt. eod.* Licet enim † Iaſon putet, diverſum hactenus in legatis quam ſtipulatione fore, opinio tamen ejus meritò reprobata eſt. *per hunc.tex. & DD.qui ſupra.* 1 2 3 4

Ad l.qui uſumfructum.58.

Vide noſtra ſupra in l.3.§.non ſolum, de Vſufr.Accreſc.

Ad l. ſtipulatio hoc modo. 61.

1. *Conventiones de hereditate viventis jure improbatæ.*
2. *Quibus caſibus id ceſſet. & 3.4.5.*
6. *Solvuntur oppoſita & quid juris ſit accepta legitimâ ante renunciationem. & n.7.*
8. *Quid hac in re obtineat jure novellarum.*
9. *Num renunciatio matris noceat liberis in ſucceſſione avi.*
10. *Utrum filia dives ex adventitiis nullâ acceptâ dote renuncians ſucceſſioni paternæ, habeat regreſſum. & 11.*
12. *An pars bonorum pacto poſt mortem dari poſſit. & num. 13.*
14. *Improbata nonnullorum DD. diſtinctio in jure conventionum de ſucceſſione vivorum.*
15. *Num valeat pactum ſucceſſionis mutuæ.*

1 STipulatio non valet ita † concepta ut me heredem facias; ne quidem ſi pœna ſit adjecta; cum ſcilicet contra bonos mores ſit & votum inducat captandæ mortis alterius. Idem eſt pacto ita concepto ſi me heredem non facias, *ut hic. & l. 4. C. de Inut. ſtip. jac. l. cum donationis. C. de Tranſac.*
2 Nam & libertas teſtandi teſtamento † nemini auferri poteſt, *l. cum dotali. C. de Pact. Conv.* Adeo quidem ut nec de mutua conventione pactum factum ſubſiſtat, niſi inter milites initum. *l. licet. C. de Pact.*
3 aut conſentiat † is de cujus hereditate agitur, cui tamen hoc medio libertas teſtandi non eſt adempta, *l. ult. C. de Pact.* Denique & in ſocietate quin † contrahi de communicandâ hereditate in genere uni ex ſociis quoquo modo obveniente poſſit, nulla dubitatio eſt, *ſup. l. 3. §. de illo. pro Soc.* Quin & favore liberationis † admiſ-
4 ſum eſt, ut filius vivo patre bona patris, paciſcendo cum creditoribus, conventione ſua exonerare ære alieno poſſit. *l. 7. §. pen. ſup. de Pact.* Diminuere enim bona patris vivi, eoque & ære alieno gravare non poſſet, *l. donari. § illud. ſup. de Don.* Non mutat l. 2. § illud. de † Her. vel
5 Act. Vend. quia ibi vox maximè puta quæ hic difficultatem parit, deſignat idem quod utique. Minuſque ad rem facit l. 1. §. ſi parens. ſup. Si A Par. Quis Man. quia ibi pater acceptâ portione legitima ſucceſſioni filii renunciavit. Quod rationem habet, *l. ſi non mortis. 25. de Quer. Inoff. arg. l. cum quo. 56. §. fi. ad L. Falc.* Nam & idem in portione debita

Digitized by Google

bita patrono præſtita ex conventione obtinet. *l. 3. §. ſed etſi. de Bo. Libert.* Non quidem ut tam pacto ſubmotus ſit, quam quia Lex Glicia eum à querela inofficioſi excludit ubi legitimam habuerit, *Duar. hic. Cujac. ad l. 26. ſup. eod.* Quod tamen non intelligimus factum ubi inſtrumento comprehenſum dotali eſt, filiam ita dotem accepiſſe ne quid aliud ex hereditate paterna ſperaret. *l. ult. ſup. de Suis & Leg. d. l. pactum quod dotali.* Sed Iure Novellarum † cum legitima Inſtitutionis titulo relinquenda ſit, *Nov. 115. c. aliud quoq́,* renunciationes ejuſmodi difficilius admitterentur. Vnde tandem † eò deventum eſt ut patres filias elocandas juramento adigerent ut ſucceſsioni paternæ renunciarent. Quæ juramenta Canonibus probata ſunt, c. quamvis de pact. in 6. Num verò renunciatio † matris præmorientis noceat liberis ejus in ſucceſsione avi, quæſitum eſt, Ludovicus Romanus non putat, *in l. qui ſuperſtitis. ſup. de Acq. Her. & Decius conſil. 181.* quia factum matris infringere nequeat, *l. cum à matre. C. de Rei Vind.* ſed alii contra, *Bart. in d. l. qui ſuperſtitis. Covar. in d. c. quamvis. p. 3. §. 2. n. 4.* Quia ſcilicet renunciatio matris locum habere nequeat niſi hereditas ei quandoque ſit delata, ut quidem tacitam eam conditionem quoque eadem renunciatio continere cenſeatur, *tex. in d. l. qui ſuperſtitis.* Nos diſtinguimus, ut ſi teſtamentum condiderit pater filia præterita aut exheredata, prior ſententia obtineat, ab inteſtato ſententia poſterior, *arg. l. ſi quis filio de Inj. Rup. & irr. Teſt.* Illud quæritur † utrum filia dives ex adventitiis ſucceſſioni paternæ renuncians, nullâ acceptâ dote, regreſſum habeat in hereditatem patre defuncto an minùs, regreſſum habere Salicetus docuit, *in d. l. pactum quod dotali & Dec. poſt alios in l. pactum dotali. n. 7. C. de Coll.* Alii plerique contra, *Alex hic. n. 9. Covarr. in d. c. quamvis. in 3. p. §. 2. n. 6.* quia tametſi d. c. quamvis dotis acceptionem præſupponat, nihilominus ratio locum habet, quod ſcilicet juramentum id ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poſſit. Prior tamen ſententia Iure Civili obtinet, *per l non dubium. C. de Legib.* licet in terris eccleſiæ & adeo alibi quoque moribus ferè ſervetur ſententia diverſa. Sed an non † ad ſupplementum legitimæ agi poſſit quo caſu minùs legitimâ datum in dotem eſt ei quæ dives ex adventitiis non eſt, videamus: magiſque eſt agere poſſe, niſi puta ſpecialiter renunciaverit additâ hac clauſula, ſe nullam de eo quod deeſt quæſtionem habituram, *arg. l. ſi quando. §. 2. C. de Inoff. Teſt. Bal. in rub. de Jurejur. col. pen. verſ. non credo. Roman. in d. l. qui ſuperſtitis. in 3. lim. de Acq. Her. Boer. deciſ. 2. n. 6.* Nec ad rem facit quod idem Bal. & Alexander in diverſum abeunt, *in d. l. ſi quando. §. & generaliter.* moti eo quod renunciatione totius etiam pars contineatur *c. in toto. de reg. jur. in 6.* quia id in propoſito non ita eſt, cum & una in renunciatione hereditatis ſpeciatim requiratur, renunciantem ne in eo quod deeſt quidem ullum habiturum regreſſum. *d. l. ſi quando. §. 2.* Et hæc quidem de renunciatione in genere. Quid ergo ſi quis alicui partem bonorum pacto

7 8 *Iuris Canonici diverſitas.* 9 10 11 12

poſt

Digitized by Google

poſt mortem dederit an conventio valeat? magiſque eſt valere, *per l. eum quo. 56. ſup. ad L. Falc. d. l. ſi non mortis. de Inoff. Teſt. & arg. l. 2. & tot. tit. C. de Inoff. Donat.* Non mutat quod eadem ratio hic ſubeſſe videatur quæ in caſibus præmiſſis, quia id re penitus inſpectâ haud ita eſt, eò quod libertas teſtandi hac ratione non adimatur. Præterea id non adeo votum captandæ mortis inducit, cum is cui datum aliquid
13 conventione eſt jam certus ſit de jure ſuo. Planè ſi pars bonorum pro parte † hereditatis accipiatur, idem obtinebit quod dictum eſt de
14 conventionibus futuræ ſucceſſionis. Deniq; ut & illud moneamus, cavendum † ab opinione eorum eſt qui omnem hanc rem ita diſtinguunt, ut pactum de ſucceſſione viventis ad perſonam relatum valeat, ut, promitto tibi omnia bona præſentia mea; ad res ipſas ſeu hereditatem relatum non valeat, ut poſt mortem meam bona mea ad te pervenient, *ad quod allegant Bart. hic. & in l. ult. n. 11. C. de Pact. Curt. Jun. conſil. 15. Berous conſ. 30. n. 28. lib. 3.* Cum ea diſtinctio nuſquam ſit in jure uſurpata, adeoque ſimpliciter & indiſtinctè prohibitæ ſint pactiones de hereditate vivorum, *l. hereditas. C. de Pact. Conv.* Nec ad rem facit quod jure cautum eſt, obligationes etiam ab heredibus habere initium poſſe, *l. 1. C. ut Act. ab Her. & Cont. Her. Inc.* quoniam eâ nihil aliud cavetur, quam ut jus vetus iſta de re diverſum emendetur. Ius verò pactorum de ſucceſſionibus viventium eâ ratione mutatur nequaquâ; quippe quod non illâ contemplatione prohibitum fuit, ſed hac quod
15 pacta ejuſmodi contra bonos mores ſint. *ut ſupra.* Perinde & ab iis † cavendum qui tradunt pactum ſucceſſionis mutuæ valere, quod ſequitur, *Ioan. And. ad Spec. tit. de inſtr. e lit. §. porro. col. ult. Minſ. Cent. 2. Ob. 33.* Cum id quoque diſertè confutetur ex eo quod militibus id conceſſum privilegio eſt, *d. l. licet. C. de pact.* ut in ceteris contrarium ſit. Maximè cum hic quoque non ceſſet votum captandæ mortis alterius, adeoque libertas teſtandi eo pacto admiſſo adimeretur, *Vide D. Gail. 2. Obſ. 126. poſt Bart. in d. l. licet. C. de Pact. Tiraq. de Iure Primog. q. 2. n. 24. Pecc. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 7.* Non mutat quod donatio reciproca conjugum interdum approbetur, itemque donatio reciproca ultra quingentos ſolidos non egeat inſinuatione. Vtrumque enim id cum modo accipitur, cum ſcilicet ratio prohibitionis utroque iſto caſu ceſſet, quod res ferè in permutationem cadat, cum interim in propoſito ratio prohibitionis eadem ſubſit.

Ad l. 70.

Vide quæ nos pluribus ſupra *ad l. 38. §. alteri. num. 5. 6. 7. eod.*

Ad l. ſtipulationes non dividuntur. 72.

OBiter huc quædā pertinentia poſuimus ſupra, *ad l. 3. & 4 & l. 85. inf. eod. complura verò alibi, lib. 6. Subtil. c. 3. & 4. ubi vide.*

§. ſi quis ita, cum *§.* fin.] Explicantur in noſtris *ſup. ad l. 14. eod.*

l. interdum. 73.

Explicatur in noſtris ſupra ad l. *10.* n. *12.* & l. *14.* n. *1.*

Ad

Ad l.ubi autem. 75. §. fundi certi.

CErti fundi uſumfructum ſtipulatus incerti obligationem quærit. *ut hic.l.1. de Vſufr. Leg. ſup.* Idemque ad ſervitutes prædiales relatum eſt, *de Serv. Præd. Vrb. l. ſi binarum. 35. de Cond. Ind. l. ſed etſi 22.§.1.* Nec mutat l.tribus.8.de Vſuf. Ear.Rer. quia ea ad quaſi uſumfructum rerum quantitatis pertinet.

Ad l.inter ſtipulantem. 83. §. ſi ſtipulante.

Allegatur & explicatur in noſtris ad l.1.§.ſi ſtipulanti.n.2.ſup.eod.

Ad l.ſi inſulam.84.

EXplicatur in noſtris ſupra ad l.14.eod. Illud hic obiter notandum, moram poſt litem conteſtatam non poſſe purgari. Cui adde quod nec mora purgatur cum dies expreſſa & pœna pariter in obligatione ſunt, *vide noſtra ſupra ad l. Celſus.de Arbitr.*

Ad l.in exſecutione. 85.

§.1.& 2.] COnſtat † hic pecuniæ debitum cadere in obligationem dividuam. Quod generale eſt & ex l.12.Tab profectum. *l.ex facto.35.§.1.ſup. de Her.Inſt.l.2.§.fi.l.3.ſup.Fam.Erciſ.* Quod ſi opus † fieri teſtator juſſerit, ſinguli in ſolidum tenentur, quia operis effectus dividi nequit, *ut hic in §.2.* Illud † quæritur ‡, Num certâ quantitate pecuniæ in exſtructionem operis relicta, obligatio inter heredes dividua an individua ſit, qua de re controverſum eſt, Dividuam eſſe nonnullis viſum eſt, *Dyn Bart.Alberic.in l.fideicommiſſa. § pen. de Leg. 3. Alexan. in l. ſtipulationes non dividuntur. col. 6. ſup. h. t.* moventur l. mortuo. §.fin. de Leg. 2. aliis verò individua habita, *Angel. Immola, Caſtr. Alciat.hic.per d l.fideicõm.§.pen.* Sed verius eſt, ſi quantitas pecuniæ in opus faciendum relicta ſit ipſa legatariis præſtanda, ſententiam priorem obtinere, *ut hic.per §.1.junc.l.2.§.& harum.ſup.eod.* cum heredibus ipſis factum non ſit injunctum. Quod ſi vero opus faciendum injunctum heredibus ſit, & ita in ad † faciendum aliquid relictum ſit, ſententia poſterior obtinet, & ſinguli in ſolidum tenentur. *ut hic in §.1.* itaque accipienda eſt ſententia poſterior, & §. pen. in eam allegatus. Nec huic diſtinctioni adverſatur quod DD. notant ordinatum ad factum aliquod pro facto reputari. *not. in l.naturalis, §. quod ſi faciam. de Præſc. Verb.* neque enim id perpetuum videri poteſt, & recte ibi gl. ponit exemplum, in ſervo dato ut manumittatur, quòd ſcilicet eo caſu jam præſtita res videatur. Sed d.l. mortuo. §.fin. nihil ad rem facit. Vnde meritò diſtinctioni præmiſſæ acquieſcendum eſt.

1
2
3
4

Ad §.2.] VIde præter ea quæ hic in tex. noſtra ſupra *in l. 1. § ſi in facto. h. t.* ubi explicatur.

§. In ſolidum.] Vide noſtra ad explicationem hujus *§.in l.4.§ fin.eod.*

Ad l.mora rei. 88.

AN & quatenus mora rei fidejuſſori noceat vel minùs, vide noſtra ſupra *in l.centum Capuæ. de Eo Quod Cer. Loco.*

Ccc

Digitized by Google

Ad l.quicquid. 99.

RECtè hic notatur quod expreſſum ſtipulatione non eſt, non obligare; ſtipulationemque ſecundum promiſſorem interpretari, cum apertiùs legem dicere potuerit ſtipulator. *vi. noſtra in l. veteribus. ſup. de Pact.*

§. Si ſtipulatus.] Explicatur in noſtris ad l. *10*.n.*3*.ſup.eod.

Ad l.puberes. 101.

1 PVberes qui curatores habent ſine iiſdem poſſunt † ex ſtipulatu obli-
2 gari, *ut hic.* Obſtare videtur † l. ſi curatorem habens. *3*. C. de In Int. Reſt. Min. ac tametſi plerique veterum has ll. ita conciliarint, quaſi hic agatur de puberibus non habentibus curatores, contrarium tamen innuit vox *ſuis*. Vt rectè Cujacius docuit. *Cujac. hic.* Qui tamen male d.l.*3*. accipit de re ipſo actu tradita ſeu diſtracta, tantùm. Verum eſt Duarenum, D. Lycklema Belgicæ fœderatæ modò legatum familiarem noſtrum, maximè verò D. Goddęum anteceſſorem Marpurgenſem, alios diſſentire, *per d.l. 3*. ſententia tamen noſtra vel hoc potiſſimũ argumento probatur, quod in poteſtate conſtitutus pubes obligatur rectè *l.ult.§.2.inf.eod.* Non mutat quod in d.l.*3*. prodigi & furioſi comparantur, id enim eò pertinet quod utriuſque bona, commendata curatoribus ſint, nec ipſi idcirco ea alienare poſſint nec eorũ arbitriũ habeant. ut quidem id tam de minore quam prodigo Lege Lætoria cautum fuit. Sed graviùs obſtat, quod d.l.*3* dicitur contractum puberìs qui curatorem habet non ſervari: verùm hoc ad effectum pertinet, cum minor læſus dolo adverſarii exceptione doli tutus ſit, ſi dolus intervenerit, ſin minus, reſtituatur, *l. exceptiones. 7. ſup. de Excep.* Prope ut metu coactus & exceptionem habet & reſtitutionis beneficium ſeu actionem ad reſcindendum contractum metu initum, *l. 9. §. ſed quod prætor. ſup. Quod Met. Cauſ.* & idcirco contractus dicitur non haberi ratus. *l. 1. eod. iſto tit.* Idem enim eſt actionem non habere & exceptione perpetua tutum eſſe. *l. nihil. intereſt. 112. de Reg. Iur.* quod ipſum et-
3 iam quoad effectum verum eſt. Denique † ad L. Lætoriam quod attinet, ea malè opponitur huic l. eò quod illa jam tum ætate Iuſtiniani in deſuetudinem abierit; quippe qua adulti ſimpliciter ſtipulari prohibiti ſunt, *author Priſc. lib. 8. allegans Sueton. lib. 4. Prætorum*, Poſt quam & Divus Marcus conſtituit omnes adultos habere oportere curatores. Quod utrumque poſtea in deſuetudinem abiit, cum hodie curatores non accipiant inviti. *§. 1. Inſt. de Cur.* & L. Lætoria propriè locum habuerit adoleſcente circumſcripto, *Cic. 3. Off.* quod cùm vel dolo fiat quo caſu exceptio parata eſt, vel re ipſâ, quo caſu reſtitutio, *d. l. 7. in fi.* ſequitur nullo caſu ei l. hactenus locum eſſe. Quid ergo eſt quod *in*
4 *d. l. 3.* per † particulam adverſativam minori curatorem non habenti in integrum reſtitutio datur, cùm antè contractum ei qui curatorem non haberet dictum eſſet non ſervari? Colligitur enim inde, nullos eſſe contractus ſine curatore ſuo à minore initos nec ſervari ipſo jure. Id hunc

Digitized by Google

hunc ſenſum habet, Quod minori curatorem habenti vel exceptio permittitur, vel reſtitutio rei jam traditæ, officio judicis ſummario facienda, cum minor curatorem habens alienatione ſua nihil agat. Sed caſu poſteriore ſimpliciter obtinet reſtitutionem in integrum ſolenniorem locum habere.

Ad l. ſi ita ſtipulatus fuero. 109.

VIde noſtra pluribus ſupra *in l. 1. §. ſi ſtipulanti. eod.* ubi & hæc explicatur.

Ad l. ſi mihi & Titio. 101.

SI mihi & alteri in cujus poteſtate non ſum, ſtipuler ſummam aliquam, dimidium ejus ſummæ mihi tantùm debetur, reliquum nec alteri nec mihi, *ut hic. vi. noſtra ſupra in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. eod.* Non quidem alteri quia ei ſtipulari nequeo; non mihi, quia id actum non eſt, *l. 99. ſup. eod.* Non mutat l. ſi fundi *64.* ſup. de Contr. Emp. quia ea in emptione fundi obtinet, ut & l. *5.* Com. Pr. obtinet in ſtipulatione ſervitutis. Ratio eſt quia obligatio præſtandæ ſervitutis una eſt, item obligatio fundi una; nec earum rerum facilis numero diviſio eſt; cum interim pecuniæ diviſio facilima ſit, & hoc ipſo adeo quod nobis & alteri unam ſummam decem ſtipulamur, de duabus ſummis ſtipulatione fere duplici; unâ utili, alterâ inutili agamus.

Ad l. cum ſtipulatus. 113.

STipulationibus facti pœna ſi ſit adjecta mora ſemel commiſſa prorogatione diei à ſtipulatore conceſsâ non purgatur. *ut hic, fac. noſtra ſupra in l. Celſus. de Recep. Arb.*

Aut ſi hoc falſum eſſet.] ID eſt, ſi prolato die ſat temporis promiſſori ſit operi perficiendo. Rectè verò argumento hujus textus obſervatum eſt, Iuramentum prorogatione diei ſolutioni poſitæ, una quoque cenſeri prorogatum, *fac. l. item quæritur. §. qui impleto. Locati. l. lecta. de Reb. Cred. & l. ſed et ſi. de Precar. quo & inclinare videtur Bart. hic. Alex. & Cognol. in d. l. lecta.* Non mutat c. pen. de Iurejur. quo moti alii diverſum annotarunt, *Dec. ad c. de cauſis. poſt n. 7. de off. deleg. Beroni q. 100. ad fi.* quia id c. à propoſito prorſus alienũ eſt cum non de dilatione ejuſdem debiti, aut ejuſdem juramenti agat, ſed ſimpliciter de juramento extendendo ad aliam omnino cauſam.

Ad l. ſi ita ſtipulatus. 120.

Vide noſtra ſupra ad l. *51.* de Leg. *1.*

Ad l. qui Romæ. 122. §. Flavius.

SEntentia hujus §. difficultate caret, ſed illud hoc loco quæſitum eſt: 1
Poſſitne † donator modum ſeu legem donationis in alterius favorem adpoſitum pro placito revocare, idque invito eo cujus favori ea adjuncta eſt: quod pleriſque videtur, *Cuman. Alex, Socin. Iaſ. Aretin. Duar. hic.* Moventur legibus diverſis, *ut hac l. & l. 3. de Serv. Export. cui convenit. l. 3. Qui ſine Manum. ad lib. perv. l. 1. C. Si Manc. Ita Fuer. Al.*

Digitized by Google

Caſtrenſis tamen & alii contra *Caſtr. & Ioan. Lup. in rub. de Don. Inter Vir. Et Vx. ſup.* moti l. quoties. C. de Don. Quæ Sub Modo. *junc. l. id quod noſtrum. de Reg. Iur. inf. cui adde arg. l. nemo mutare. eod. iſto tit.*

2 Et hæc quidem ſententia ita obtinet †, ſi tertio re ipſa jus actionis aut exceptionis ſit quæſitum. *ut in d. ll.* prior verò ita, ſi jus quęſitum ſit alteri nemini. Vt in d. l. *3.* de Serv. Export. ubi de ſervis manumittendis agitur. Servi enim juris intuitu pro mortuis habentur, *l. antepen. de Reg. Iur.* unde & eis nil acquiri poteſt, licet favore eorum introductum ſit, ut heres mutare una cum emptore pactum de manumittendo non poſſit. *ut in d. l. 3.* Vti & alia complura favore libertatis recepta notiſſimum eſt.

Ad §. Seia heres. 5.

Vide noſtra ad l. *7.* ſup. de Vſur. n. *3.* ubi explicatur.

Ad §. Duo fratres.

1 ARgumentum † hujus §. planum eſt. Illud tamen diſputandi occaſionem præbuit, quod hic dicitur, diviſione factâ eâ lege ne contra fiat, ſtipulatione ſubjectâ pœnali, ſi alter dividentium poſtea fideicommiſſum petat, & pronuntietur quaſi de hoc quoque tranſactum eſſet: pœnam eſſe commiſſam. Cum propoſita ſpecies non præſupponat in tranſactione ſeu diviſione una de fideicommiſſo actum eſſe vel

2 cogitatum. *D D. diverſi, diverſimode hic.* Et quidem illud conſtat †, id de quo actum aut cogitatum non eſt conventione non contineri, ut quidem pluribus locis juris noſtri reſponſum eſt, *l. 5. l. 9. ubi vi. noſtra ſup. de Tranſac.* quod cum rationi conveniat, & dubium non ſit, diſputatum eſt, quâ ratione hoc loco reſpondeatur adverſus fideicommiſſum judicatum eſſe: Et magis eſt id ita intelligendum, ut de facto inter dividentes controverſum fuerit, num in negotio diviſionis pacto hoc, Ne contraveniretur, ſenſerint actum una de fideicommiſſo eſſe an minus, & dein pronuntiatum eſſe, quaſi de hoc quoque tranſactum ſit. Atque hanc explicationem veram eſſe, vel illud certiſſimo argumento eſt, Quod quæſtionem hic in litem deductam aut juris fuiſſe oportuerit, aut facti. Iuris quæſtio fuiſſe nequit, eo quod jus in propoſito certum ſit *d. l. 5. & 9. cum ſim.* facti igitur fuit. Quod ſi ita eſt, neceſſariò evenit, id, quod diximus, inter partes controverſum fuiſſe. Vt quidem minùs rectè DD hic malè pronuntiatum præſupponant; alii verò aliter

3 tradant. Quibus † conſequens eſt, Bartolum hic loco non ſuo diſputare, An ſententia in uno judicio lata retractari in alio poſſit; & ſimilia, quæ alii hic, malè hoc loco tractari.

Ad l. Si flagitii. 123.

VIde noſtra ſupra *ad l. 26. ubi explicatur eod.* Adde l. *27.* §. pacta quę. de Pact.

Ad l. inſulam. 124.

Explicatur ſupra in noſtris ad l. *10.* n. *4.*

Ad

Digitized by Google

Ad l.ſi ita ſtipulatus.126.

§. Chryſogonus.] Allegatur in noſtris ſupra ad l.1.§.2.n.7.eod.

Ad l.ſi pupillus.127.

Vide noſtra latè ad l.9.ſup.de Auth.& Conſ.Tut.

Ad l quod dicitur.130.

Vide noſtra ſupra ad l. avus. de Pact. Dot.

Ad l.Titia.34.§.fin.

Vide noſtra ſupra ad l.1.princ.h.t.

Ad l.continuus.137. §.Item qui inſulam.

Vide quæ nos ſupra ad l. 14. eod.

Ad §.final.] Vide quæ nos ſupra ad l.avus. de Pact. Dot.

Ad l.cum ex cauſa.139.

Vide quæ nos ſupra ad l.4. §.fin. eod.

Ad l.penult. §.Etſi placeat.

Vide quæ nos ad l.viæ.17. num.7.8.& 9.de Serv.

l.ſi ſervus. 141.§.pupillus.

Allegatur in noſtris ſupra ad l.101.

De duobus reis conſtituendis.

TIT. II.

Ad l.2.3.& 4.

DVos reos credendi † ut actionem ſingulos in ſolidum habere conſtat, ita & rei debendi ſinguli in ſolidum tenentur, unde & ſolutione aut acceptilatione unius tota ſolvitur obligatio. *ut hic. §. 1. Inſt. eod. vi.l.31.§.1.de Nov.* Id Novellâ 99 † ita mutatum eſt, ut ſinguli conveniantur tantùm pro parte; niſi tamen ſinguli ſe nominatim obligaverint in ſolidum ſive pro ſe, ſive fidejuſſorio nomine. Qui verò ſe in ſolidum obligarunt, ſi omnes pariter præſentes ſint & ſolvendo, beneficio diviſionis gaudent. Malè nonnulli argumentum hujus novellæ † reſtringunt tantum ad mutuos confidejuſſores, quippe qui & ex conſtitutione D.Hadriani beneficium diviſionis habuere. Nec ad rem facit quod inſcriptio Novellæ habet περὶ ἀλληλεγγύων, nec enim id rectè refertur ad eos tantùm qui fidejuſſerunt alterius nomine, ſed & qui pro alteris quoquo modo conveniri poſſunt, quod ipſum & de duobus reis quibuſcunque verum eſt. Accedit quod & rei promittendi pro fidejuſſoribus inter ſe habentur, *l.11.inf.eod. l.vir uxori. in fine.ad SC.Vell.* Licet beneficium diviſionis ad eos non pertinuerit, niſi fidejuſſione expreſsâ fuiſſent obligati. Ius tamen † Novellarum

1 (line 1), 2 (line 4), 3 (line 7), 4 (last line) in margin.

præſens, mutatum hodiernâ conſuetudine eſt, & jus vetus reductum, ut ſcilicet ſinguli correorum in ſolidum obligentur. *Tiraquel. de Retrac.§.32.gl.6.num.10.* Illud quæritur, Vtrum is quem fidejuſſorem
5 eſſe † conſtat pro altero fidejubens in ſolidum, perdat beneficium diſcuſſionis? Accurſius non putat, quia hic nulla, novatio ſit, *arg.l.ult.C. de Novat.ſeq.Spec.tit. de Renunc. num.81.* Sed alii non pauci contra, *Marſil.ad rubr.de Fidejuſ. n.62. Rota Genuenſ.deciſ.78.n.2. Dn.Gail lib.2.Obſ.28.n.6.* Quod ſcilicet verba contrahentium ita accipi oporteat, ut aliquid operentur, *per vulg.* Sed media ſententia benignior eſt, ut ſcilicet diſcuſſionis beneficium non habeat, ſi in ipſo mox contractu fidejuſſor intercesſerit & una cum reo principali pariter ſe obligarit; tum enim rei debendi ſunt. *per l.4.inf.h.t.* Quod ſi verò ex poſt facto, aut oratione magis particulâ conjunctivâ quàm per ſe continuè connexâ obligetur, diverſũ dicimus. *l.11.in fi.inf.eod.Natta conſ.345. Alex. conſil.31. lib.3. item Cinus & alii quos allegat Gabriel. com. concl. tit. de Fidejuſſ.concl.1.num.99.*

Ad l. Reos. 11.

Vide quæ nos pluribus ſupra ad l. 2.

De ſtipulatione Servorum.

TIT. III.

Ad l. ſi ſervus communis. 18. §. cum ſervus.

VIde noſtra ſupra ad l.14. de Verb.Obl.

Ad l. uſusfructus. 26.

STipulatio conditionalis uſusfructus ex præſenti vires accipit, licet petitio ex ea differatur. *ut hic.* Obſtat l. cedere diem. 213. princ. de V.Sign. fac.§ ex conditionali, de V.Obl. Sed textus præſens eò pertinet, quod exiſtente conditione obligatio retrotrahi cenſeatur ad tempus contractus, *l.11.§.1. Qui Pot.In Pig Ha . l.78 princ.ſup. de V.Obl.* oppoſitæ verò leges ad eventum pertinent.

Stipulatio autem pura ſuſpendi non poteſt.]

Diverſum eſt in l.ult.Comm. Præd. idque ob ſpeciei diverſitatem.

LIBER

Digitized by Google

LIBER XLVI.

De Fidejuſſoribus & mandatoribus.

Ad l. Græcè. § ſed etſi. 5.

FIdejuſſor † etiam tenetur pro actione ex delicto acceptus. *ut hic. l. ſi quis pro eo. 56. § fi. inf. eod.* Niſi delicta graviora † ſint, *vide tex. & ſcribentes in l. 1. & 2. de Cuſt. et Exhib. reor.* Neque obſtat his l. ſi Barſatorem. C. de Fidejuſſ. quia ea pertinet ad promiſſionem † de obligato ſiſtendo factam: Quod verò ſubjungitur, vel remittendum promiſſorem ad præſidem provinciæ eſſe puniendum, id eò pertinet, ſi fortaſſe fuerit in dolo, *arg. l. 4. inf. de Cuſtod. & Exh. l. 2. C. ad SC. Turpil.* Tametſi nonnulli d. l. ſi Berſatorem etiam accipiant ut is qui deliquit & de quo inveniendo cautum eſt mittendus intelligatur, *Donel. ibid.* Vtrumque tamen verum eſt. 1 2 3 4

§. Illud † commune.] FIdejuſſor in leviorem cauſam quam principalis obligari poteſt, in duriorem non item. *ut hic.* An ergo † de facto cautione interpoſita in ſummam majorem, non ſubſiſtat eadem in concurrente quantitate, videamus, & hoc quidem magis eſt, *per l. rogatus. ſup. Mandati. & l. ultra. C. de Fidejuſſ. per l. inter ſtipulantem 83. § ſi ſtipulante. l. ſi ita. 110. de Verb. Obl. ſup.* Quod igitur hic dicitur, fidejuſſorem omnino non obligari, intelligendum eatenus eſt, quatenus ſtipulatio fidejuſſoria vitiatur. Vt rectè hac de re docuere Duarenus, *c. 3. h. t.* Alciatus, *lib. 5. parerg. c. 17.* Fornerius, *lib. 3. Select. c. 11.* Quod quidem & olim Bella pertica advertit. Plerique tamen Doctorum contra ſenſere. *Bart. & alij hic.* Quos tametſi defendere † Connanus conetur, *lib. 6. Comment. c. 6.* non tamen invenit rationem qua ſolvat argumentum d. l. rogatus. & d. l. ultra. diſtinctio enim quam ille inter fidejuſſorem poſt accedentem & præcedentem mandatorem adhibet, nec juris authoribus nota eſt, nec rationi convenit, eò quod utriuſque hactenus par ratio ſit. 1 2 3

Ad l. heres. 21. §. fin.

QVæritur † hic, utrum fidejuſſor qui creditori exiſtit heres actionem mandati adverſus debitorem principalem habeat, quod hoc loco Africanus negat. Cui opponi † ſolet l. ſi ei. 11. Mandati. Sed ea agit de fidejuſſore qui priuſquam heres exiſteret creditori, jam condemnatus erat, ut res perinde cenſeatur ac ſi jam ſolviſſet. 1 2

Ad l. Marcellus. 25.

EI qui pro † pupillo ſine tutoris authoritate obligato, furioſo item & prodigo fidejuſſit, non ſubvenitur, quia mandati actio non competit, 1

petit, *ut hic*. Accedere enim fidejuſſor omni obligationi, etiam naturali poteſt, *l.1.& 2. l.16. §. fidejuſſor. ſup. eod.* Obſtat verò l. noſtræ in eo quod hic de fidejuſſore qui acceſſit obligationi naturali dicitur. l. is
2 cui. *6.* ſup. de V.Obl. ſed † ea obtinet regulariter, cum plerumq; verum ſit eorum fidejuſſores non obligari; niſi tamen ex quaſi contractu vel quaſi delicto teneatur. Et hæc diſtinctio obſervata eſt & in l. ſi à reo. *70.§.* ſi à furioſo. infra eod. Obſtat etiam quod fidejuſſor non in duriorem cauſam quàm reus principalis teneri poteſt; ſed hoc ad rem non pertinet cum id intelligatur de obligatione quæ quantitate vel quaquâ ratione pluris ſit quàm principalis, non etiam de obligatione quæ ratione juris utcunq; diverſâ, non contineat rem vel ſummam eandem.

Ad l. ex perſona. 32.

1 EX perſona † rei exceptiones & cetera rei commoda competunt fidejuſſori & acceſſionibus, hoc eſt interveniențibus ceteris. *ut hic. l.*
2 *omnes. 19. de Excep. & l. defenſiones. C. eod.* Niſi tamen exceptio fortè aliqua reo † competat ex privilegio perſonali, *l. exceptiones. 7. de Excep.* Quomodo & accipienda eſt l. ubicunque. *60.* inf eod. Obſtat l. 1. C.
3 de Fidejuſſ. ſed † intelligendus eſt reus principalis ibi non eſſe liberatus, eo quod fiſcus qui in partem bonorum ejus ſuccedit, nihilominus conveniri poteſt, utpote quaſi heres ejus qui exulare juſſus eſt, ut in
4 ſpecie ejus l. patet. Quibus non † obſtat l. *4* ſup. qui Satisd. Cog. & l. ſed etſi. *4.* Si Quis Caut. Iud. Siſt. Cauſ. quia ibi fidejuſſores, ſecundùm regulam hic traditam, liberati intelliguntur ab obligatione judicio ſiſti, quia liberati ab ea rei conventi ipſi ſunt, propter neceſſariam cauſam
5 deportationis aut exilii ſupervenientis. Minus ad † rem facit l. in fraudum *45 §.* ſi principalis. de Iure Fiſci. quia ea procedit in eo debitore qui ipſi fiſco obligatus eſt, quando enim ei fiſcus ſuccedit, debitũ confuſione extinguitur, ut nec obligatus manere fidejuſſor poſſit. *ut ibid. in tex.*

Ad l. ſi quis poſtquam, 37.

1 REo debendi † præſcriptione liberato, præſcriptionis exceptio quoque fidejuſſori competit, idem eſt in exceptione jurisjurandi, *l. 7 §.*
2 *1 de Excep.* Eſt enim † exceptio hæc uti & aliæ peremptoriæ, ſimilis ſolutioni, *l. ſi pupillus. 45. de Adm. Tut.* Quin & amplius præſcriptio
3 † jam ante perfecta facit ne fidejuſſor poſtea acceptus obligetur, *ut hic.* Idemque eſt in fidejuſſore dato ab eo qui deportatus eſt, *l. 47. inf. eod.*
4 Sed obſtat legi noſtræ quod tempus non † eſt modus tollendæ obligationis. *l. 44. §. 1. de Obl. & Act. l. atqui natura. 19. de Neg. Geſt.* Sed hoc maximè ad obligationem naturalem pertinet, quæ tametſi in propoſito quoque videatur ſupereſſe, effectu tamen juris hac quoque in re omnino caret, cùm præſcriptio pariat pleniſſimam ſecuritatem. *l. 3. &*
5 *4. C. de Præſcrip. 30. Ann.* Non mutat † l. ubicunque. *60.* inf. eod. quia ea ad exceptiones perſonales pertinet, *ut in l. 7. princ. ſup. de Except.*

Ad

Ad l. ut fidejuſſor. 39.

FIdejuſſori adverſus confidejuſſorem actio non eſt, *ut hic.* Vnde cedendæ eidem convento actiones à reo principali ſunt, quod medio exceptionis conſequi poteſt, aut etiam actionis, *l. Stichum. §. pen. inf. de Solut.* Niſi tamen in dolo ſit, *l. ſi communis. 9. ſup. de Nox. Act. l. 1. §. plane Tut. & Rat. Diſtr.*

Ad l. ſi debitori. 47.

Vide noſtra ſupra ad l. 37. ubi & hæc allegatur.

Ad l. inter eos. 51. §. 1.

REſponſum hujus paragraphi confirmat ſententiam communem à nobis defenſam ſupra, *ad l. 2. de Duob. Reis.* in eo † puta, quod fidejuſſores etiam olim beneficium diviſionis habuere. Sed quæſitum † eſt, diſcuſſo reo principali, eoque deprehenſo non ſolvendo, ſi agatur adverſus fidejuſſorem, lite verò pendente fiat ſolvendo (ponamus eum hereditatem aut conſimile improviſum lucrum eſſe nactum) num creditori à fidejuſſore exceptio in factum opponi poſſit, ut prius conveniendus denuo debitor ſit. Quod affirmat Rainerius & Iacobus de Arena, quia exceptio lite pendente ſuperveniens à reo poteſt opponi. *§. fin. Inſt. de perp. & Temp. Act. l. cum decem. §. ſi de Solut. fac. l. de ætate §. ex cauſa. de Inter. Act. DD. qui ſupra in Auth. præſente C. de Fidejuſſ. vide alios apud Gabrielium lib. 3. Comm. Concl. tit. de fidejuſſ. concl. 1. n. 80.* Negat tamen Decius, *& Caſtr. ad l. ult. ſi Cert. Pet. item Caſtr. & Cin. in d. auth. præſente.* Moventur d. l. ult. verſ. fin. Si Cert. Pet. Hæc tamen l. ſententiam Decii non probat, ut magis dicamus ſententiam priorem juri convenire. Idque argumento hujus noſtri paragraphi evincitur, & abbreviandarum litium cauſâ benignius eſt.

Ad l. ſi ita ſtipulatus. 55.

ET id quod ex bonis ejus ſervari poteſt, omnibus æquo jure proficere debet] Proficere hoc loco num ſummis an fidejuſſoribus accipiamus, & quidem poſterius interpretes Græci & Latini probant, prius Cujacius. Sed mihi interpretum ſententia probabilior videtur, cum ſcilicet dubitandi rationem fuiſſe cenſeam an reus debendi quoq; idem cum fidejuſſoribus beneficium habeat. *Vide etiam Dn. Marcum Lucklema. lib. 2. Memb. c. 12.*

Ad l. ubicunque. 60.

QVod ad principium hujus l. attinet, id ſupra explicamus. *ad l. ex perſona 32. ſup. eod.* Quoties † prorogatione diei, verbi gratia, vel qua alia ratione mutari obligatio utcunque videtur, cum nihilominus debitum maneat, fidejuſſor, qui novatione interveniente liberatur, manet obligatus. *ut hic.* Sed quæſitum eſt, An fidejuſſor liberetur †, ſi reus ignorante eo differat diem. Dubium movet hic textus, cum hic non diſtinguatur, nec novatio hodie contrahatur niſi id expreſſe actum ſit, *l. ult. C. de Nov.* Et verò ſi id ita eſt, liberatur hoc modo fidejuſſor.

ut hic. Sed hoc Speculator improbat, *tit. de Fidejuſſ. §. 1. verſ. illud autem & ibi Ioan. Andr. Natta conſ. 202. n. 6*. Motus argumento l. item quæritur. §. qui impleto. Locati. & l. cum Hermes. C. eod. Rectè proinde
3 † diſtinctum eſt, utrum ad certum tempus obligatus ſit reus, ut prorogatione eo caſu liberentur fidejuſſores (*idq. per eaſdem leges proxime allegatas*) cum id eo caſu tacitè actum intelligatur, an verò ſimplicius, quo caſu diverſum ſit. Itaque accipienda eſt hæc lex, junc. l. ult. C. de Nov. Quo & inclinant Angel. & Alex. in l. ſi unus. *27. §. ſi cum reo de Pact*.

Ad l. ultimam.

FIdejuſſores ultra ſortem aut id quod præcipuum in obligatione eſt, non tenentur; non igitur ad uſuras aut fructus, itemque id quod intereſt acceſſorium, tenentur. *ut hic*. niſi una ſe in id de quo agitur, vel in omnem cauſam obligarint, *l. fidejuſſor. 10. C. eod. l. quæro. C. Locati. fac. l. initio. C. de Pact. Inter Emp.* Diverſum verò † eſt in conductore vectigalium: *l. 2. §. ſi. de Adm. Rer. ad Civ. Pert*. quæ tamen cum modo accipienda eſt, *ut in l. 68. §. 1. ſup. h. t.* & fidejuſſoribus tutorum, *l. poſteaquam. inf. Rem Pup. Salu. Fore. l. 3. & 5. de Fidejuſſ. Tut.* Adde his quæ nos pluribus eadem de re ſupra, *De Eo Quod Certo Loco. in l. centum Capuæ. n. 3. & ſeqq.*

De Novationibus & Delegationibus.

TIT. II.

Ad l. 1. §. 1. in fine.

AD hunc §. vide quæ nos ſupra ad l. obligari. 9. de Auth. & Conſ. Tut.

Ad l ſi ita. 6. § 1. & l 7.

PEcunia mutuo datâ ſtipulatio ſi ejus nomine fiat, non fit novatio, idemque eſt ſi pecuniæ numeratio ſequatur, cum id magis implendæ ſtipulationis gratiâ fieri intelligatur, *ut hic*. In Senatuſconſulto tamen Macedoniano quoties verſamur, major ratio habenda mutui eſt, *l. 3. §. fin. l. 4. 5. & 6. ad SC. Maced.*

Ad l. ſi Stichum. 8. §. 1.

Vide quæ nos pluribus, infra *ad l. 14 eod.*

Ad l. cui rectè. 10.

IS cui ſolvi poteſt, & novare poteſt, *ut hic. l. ſi rem. 31. §. 1. inf. eod.* Excipiuntur qui tantùm ſolutionis gratiâ adhibentur, *ut hic*. Item qui in alterius poteſtate ſunt & alii nonnulli, de quibus alibi, *vi. tex. & noſtra in l. ſi unus. 27. ſup. de Pact. & l. 16. l. non ideo. 25. inf. h. t. l. 1. de Sol.*

Ad

Digitized by Google

Ad l. quoties. 14.

QVod purè debetur †, novandi animo in ſtipulationē conditionalē 1
deductum eſt, conditione demum exiſtente novatio fiet. Quod ſi
Stichus in obligatione conditionali exiſtens deceſſerit pendente conditione, novatio non contingit, idque ob defectum rei. Si igitur poſt 2
moram Stichus † in conditionalem obligationem deducatur, purgabitur mora, nec in ſequentem obligationem deductus intelligetur. Non
igitur † tenetur debitor prior ob moram, quia ea purgata eſt, idque per 3
oblationē, non ut ex ſtipulatione obligatus, quoniam conditio defecit
& Stichus deceſsit antequam ex ſtipulatione debitor in mora foret, *ut
hic. junc. l. qui decem 72. §. ſi cùm mihi. inf. de Solut.* Quod tamen † ac- 4
cipiendum cum modo eſt, ſi puta tempore contrahendæ obligationis
ſecundæ res de qua agitur ſit præſens, ut ipſo actu oblata fuiſſe cenſeri
queat, *d. l. 72. §. idem reſponſum.* Non obſtat † igitur l. qui decem. *31.* 5
princ. inf. eod. quia ea procedit regulariter, cum ſcilicet res præſens
non fuerit. Vnde & conſequenter hic conditione exiſtente quoq; novatio fiet. Perinde nec mutat † l. *56* §. ſi hominem. ſup. de Verb. Obl. 6
quia ibi alia ſpecies ſubeſt. Verum quidem eſt, exiſtente obligatione 7
conditionali deficere priorem, ſin minus ſupereſſe actionem priorem,
l. ſi Stichum. §. 1. inf. eod. interim aliquando accidit ut exiſtente † conditione novatio non fiat, ponamus Stichum quem pure mihi tertius debet, à te novandi cauſa promiſſum ſub conditione eſſe, Stichum verò
deceſſiſſe poſt moram tertii & ante moram tuam (id autem eſt etiam
antequam exiſteret conditio) dein verò conditionem extitiſſe; cum tu
teneri nequeas ob rei debitæ defectum, prior obligatio etiamnum durat. *ut in d. l. 56. §. ſi hominem.*

Ad l. novare. 20.

Vide tex. & quæ nos in eo ſupra de Pac. l. *27.* princ.

§. 1.] Vide quæ nos ſupra ad l. *9.* de Auth. Tut.

Ad l. ſi rem. 31.

Principium hujus l. explicatur in noſtris, ſupra ad l. *14.* eod.

§. 1.] HVic §. obſtat l. ſi unus. *27.* princ. de Pact. Solutionem vide ibidem.

De Solutionibus & Liberationibus.

TIT. III.

Ad l. quod ſtipulatus. cum l. ſeq.

QVi ſolius † ſolutionis gratiâ contractui adjectus eſt novare vel ac- 1
ceptum ferre nequit, ſed tantùm ei ſolvi poteſt. *ut hic & l. 12. §. 1.*

Digitized by Google

inf. eod. Cum ſc. mihi ſolvi etiam quo caſu ſolvitur ei, videatur. Quod
2 & verum eſt etiamſi † debitor creditori ipſi ſolvere conſtituerit. *l. ſi ita 59. inf. eod.* Tametſi vero adjectus ipſe actionem non habeat, ſi tamen ei ſolvatur, debitum tollitur ipſo jure, *§. ſi quis alij. verſ. plane. Inſt. de Inut.*
3 *Stip.* Sed hoc ita ſi adjectus in eadem cauſa permaneat, id eſt niſi vel capite minutus ſit, vel in exilium miſſus, *l. cum quis ſibi. 38. inf. eod.* Non
4 mutat † l. Stichum. *95. §.* uſumfructum. inf. eod. quia ea ita procedit, ſi circa tempus ſtatus mutandi & quidem conſciis contrahentibus, ſtipulatio contrahatur. Quo caſu, puta, tacite actum intelligimus ut mutato quoque eo, ſolvi adjecto poſſit, quod exemplum ibidem ſubjectum additum indicat palam.

Ad l. quod ſi forte. 14. §. fin.

SI pupillus ſine tutoris authoritate nummos ſolvat, non fiunt accipientis, eoque vindicari poterunt. Quod ſi conſumpti fuerint liberabitur. *ut hic. l. non* omnis. *19. §. 1.* de Reb Cred. l. obligari. *9. §.* pupillus. de Auth Tut. Nec mutat l. interdũ. *29.* † de Condic. Indeb. quia ea ita obtinet, ſi pupillus ſolverit ex cauſa ejuſmodi ex qua efficaciter conveniri non poſſet.

Ad l. etiam. 27.

VIde an non obſtet, *l. 7. §. non ſolum. n. 3. de Dolo.* Solution. vid. ibidem.

Ad l. cum quis. 38. princ.

HVic reſponſo ſolet opponi l. ſi Stichum. *95. §.* uſumfruct. inf. h. t. Conciliationem vero earum vide ſupra ad l. quod ſtipulatus. eod.

Ad l. qui ſic. 45.

1 QVi ea † mente ſolvit ut recipiat, non liberatur uti nec alienantur
2 nummi eadem mente numerati, *ut hic.* Non mutant † l. ſi tibi. *20.* ſup de Reb. Cred. l. ſervus. *58.* ſup. Sol Matr. l. qui id quod. *33. §. 1.* de Donat. quia eæ ita obtinent ſi ex rei, eâ lege datæ ut reſtituatur, evidens utilitas rem mutat accipienti, quod in hac l. non ita eſt.

Ad l. ſi ita ſtipulatus. 59.

VIde noſtra ad l. quod ſtipulatus, ſup. eod. ubi plura de hujus l. materia tractamus.

Ad l. ſi hominem. 69.

HVic l. obſtat l. *9. §.* pen de Dolo. Solutionem verò earum & explicationem, vide ſup. eod. tit. de Dolo, in l. *7. §.* non ſolum. num. 4. & 5.

Ad l. Quod certâ die.

1 PRomiſſum † in diem certam ſolvi ſtatim poteſt, & quidem creditori quoque ipſi invito ratioque viva eſt, quia medium tempus relictum favori promiſſoris eſt, ut ſolvere interea poſsit vel minùs, *ut hic et l. 38.*
2 *§. inter. de V. Obl. cum ſim.* Non mutat l. qui Romæ. *122.* princ. de † V. O. quia in iis dies additus eſt favori creditoris. Vnde conſequens eſt ut

invito

invito ei ſolvatur minùs rectè. Idque probatur l. Iabolenus. *15*. ſup. de Ann. Leg. Perinde nec † mutat l. item illa *18*. ſup. de Conſt. Pec. quia 3
ea ita accipienda eſt, ut creditor quidem in mora eſſe ante diem poſſit idque reſpectu actionis principalis, ut tamen veniente die nihilominus conveniri debitor ex conſtituto poſſit; modò tum res integra ſit, hoc eſt modò tum etiamnum exſtet. Denique ad fideicommiſſa † ad diem 4
certam præſtanda quod attinet, ea perinde & ante diem reſtituuntur rectè, *l. poſt mortem. C. de Fideicomm.* Quod tamen interpretationem 5
recipit † ut reſtitutio fideicōmiſſario invito quidē ſed periculo heredis fiat, *arg. l. ſed et ſi. 10. ſup. ad SC. Treb.* Ratio eſt, ne heres aditam ſemel hereditatem hoc modo repudiare contra rationem juris videatur.

Ad l. qui decem. 72. princ.

DEbitor, item † venditor rei qui ex lege contractus redemptionem 1
habet, offerendo rem debitam vel pretium ipſo actu, conſtituunt creditorem & emptorem in mora. Perindeque † & oblatione mora 2
purgatur, prorſus ut oblatione una cum depoſitione & conſignatione facta, debitori liberatio contingit, *ut hic. adde l. qui Romæ. §. Seia. de V. Oblig. l. obſignatione. C. de Solut. l. ſi per te. C. de Vſur. l. 2. C. de Pact. inter Empt. & Vend.* Non mutat † l. tutor. *28*. §. *1*. de Adm. Tut. ubi tutor 3
dicitur ita demum ab uſurarum curſu liberari ſi debitum obſignet: ſed hoc ſingulare in cauſa pupillari eſt. Quanquam tutor etiam † hoc 4
caſu poſtulare queat ut ei curator detur, *l. ait prætor. 7. §. 2. de Vſur.* Quia & ſi pubes †, ſæpius ei hoc nomine denunciatione factâ, non 5
compareat ſed judicium contemnat, tutor proteſtari apud acta poſſit, ſe paratum cum pupillo rationes ſuas expedire, liberetur etiam ab uſurarum curſu ſine ulla depoſitione. Planè † quod hoc loco dicitur, 6
creditorem qui ſine cauſa recuſaverit pecuniam debitam recipere, eandem periculi ſui facere, *ut hic. adde l. hujuſmodi. §. ſi cui homo. de Leg. 1.* cum modo accipiendum eſt, ſi puta non diſtulerit ſimplicius in aliam diem, *l. creditor. 102. in f. eod.* Denique & oblatio † ſola ſine conſignatione ſolvit antichreſin, *l. ex prædiis. 11. C. Vſur.* & debitores fiſci liberat à commiſſo, *l. 1. C. de Suſceptor. & præpoſ.* Ad pignus tamen ſimplex † ab altero poſſeſſum liberandum depoſitio & conſignatio requiritur, *l. ult. C. de Pign. Act.* Nec mutat † l. *9*. § fi. de Pig. Act. ſup. quia 7 8 9
ibi nihil aliud docetur quàm eum qui ante non rectè egit ſine oblatione, poſtea ſuum conſecuturum (hoc verò ibi eſt, cum effectu acturum) oblatione factâ. Adde † his quæ nos pluribus ſupra tradimus, *ad l. debitor. 7. de Vſur.* 10

§. Stichum aut Pamphilum. 4.

OBſtat huic §. l. Mævius. *66*. §. non idem. ſup. de Leg. *2*. Solutionem vide ibidem in noſtris. Quibus tamen addenda ſunt quæ nos pluribus ſupra *ad l. ſi unus. §. ſed ſi ſtipulatus. & §. ſed ſi generalis. de Pact.*

Digitized by Google

Ad l. hoc jure. 86.

PRocuratori ad litem dato ſolvi non poteſt, cum judicati actio domino detur, *ut hic. & l. 28. ſup. de Procur.* Sic datus ad impetrandum judicem, litem inſtituere nequit, *c. Nicolao. de appellat.* Vnde quæſitum eſt, An procuratori dato ad vendendum, etiam ſolvi poſſit. Dubium movet hic textus *& l. 1. §. igitur. Prepoſitio. de Exer. Act.* Magis tamen eſt ei ſolvi poſſe, *arg. l. quod ſervus. 35. ſup. eod.* Non obſtat d. l. 1. §. igitur. quia ibi reſtrictive tantum ad locandum intelligitur eſſe conſenſum, *ut ibid. in tex.* Minus ad rem facit hic textus, quia ejus diverſa ratio eſt, quod ſcilicet procuratori ad litem non competit actio judicati.

Ad l. filia inteſtato. 88.

OPponi ſolet l. qui aliena. 32. de Neg. Geſt. ubi ſolvi in §. quanquam mater.

Ad l. Stichum 95.

STicho aut Pamphilo debito ut creditor electionem habeat, uno mortuo, alter peti ſolus poteſt; niſi mora facta ſit in eo mortuo quem jam nunc creditor elegit, quo caſu is ſolus debetur ac ſi ſolus in
1 obligatione fuiſſet *ut hic in prin.* §. 1] Si promiſſoris † electio ſit, defuncto uno, qui ſupereſt nihilominus petetur. verſ. Enimvero] Eodē ca-
2 ſu ſi facto debitoris alter mortuus † ſit, alius quidem peti nequit quam qui ſolvi poteſt, id vero eſt, quam qui ſupereſt, ſi tamen mortuus longe vilior fuerit æſtimationem ejus ſolvere debitor non poterit, quod ita
3 in pœnam promiſſoris cautum eſt. Quod ſi & alter ſervus ſine culpa promiſſoris moriatur, nullo modo ex ſtipulatu agi poteſt. Vt tamen de dolo agi poſſit ob alterū prius occiſum. *ut hic.* Quod Accurſius non de doli actione propria accipit, & recte ita explicat, ut directa actio ex ſtipulatu hoc nomine parata non ſit, benigne tamen admittatur eadem
4 nomine doli; ſubintellige autem vel culpæ. Cum † perpetuum ſit, ut ſi debitoris culpa res debita pereat etſi neſciat ſe debere nihilominus teneatur. *l. ſi ſervum. 91. §. 2. ſup. de Verb. Obl. l. quidam. §. pen. Ad SC. Treb.* & perinde ut in actione in rem ratio habetur damni culpa dati, ſic etiam habetur in perditione rei debitę ſi culpa non tam in omiſſione quam commiſſione conſiſtat. *d. l. 91. in princ.*

§. Naturalis. 4.

Obſtat huic §. l. ſi unus 27. ſup. de Pact. ubi ſolvi.

§. uſumfructum.

Ad hunc §. vide noſtra ad l. quod ſtipulatus. ſupra h. t. ubi explicatur.

§. Dolo feciſti.

Allegatur in noſtris ſupra ad l. ſi is. 7. De Rei Vind.

§ Si creditor. penult.

OPponi ſolet l. niſi hoc actum. 32. ſup. de pact. Solutionē vide ibidem in noſtris.

Ad

Digitized by Google

Ad l.qui res ſuas.98.§.qui ſtipulatus.

QVi duas ſummas ſtipulatur † inæquales, minoris tantùm creditor 1
eſt,niſi tamen ſibi quis alterutram, alteri vero ſolutionis cauſa alteram tantùm ſtipuletur, quia hoc caſu obligatio alternata non eſt, cum alter tum non aliter quàm procurator conſideratur. *ut hic.*
Planè † ſi mihi ſine adjectione alterius, majorem aut minorem ſum- 2
mam promittas, quia alterutram tantùm promittere cenſeris, minorem ſummam ſolvendo liberaris. *l.inter.83.§.diverſa. de Verb.Obl.*

§. final.

ARea manet † area, etiamſi ei inædificetur, nec obligatio areæ de- 1
bitæ perimitur ædificio impoſito. *ut hic. & l.ſervum filij. 44. §.ſi area.de Leg.1. l.ſi area 39 de Leg.2.* Obſtat l.5.§.fin.ſup.Quib.Mod. 2
Vſusfr.Amitt.l.ſi chorus.79.§.area.de Leg.3. l.fundi.211.de V.Sign.
Sed area manet, reſpectu ſoli, idque in rei veritate. Itaque obtinet hic textus & ll.omnes quibus agitur de area obligata, ut in d.l.44.§.ſi areæ & d.l. ſi areæ: idque ideo quòd area revera in rerum natura exiſtat.
Quoties verò area ſeorſim à toto conſideratur, quoniã ea ex quibus res aliqua conſtat, fictione juris interire cenſentur interitu totius, idcirco impoſitione ędificii area quoq; fictione juris interire cenſetur. Quin & 3
civiliter † area accipitur cum non area ipſa, ſed uſusfructus ejus debetur, quia uſusfructus ipſe quoque in jure conſiſtit, *l.1.§.quædam.ſup.de Rer.Div. §.quædam.Inſt.de Reb.Corp.& Incorp.* Nec obſtat † huic di- 4
ſtinctioni d.l.ſi chorus. §.area. quia ibi ſubintelligimus legatum areæ ædificii impoſitione peremptum ex præſumptâ voluntate teſtatoris.
Qui non intelligitur voluiſſe ut ſumptuoſum ædificium areæ accedat, ſed potiùs voluntatem mutaſſe, *arg.d.l.44.§.ſi area. junc.arg.§ ſi in aliena tabula. Inſt. de rer. div.* Vnde in ædificio minoris pretii contrarium cautum intelligimus, *vide noſtra in l.8.ſup. de Leg.1.*

Ad l.debitorem,alias l.creditorem.alias l.Paulus.99.

VIde quæ nos ſupra ad l.2.de Reb. Cred. n. 5.6.& ſeqq. ubi pluribus explicamus, An & quatenus creditor in alia forma nummos creditos recipere cogatur an minùs.

Ad l.creditor.102.

VIde quæ nos ſupra ad l.70. & l.72. princ. ubi pluribus agimus de pecunia ante diem ſolvenda & mora creditoris.

Ad l.quod dicimus.105.

Vide quæ nos ſupra ad l.cum qui.41. §.quoties de V.Obl.

Ad l. ultimam.

DE mandato † morte finiendo pluribus agimus ſupra, *ad l. inter* 1
cauſas. 26. Mandati. Sed hæc l.obſcuritate † laborat, eò quod 2
eâdem reſponſum videtur,etiamſi mandatum ſit ut ſolvatur poſt mortem, ſolvi tamen poſt mortem non poſſe,quia mandatum morte finiatur, Quod repugnat, l. 12.§.fi. & l.13. cum ſim. ſup.Mand. Sed † 3
omiſſis

omiſſis rixis cæterorum magis verbis poſterioris verſiculi hujus legis ſenſum eſſe corruptum, legendum pro verbis his, *Ei autem cui debitorem meum poſt mortem meam ſolvere, non rectè ſolvitur*, legatur, *Ei autem cui juſſi debitorem meum ſolvere, poſt mortem meam non rectè ſolvitur*, &c. ut ſcilicet ratio ſubjuncta textui conſtet. Idque rectè & eleganter, ut pleraque, Cujacius docuit, vir profectò nunquam ſatis laudandus.

De acceptilatione.

TIT. IV.

An l. an inutilis. 8.

VIde quæ nos ſupra ad l. *1*. §. ſi quis ita. *2*. de Verb. Oblig. ubi explicatur.

§. final.

ACceptilatio hic jurisgentium eſſe perhibetur. Quod tamen cum modo accipiendum eſt, ut puta eatenus obtineat, quatenus perſonæ quæ ratione ſui propriè incapaces juris civilis ſunt, etiam acceptilationem ineunt, *ut hic*. Obſtat enim alias quod dicimus obligationes per eas civiliter tolli, *l. verborum. 107. ſup. de V. Obl.* quod nimirum reſpectu ſolennitatis procedit & ferè perpetuum eſt.

Ad l. ſi ex pluribus. 16.

SI ex duobus reis debendi uni accepto feratur, liberatur etiam alter, quoniam ſcilicet ſolviſſe videtur. *ut hic*. Non mutat l. *2*. §. ſi tamen. ſup. de V. Oblig. quia ibi agitur de duobus heredibus unius debitoris, quorum obligatio ex XII Tabulis ipſo jure diviſa eſt, unde ſi uni accepto feratur id ad partem alterius referri non poteſt. Adde his noſtra ad l. ſi unus. *27*. princ. de Pact.

De ſtipulationibus prætoriis.

TIT. V.

Ad l. prætoriæ. 7.

1 SAtiſdationes † prætoriæ ſolis fidejuſſoribus, non pignoribus fiunt. *ut hic. fac. l. 1. C. de præc.* licet interdum nudis repromiſſionibus fiant, *l. 1. §. ſtipulationum. ſup. eod.* In negotiis tamen & cōtractibus etiam †
2 pignoribus ſatisdari poteſt, *l. promiſſor. 21. §. 1. de Conſt. Pec.* Diverſitatis ratio eſt quia judices pignorum cuſtodia non decet occupari, &

præ-

Digitized by Google

prætoriç cautiones ſtrictores ſunt,cum non,ut conventionales,dependeant à partium conventione. *l. 52. De Verb. Obl.* Adde quæ nos ſupra *ad l. 1. Qui Satiſd. Cog.*

Ad l.Paulus. 8.

Opponi ſolet L. 12. ſup. Qui Satiſd. Cog. Solutionē vide ibidē in noſtris.

Iudicatum Solvi.

TIT. VII.

HIc titulus moribus Galliæ hodie non eſt in uſu, ut nec cautio judicium peragi. *author Imbertus lib. Inſt For. c. 30.*

Ad l. jam tamen. 5. §. quid tamen.

Ad hunc §. vi. noſtra ſupra *in l. qui mutuam. 56. §. fi. Mand.*

Ad l. cum apud penult.

1. *Fidejuſſor qui judicatum ſolvi promiſit, non niſi ad judicatum primæ inſtantiæ tenetur.* & n. 2. 3. 4. & 5.

FIdejuſſor † qui judicatum ſolvi promiſit de eo quod apud Sem- 1
pronium judicem judicatum fuerit, reo abſoluto ſi ab eo judice
appellatum ſit, & contra pronuntiatum à judice provocato, fidejuſſor
non tenetur. *ut hic.* Quid ergo nomine judicis † non expreſſo? Marti-
nus gloſſator vetus fidejuſſorem teneri, *quem & alii ſequuntur, quos vi.
apud Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont. 202. qui eos allegat.* Sed
Bartolus contra, *Bart. hic.* cujus ſententia magis obtinet, *arg. §. ſi
vero. 4. in fi. de Satiſdat. verb. niſi fuerit provocatum.* Accedit quod per-
emptâ inſtantiâ liberantur fidejuſſores *ut not. in l. 2. ſup. h. t.* Denique
id ratio ipſa hujus l. dictat, quæ eſt, quod in cautione judicati à certo
judicio, de alio judicio non ſentiatur, niſi hoc actum ſit. Neque vero
Martini † ſententiam confirmat, quod aliquo caſu inſtantia appellati- 2
onis cum prima eadem cenſetur. *ut l. ita demum C. de Procur.* id enim
verum eſt eatenus, ut procurator ſemel admiſſus nec initio prioris in-
ſtantiæ dilatoria exceptione ſubmotus, poſtea nequeat repelli. Idque
longè diverſum eſt à propoſito quo fidejuſſorem unius judicii ad aliud
dicimus non teneri. Male vero † Gulielmus de Cuneo hanc ſen- 3
tentiam ita temperat, ut ſi is, pro quo fidejuſſor intervenit, condemna-
tus ſit, etiamſi appellaverit, committatur ſtipulatio. Nec mutat † l. 4
proponebatur. de Iudic. ubi idem judicium eſſe dicitur in quo judicum
aliquot ſunt mutati, cum in propoſito diverſum ſit, eò quod judicium
aliud prioris inſtantiæ ſit, aliud appellationis. Quin &, † tametſi inſtan- 5
tia altera quoque quodammodo judicium cum priore idem dici poſ-
ſet, ob cauſæ ejuſdem proſecutionem, id tamen ad fidejuſſionem refer-
ri non poſſet, quia ſtipulationes ſtricti juris ſunt, in quibus nihil actum
cenſetur, quam quod expreſſe cautum eſt, *l. quicquid. 99. de V. Obl. ſup.*
Et ita memini Coloniæ judicatum. Anno 1597.

Digitized by Google

LIBER XLVII.

De Privatis Delictis.

TIT. I.

Ad l. 1. princ.

1. Quatenus actiones pœnales tranſeant in heredes; vel non tranſeant. & n. 2. 3. & 4.

5. Ius Canonicum an hic diverſum.

6. Actiones ex delicto rei perſecutoriæ quatenus in heredes tranſeant.

7. Solvuntur argumenta ſententiæ diverſæ. & num. 8. 9. 10. 11. 12.

1 ACtiones pœnales † non tranſeunt in heredes, quatenus ſcilicet pœnam continent, & rei perſecutoriæ non ſunt, *ut hic. l. ſicuti. 38. l. 44. l. 111. §. 1. inf. de Reg. Iur.* Cum pœnæ ſequantur ſuos authores,
2 *l. ſancimus. C. de Pœn.* Aliud eſt in ſpecie l. 3. §. quod † autem. ſup. Quod Quiſq. Iur. rationem verò ejus rei, vide ibidem in noſtris.
3 Aliud item eſt in † condictione furtiva, idq; odio furum, *ut hic.* Rur-
4 ſus † aliud eſt lite cum defuncto jam ante conteſtatâ, *l. un. C. Ex Del. Def.* Quid de re nos pluribus ſupra agimus, *ad l. 7. §. fi. de Condit. Furt.*
5 Planè Iure Canonico heredes quoq; † ex delictis defunctorum teneri, quatenus id vires hereditatis ferunt Canoniſtis viſū eſt, *in c. ult. de ſepult. c. tua nos de uſur. per eos textus item c. in literis. de rapt. Gomeſ. in Var. reſ. tit. de delict. c. 1 n. 85. Covar 2. Var. Reſol. c. 3. n. 7.* Sed hanc differentiam Panormitanus improbat, *in d. c. ult. quem tamen confutat. Covar. d. lo.* Illud tamen certum eſt Canoniſtarum opinionem in terris impe-
6 rii non ſervari, *Gomeſ. d. lo.* Sed, Num † actiones ex delicto rei perſecutoriæ in heredes dentur in ſolidum, an vero quatenus ad eos pervenerit, quæritur: & quidam DD. communiter, eos non ultra quam pervenerit teneri, quod tamen Cujacius in dubium vocat. Sed ejus argumenta confutamus ſupra *in d. l. 7. §. 1.* Magiſque ſententia communis obtinet. *l. un. C. Ex. Del. Def. fac. l. 5. §. fi. cum duab. ll. ſeq. de Al. Iud. Mut. Cauſ. l. ult. C. Rer. Amot.* Malè proinde Antonius Faber con-

tra

Digitized by Google

tra, *docuit lib. 4. Conject. c. 1. Covarruviam ſecutus in d. c. 2.* Nec ad rem † 7
facit d. l. 7. §. 2. l. 9. de Cond. Furt. quia eę in condictione furtiva ſpeciales ſunt, *ut ib. docuimus.* Quodq; ibi † ſubjungitur, id eo fieri quia con- 8
dictio ea rei perſecutoria ſit, eum modo accipimus, quoniam puta merè rei perſecutoriæ quæ ſunt ferè ex contractibus vel quaſi contractibus ſunt, quippe quæ in ſolidum adverſus hęredes dantur etiamſi nihil
ad eos pervenerit. Minuſq; obſtat §. his autem verbis. Inſt. ad † L. Aq. 9
quia ibi nihil aliud dicitur, quam actionem Legis Aquiliæ non tranſire in heredem, quia pœnalis ſit, quod a quæſtione propoſita omnino diverſum eſt. Quod verò illi pręterea addunt, leges quibus rela- 10
tum eſt actiones non tranſire, agere de actionibus pœnalibus, verum quidem eſt, ſed eo non fit quo minus id de rei quoque perſecutoriis ex delictis dicamus, cum idem de actionibus ex delicto quoque conſtitutum ſit diſertè, *d. l. un. C. ex delicto. Def.* Quod ſi quærat quiſpiam
quamobrem † rei perſecutoriæ actiones ex contractu in ſolidum den- 11
tur, non item ex delicto, reſpondebimus, quia actiones pœnales ex de-
licto præterea dantur, quod in illis non ita eſt. Planè reſponſio Anto- 12
nii Fabri quâ ille † l. ult. C. Rer. Amot. ſubmovere conatur, talis eſt ut nulla egeat ſolutione, adeoque ridicula magis ſit quam digna illo viro.

Ad l. 2.

PLura delicta † concurrentia non faciunt ut ullius impunitas detur. 1
ut hic. Quid ergo ſi plura delicta † ejuſdem generis eodem tem- 2
pore ſint cōmiſſa, ut ſi quis plures injuria affecerit circa idem tempus, an plures pœnę irrogandæ ſint quæritur. Et hoc Bartolo & Alberico viſum eſt. *Dd. iidem hic. ſeq. Clar. q. 84. verſ. ſcias autem.* Verum Angelus & Couarruvias diverſum ſtatuunt *Angel. hic Covar. l. b. 2. Var Reſol. c.*
10. n 8 moventur d. illud §. fi. ad L. Aq. Sed prior † ſententia ita obtinet 3
ſi plura delicta ſint, *ut hic.* poſterior ſi uno impetu iteratione contumelię aut injuriæ alicui nocuerit, aut quempiā occiderit *d. § fin. verb. aliter atque ſi quis uno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit.*

De Furtis.

TIT. II.

Ad l. 1. §. fi.

FVrtum fieri † non intelligitur ſine doloſa contrectatione. ut hic. & 1
§. 1. Inſt. de Obl, Ex Del. Cui non obſtat l. *6.* inf. eodem, ex qua colligi videbatur furtum quandoque non fieri contrectando, eo quod ibidem dicitur id ſæpe fieri contrectando: ſed vox ſæpe ibi refertur ad vocem contrectando, quod ſcilicet furtum unum idemque quandoque fiat ſæpe contrectando, cum puta eadem movetur loco, & rurſus cum

Digitized by Google

certo loco reponitur quo eam fur deſtinavit reſervare; item quoties
2 alias res furtiva uſurpatur. Quod verò † hic amplius dicitur furtum jure naturæ prohiberi, videamus quatenus verum ſit, cum & Lacedæmoniis id quandoque impune fuerit. Quando enim id ita eſt, probabile videtur jure naturæ, quippe quod populis omnibus commune eſt, id non prohiberi. Sed reſpondetur ex unius aut alterius gentis moribus jus commune non cenſeri mutatum, cum gentium ſeu naturæ jus ſit quod ferè omnibus populis commune ſit, etiamſi uni atque alteri populo id mutatum in republ. ſua ſit.

Ad l. itaque. 12. §. 1. & ult.

1 FUrti actio † nec furi nec ulli malæ fidei poſſeſſori competit, *ut hic.* Non mutat l. qui vas. *48. §.* ſi ego. inf. eod. quia ibi fullo bono initio incepit rem detinere, quem caſum excipimus à præſenti lege. *Azo in*
2 *ſum. C. eod.* Unde fit † ut creditor qui ſciens rem alienam detinet, furti etiam adverſus ipſum dominum agat, *ut hic in §. fi.* Parumq; ad rem
3 † facit l. *1.* §. qui à me vi, de Vi & Vi Arm. ubi & ipſi violento poſſeſſori poſſeſſione dejecto datur interdictum unde vi: id enim eò quia interdicta poſſeſſionis cauſa ſunt quæ plurimum in facto conſiſtit; actio vero furti pro pœna furti, quæ ſcilicet ex ſolâ juris definitione dependet.

Ad l eum qui. 14.

1 *§. 1.* EMptor † qui ſoluto pretio rem emptam ſubtraxit, non tenetur furti. *ut hic.* At obſtat quòd nemini ſibi ipſi jus dicere licet, *l. exſtat Quod Met. cauſ. l. 1. C. Nem. Sibi Ipſi Ius Dicere Poſſe.* Sed hoc ideo in præſenti quia venditor rem neglexerat, cum ſcilicet cuſtodiam ejus ſuſcepiſſet, ut prudenter & bonâ ratione eam arripuerit emptor. Eò quod, ſi quid hic culpæ ſit, hoc ipſum venditoris ſit, *arg. l. magna*
2 *negligentia. de Verb. Sig.* Quod tamen † alias liquido debetur ſubtrahere creditor licitè nequit, *arg. l. non eſt ſingulis. de Reg. Iur. l. nullus. C.*
3 *de Iudic.* Non mutat † quod creditorem profugum apprehendere propria authoritate licet, *l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem. ſup. Quæ In Fr. Cred. convenit. l. generali. 54. C. de Decur. lib. 10.* quia ea ita obtinent, ſi præſens periculum debiti perdendi immineat, cum & una copia nequeat haberi magiſtratus.

Ad l. cum æs. 20.

Vide noſtra ad l. *37.* de Uſucap. ſup.

Ad l. 36.

Vide noſtra infra ad l. *52. §. 19.* eod.

Ad l. falſus. 43. §. penult.

SI quis navis levandæ cauſa res ſuas in mare projecit, quas alius occupavit, ſi hoc animo ejectæ ſint ut poſtea non recipiantur, in iis quaſi pro derelicto habitis non committitur furtum ſed occupans eas ſuas facit. Furtum tamen committetur ſi hoc animo ejectæ ſint ut recipiantur, & lucri cauſa, non etiam ut domino reſtituantur, ab alio occupen-

Digitized by Google

cupentur. *ut hic*. Quod vero hoc loco ampliùs dicitur plerumque credi animo non recipiendi res ejici, cum ejiciens exiſtimet perituras, ei obſtat l. 2. §. fi. ad L. Rhod. de Iactu l. 8. eod. & §. fi. Inſt. de Rer. Div. Et verum eſt, quod iis docetur, id regulariter non præſumi. Nec obſtat hic textus, quoniam is ita obtinet, cum id quod ejectum eſt qui ejecit ſciverit periturum. Neque enim id perpetuum eſt, ut meritò in dubio præſumatur contrarium.

Ad l. qui vas. 48.

VIde noſtra ad l. exſtat. ſup. Quod Met. Cauſ. ubi & hæc allegatur in noſtris.

§. Ancilla] Ad hunc §. vide noſtra ad l. 1. §. lana. de Vſucap,

Ad l. ſi quis uxori. 52. §. An autem.

PAter † filio ob rem ex caſtrenſi peculio ſurreptam tenetur furti, *ut hic*. At obſtat quod actio famoſa † filio in patrem non eſt, l. non debet. 11. §. 1. de Dolo ſup. l. 5. §. 1. de Obſeq. Et quidem verum eſt filio in patrem furti actionem dari, non tamen famoſam, ſed in factum verbis civilibus temperatam ut bonæ fidei mentio fiat. 1

§. Neque. 19.] Cujus ope vel conſilio † furtum factum eſt & ipſe furti tenetur, *ut hic. l. ſæpe. 53. de V. Sign. l. qui ſervo. 36. ſup. eod.* Non mutat † §. interdum. 2. Inſt. de Furt. quia is intelligitur ſi furtum non ſequatur. At obſtat quod rei turpis mandatum nullum ſit, ergo multò magis conſilium habens effectum, ſed quod mandatum rei turpis nullum dicimus, verum eſt inter mandantem & mandatarium, ut ſcilicet inter eos obligatio non oriatur, non etiam aliàs. 2

Ad l. ſi ſervus. 61. §. quod verò.

OBſtat huic §. l. inter cauſas. 26. §. ſed cum ſervus. ſupra Mandati. ubi ſolvi.

Ad l. ſi is. 66.

Vide noſtra ad l. 4. ſup. de Pign. Act.

Ad l. non poterit. 63.

MAgiſtratus ſententiâ ſuâ efficere nequit ne condemnatum infamia ſequatur, *ut hic*. Hoc ita niſi condemnato gravior quam pro qualitate delicti pœna infligatur, id enim ſi fiat diverſum eſt. *l. quid ergo. §. pen. ſup. de His Qui Not. Inf. l. ſi furti. 1. C. eod.*

Ad l. ob pecuniam. 81.

OB pecuniam civitati ſubtractam non peculatus, ſed furti actio eſt, *ut hic*. Hoc de civitatibus ceteris præter Romanam accipiendum eſt, cum ſcilicet de ipſa civitate Romana diverſum cautum ſit Lege Iulia Peculatus. *l. 4. §. fi. inf. Ad L. Iul. Pecul.* Conſtitutionibus tamen principum id quoque ad civitates ceteras relatum eſt.

Digitized by Google

De Tigno Injuncto.

Tit. III.

Ad l. 1. & 2.

1 Lex XII. Tabularum † tignum furtivum ædibus vel vineis junctum neque ſolvere permittit, neque vindicare. *ut hic.* Sed neque ad exhibendum agi in eum poteſt, niſi ſciens tignum alienum ædibus jun-
2 gat. *l. in rem. 23. §. tignum. de Rei Vind.* Ad exhibendum igitur & rei vindicatione † adverſus malâ fide jungentem agitur, ſed extrinſecus ut ait Vlpianus *hic in l. 2.* id verò eſt ne res eximatur, ſed pretium ejus de-
3 tur. *l. qui res. 98. in fi. ſup. de Solut.* Aliud eſt in † eo qui bona fide tignum ædibus ſuis junxit, quia is tantum ad duplum tenetur ſi tignum furtivum injunxerit, non etiam ad actiones ceteras, *§. cum in ſuo. Inſt. de Rer. Div.* Idque ex d. Leg. XII. Tab. profectum eſt; cum conſcientiam rei alienæ habens & ipſe dupli & actione in rem & ad exhibendi
4 teneatur. Non mutat quod dicimus, † bonam fidem non pati duplum præſtari à bonæ fidei poſſeſſore, *l. bona fides. de Reg. Iur.* id enim eò, quia dominus adverſus voluntatem ſuam carere rei ſuæ dominio cogitur. Proinde ignorans rem furtivam injungens dupli tenetur, ſi furtiva non ſit, ignorans rem alienam ne quidem ad duplum tenetur, ſed actione in factum ad id quod intereſt ſimpliciter. *d. l. in rem. §. item quæcunque. d. l. 98. in fi.*

SI IS QVI TESTAMENTO LIBER eſſe juſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem, ſurripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur.

Tit. IV.

Ad l. 1. §. quid tamen. 3.

1 SI quis † ſub conditione acceperit libertatem, qui ſtatuliber eſt, nondum liber eſt, *l. 1. de ſtatulib.* eoque ut ſervus poteſt coerceri, *tex. hic.* Ratio dubitandi eſt, quòd Iure Romano aliter liberi, aliter ſervi puniantur, *l. pen. ſup. Si Ex Nox. Cauſa Ag. l. aut facta. de pœn.* Sed ob-
2 ſtat legi noſtræ † l. ſtatuliber. 14. & l. mortis. 9. §. fi. de pœn. Verum notandum eſt, ſpecies horum reſponſorum inter ſe diſcrepare. Cùm ſcilicet

licet in oppoſitis ll. deliquerit ſtatuliber, in hac verò ſervus jacenti hereditati quid ſurripuerit, neque enim, etiamſi ei libertas relicta eſſet pure, ante aditam hereditatem conſequeretur libertatem, *l. un. §. libertatibus. C. de Caduc. Toll.* multò igitur minus in caſu præſenti. *l. 2. §. 1. de ſtatulib. Adde Pacium Cent. 7. Enant. c. 56.*

Vi bonorum raptorum & de turba.

Tit. VIII.

Ad l. 1.

Raptor & † actione vi bonorum raptorum tenetur, & furti nec manifeſti, ita ut ſi prius quadruplum exegerit actione vi bonorum raptorum, furti agere nequeat; ſi priùs furti, actione vi bonorum raptorum dein nihil amplius conſequatur quàm quod furti actione non eſt conſecutus. *ut hic. l. ſi quis ex domo.* (*alias §. fin. in l. ſi quis uxori 52.*) *de Furt.* Sed & tenetur furti manifeſti † quo caſu raptor fuerit deprehenſus in ipſo delicto, *l. ſi vendidero. 80. §. cum raptor. de Furt. Adde Cujac. lib. 6. Obſ. c. 2.* Planè ſi furti manifeſti actum ſit, vi bonorum raptorum actionem omnino ceſſare ratio ipſa dictat, *arg. hujus tex.* 1 2

Ad l. 2. §. fi.

Qvod hic dicitur, prętorem non dare actionem vi bonorum raptorum in heredem quatenus ad eum pervenit, ei obſtat l. un. C. ex Del. Def. Sed reſpondendum, quod ibi de vi dicitur id de actione Quod Metus Cauſa & ſimilibus accipiendum, cum regulariter etiam in heredes actio ex delicto detur quatenus ex eo locupletiores ſunt.

De Injuriis & Famoſis Libellis.

Tit. IX.

Ad l. ſi cum ſervo. 4.

1 Qvi ſervum † ſuum percutere volens Titium percuſſit, injuriarum non tenetur. *ut hic.* Vide quæſitum eſt utrum qui Titium occidere volens occiderit Sempronium † teneatur Lege Cornelia de Sicariis. Et teneri eum magis dicimus, *arg. l. eum qui. §. ſi injuria. inf. eod.* Accedit quod eadem lege tenetur qui tantùm cum telo ambulaverit hominis occidendi cauſâ. Item quod in maleficiis voluntas non exitus ſpectatur, *l. Divus Hadrianus. ad L. Corn. de Sicar.* Quando igitur hic & 2

propo-

ſitum cedis committendæ habuit, eamque re ipſâ perpetravit, teneri cũ multo magis dicimus. Idq; Bartolo & Baldo, viſum eſt, *Bart. ad l. reſpiciendum. §. delinquunt. de Pœn. Bal. ad l. ſi quis non dicam rapere. col. pen. C. de Epiſc. & Cler. Dn. Ever. Bronchorſt Cent. 4. Enam. c. 85. Corraſ. 4. Miſcel. c. 11.* Malè proinde Angelus *ad hanc l. & poſt eum Iaſ. in l. 1. n. 18. item Tiraq. de Pœn. Legum Temp. cap. 14. n. 4.* contrarium ſenſit.

3 Nec mutat hic textus, † per quem illi potiſſimum diſſenſere, quia in ſpecie ejus percuſſor ideo injuriarum non tenetur, quia propoſitum committendæ injuriæ non habuit, ſed tantum percutiendi ſervi ſui.

Ad l. Lex Cornelia. 5.

1 AGitur hic de † actione injuriarum ex L. Cornelia, quę potiſſimum datur ob injuriam violẽtia ac facto magis quam dicto aut ſcripto

2 alteri illatã, *ut hic.* De hac actione † quæritur, utrũ perpetua ſit an verò

3 ut ceterę actiones injuriarũ finiatur anno. Quod magis † eſt, idq; ob generalem definitionem l. ſi non convitii. C. de Injur. ubi hoc de actione injuriarum ſimpliciter & in genere definitur. Non mutat quod actio-

4 nes ex † Legibus deſcendentes perpetuæ ſunt, *ut in Inſtit. de Perp. Et Temp. Act.* id enem quidem regulare eſt, ſed excipitur actio injuriarum ob odium ſui, quippe quæ & ob eandem cauſam ſolâ diſſimulatione aboletur. *l. 11. §. 1. inf. eod.* Atq; id Azo probat, *in Sum. tit. de Injur.*

5 *Anto. Gom in Var. Reſol. tit. de Injur. c. 6. n. 15.* Vetus tamen † gloſſator Martinus † contra ſenſit, cujus ſententiam plerique probant, *vi. Clar. in §. injuria. verſ. tollitur autem Rol. a Valle. conſ. 39 n. 15. lim. 2.* Movetur d. loco Inſtitutionum, Sed is ſententiæ noſtræ non adverſatur, & uti dictum, regulam conſtituit, à qua actio injuriarum excipitur. Martini tamen ſententiam Camera Imperialis ſequitur. *Minſ. Cent. 1. Obſ. 84. & Cent. 5 Obſ. 8.* idque etiam in injuria libellis ſeu ſcripto commiſſa, quia eadem non tam facilè perit. *Dn. Gail lib. 2. Obſ c. 104.*

Ad l. non ſolum 11. §. 1.

INjuriarum actio tollitur diſſimulatione *ut hic. & § ſi Inſt. eod.* Sed hoc in actione hac ſingulare eſt, nec ad ceteras referri poteſt, *ut in l. Pomponius. 9. de Neg. Geſt.*

Ad l. injuriarum 13.

1 *§. 1.*] QVæſitum hic eſt, utrum judex injuriarum teneatur, ſi aliquem injuſtè in carcerem conjiciat? dubium movet hic tex. & l. quod reipublicæ. 33. inf. eod. Contrarium tamen magis obtinet, *arg. l. fallaciter. C. de Abolit.* modo eum non excuſet juſta cauſa, ut de animo injuriæ inferendæ conſtet, *l. nec magiſtratibus. 32. inf. eod.* Non

2 obſtant † allegatæ ll. quæ dubium movent, quia eæ ità accipiuntur, ſi apprehenſio rite & ſecundum bonos mores fiat.

Ad l. ſanè. 14.

INterdicta ad privatas cauſas, non ad publicas accomodata ſunt, *ut hic.* Quod de iis interdictis accipiendum eſt quæ ad cauſas privatas pertinent,

Digitized by Google

tinent, ut interdicto uti poſſidetis cujus mentio hic fit, & ſimilibus. Cum & nonnulla interdicta ad cauſas publicas ſingulatim accommodata ſint, *l.1.princ.l.2.§.1. De Interdict.*

Ad l. ſed ſi unius.17. §. filiofamil. & §. planè.

PAter ‡ injuriã filio illatam hoc invito remittere num poſſit, quæri- 1
tur, quod quidem probabile videtur, *arg. hujus l. §. plane* Sed hoc ad
Actionem Injuriarum Prætoriam referendum eſt. Non obſtat igitur l.
5.§.illud. ‡ ſup.eod. quatenus enim ea contrarium perhibet de Actione 2
L. Corneliæ accipienda eſt. Quo ſenſu ‡ & accipienda eſt l.8.ſup de 3
Obl. & Act. Atque id ita ſimpliciùs explicare contenti ſumus quàm
recenſione longiore diſputantium hac de re, paginas implere. *vi Clar. q.58.verſ.quæro numquid pater. Pinell. ad l.1.n.105.C de Bo.Mat.in 3. p.Fach.lib.9.c.42.poſt alios ib.allegatos.*

Ad l. eum qui.18.

VEritas convitii † ejicientem à condemnatione reddit immunem. *ut* 1
hic. Sed hoc ‡ DD. ita temperant, ſi interſit publicè contume- 2
liam detegi, ut ſi proditio, cedes, vis & ſimilia alicui objiciantur & pro-
bentur. Quod ſi eam detegi non referat, contrarium dicimus *arg.l.3.§.*
fi.C.de Off.Rect.Prov.verſ.fin.junc.arg.l.quod reipublicæ.33.inf.eod. At-
que hac ‡ de re tametſi quandoque varię Doctorum opiniones fuerint, 8
vide apud Boer. conſil. 4. hæc tamen tandem obtinuit, & judicatis Ca-
meræ probatur, *D.Gail.lib.2.Obſ.99.Corraſ.6.Miſc c.pen.Rob.2.Sent.*
cap.7. Verum Couarruvias contra, *lib.1 Var.Reſol.c.11.n.6.* quaſi id
nõ aliter excuſet quàm ſi ceſſet animus injuriandi, *per l.ſi non convitij C.*
eod. cum ſim. magis tamen eſt eam legem & ſimiles, temperandas ex
lege præſenti eſſe; id eſt ità obtinere, niſi publicè interſit delicta mani-
feſtari, *ut hic.* Objicitur denuo, ‡ quod (in d.l. ſi non convitii) di- 4
citur homicidii convitium objectum anno præſcribi. unde colligitur,
ſi intra annum agatur, hoc nomine actionẽ eſſe, homicidium verò de-
lictum tale eſt quod revelari reipublicæ interſit Sed hoc eo caſu ob-
tinet quo delictum objicitur non perpetratum, tum enim injuria fit in
omnem ěventum. Famoſum ‡ quoque libellum non niſi ſub pœna ca- 5
pitali, ſi crimen objectum tale eſt ut id mereretur, ſpargere licet, quaſi
ipſe ità deliquiſſet. *l.un.C.de Fam.Lib.* Num verò id quoque obtineat
quo caſu delictum objectum verum eſt, videamus; & hoc Accurſio, &
Couarruviæ videtur, *gl.hic.Couar.lib.1.Var.Reſol.c.11.ante n.7.* Petri
tamen ‡ & Cyni ſententia benignior eſt, *arg hujus l.Pet.& Cyn.allegati* 6
in d.l un. Ang.in l.Lex Cornel.§.ſi ſup.h.t. Non obſtat † d.l.un. per quam 7
Accurſius & alii diverſum perhibent, quia ea non definit eum qui delictum verum alicui objicit, puniendum. Idque eò magis quod d.l.un. deſumpta eſt ex C.Theodoſ. (*vid.l.7 & 9 eod.t.C Theod.*) ubi ei additur, *Ne ſupplicio etiam ſi aliquid oſtenderit ſubtrahatur.* Quod in C. Juſtinianæo omiſſum eſt & quidẽ, ſi in dubio conjecturá uti licet, ne eadẽ huic legi adverſaretur. Idq; & alii ante notarunt. Plane ſi mutuis in-

Digitized by Google

8 ter ſe† conviciis certarint aliqui, ut ſi delictū aliquod infame objicienti dicatur, tu mentiris, verius eſt compenſationem delictorum fieri. *l. viro. Sol. Matr. ſup. & l. ſi ambo. C. de Compenſ. Idque Bartolo & Caſtrenſi probatum eſt, in l. quæ omnia. §. 1. C. de Prob. Iaſon. in l. ut vim. ſup. de Iuſt. & Iure. Capyc. deciſ. 58. n. 2. D. Gail. lib. 2. Obſ. 100.* Contra quam Iulius
9 Clarus communiter † receptum perhibet. *in §. quæro etiam. verſ. injuria.*
10 *& Villalobos in lib. com. op.* Nec † obſtat quod authores iſtius ſententiæ perhibent, hic pręter amotionē injurię & injuriam inſuper cōmiſſam: quia hoc dici nequit, cum id quod jure fit excuſatum ſit, *facit, arg. l. quæ omnia. §. 1. ſup. de Procur. l. 14. §. ſi libertus. de Bo. Libert. l. devotum. C. de Metat. & Epiden.*

Ad §. ſi putes.

VIde noſtra ſup. ad l. 4. eod. ubi tractamus an & quatenus qui hunc occidere volens alium occiderit, teneatur.

De extraordinariis criminibus.

TIT. XI.

Ad l. Divus. 4.

1 POEna abacti † partus ex conſtitutione Divi Severi & Antonini temporale exilium eſt. *ut hic. & l. ſi mulierum. Ad L. Corn. de Sicar. l. Cicero. inf. de Pœn.* Quod tamen DD. ita temperant, niſi partus jam ſit animatus, *per c. Moyſes. 32. q. 2. c. ſicut. ex. de homicid. gl. Bart. & alii.*
2 *hic. Clar. q. 68. poſt princ. vi Cujac. 19. Obſ. 9.* rectè † verò ex ſenten-
3 tia Iuris Canonici, *c. conſuluiſti. 2. q. 5.* Iure tamen civili diſtinctio verior † eſt, ut exilio plectatur mulier, niſi pecuniâ corrupta partum abegiſſet.

De Sepulchro violato.

TIT. XII.

Ad l. 3. §. Divus.

Vide noſtra in l. omnes populi. n. 2. ſup. de Iuſt. & Iure.

Stellionatus, TIT. XX.

Ad l. 2.

OBſtat huic legi l. 13. ſup. de His Qui Not. Inf. Solut. vi. ibidem, & præcipuè in l. 1. n. 9. eod. tit. Adde D. Lyclema lib. 1. Memb. c. 21.

LIB,

Digitized by Google

LIBER XLVIII

De publicis Iudiciis.

TIT. I.

Ad l.2.

EXilium hic pro aquæ & ignis interdictione, ſubintellige, vel deportatione; more ſcilicet aliorum Latinorum ſcriptorum. *ut hic.* Cum tamen juris authoribus ſubinde pro relegatione accipiatur, ut paſſim. Relegatio etiam interdum pœna capitis dicitur, *ut in l.12.§. idemq́. inf. tit.*51. Quod ſcilicet de capite civis Romani graviori pœna decernere permiſſum non fuerit; niſi ex ſingulari rogatione.

Ad l.publica.3.

Permittitur pro remittitur, ut & alibi apud juris authores.

Ad l.Interdum.4.

IVdicio rei privatæ cauſa ſæpe præjudicium judicio publico fit. *ut hic in exemplis.& ſimilib. Adde tit. C. Quan. Civ. Actio Crim. Præjud.*

Ad l.pen.§.1.

VIde noſtra ad l.ſervum.§.publice de Procur. ubi pluribus tradimus, de arg.§.hujus.

De Accuſationibus & inſcriptionibus.

TIT. II.

Ad l.1.

ORdo ‡ publicorum judiciorum ſolennior jam olim in uſu eſſe deſiit. *l. ordo. ſup. tit. prox.* ſed moribus hodiernis omnino ſublatus eſt. Neque ab accuſatione ‡ ſolùm hodie judicia publica initium habent, ſed & ab inquiſitione, quæ fieri ſolet ex fama probabili & indiciis apparentibus conſtanti. *vide Menoch.lib.1.præſump.88.* Quando ‡ verò ea talis ſit id ferè arbitrio judicantis relinqui ſolet. *idq́ & Farrinacius annotat.tit.de inquiſ.q.1.poſt.n.45.* Planè quod attinet ‡ ad caput,inquiſitionis.21. de accuſ. & inquiſ. quo hac de re certa pœna de-

1
2
3
4

ſcribi tentata eſt, id hodie non eſt in uſu. Vtroq; verò caſu hodie etiam plerumque advocatus fiſci conſtitutus eſt ad proceſſum publico nomine proſequendum.

Ad l. libellorum. 3. princ.

1 DEſcribitur hic forma & conceptio inſcriptionis in accuſationi-
2 bus publicorum judiciorum receptæ. Quod † vero de deſignatione loci & temporis hic additur, num in accuſatione aut inquiſitione falſi procedat quæſitum eſt. Accurſius non putat, *gl. princ. Inſt. de Publ. Iud. verb. & in inſtituendo.* quem & Menochius ſequitur, *lib. 1. conſ. 106. n. 88. poſt Bal. in c. 1. n. 20. quib. mo. feu. amit.* Moventur quia falſum ferè clanculum & maximè ſecreto fiat, ſummamque idcirco indaginem requirat, ut de loco ac tempore jam antè raro conſtare poſſit. *arg. l. ubi. C. ad l. Corn. de Falſ.* Contrarium tamen magis obtinet, *ut rectè Fachineus*
3 *tradidit, poſt Ægid. Boſſium.* Non † obſtat argumentum qualecunque oppoſitum: quia hypotheſis ea nuſquam excipitur à theſi hujus legis. Maximè cùm & adulterium, de quo hic exempli cauſâ traditur, perinde ſecreto committi ſolet.

Ad l. 12. §. idemque.

QVod hic dicitur ſervum relegari non poſſe, id ita accipiendũ eſt, ſi deliquerit domino ignorante, vel ita ut dominus id inhibere nequeat. Nam ſi quid aſſentiente domino factum ſit qui id prohibere potuerit, diverſum dicimus. Obſtat enim alias l. 2. ſup. Qui Et A. Quib. Man. lib. & l. 2. C. de Sep. Viol. Diverſitatis rationem conſtituit, quod relegatio ſervi, domino quam ſervo ipſi magis obſit, ut merito ea ceſſet, niſi & dominus ipſe culpari poſſit.

Ad l. ex judiciorum. 20.

1 POEnæ delictorum † ex judiciis publicis non tranſeunt in heredes, præterquam ex L. Iulia Majeſtatis & Repetundarum. *ut hic.* Non ta-
2 men ex crimine læſæ majeſtatis † bona confiſcantur ipſo jure, ut rectè Bartolus docuit, *arg. l. quæſitum. 15. ſup. Qui Et A Quib. Manum. Lib. non Fiant. Bart. in l. imperator. inf. de Iu Fiſci.* quem plerique ſequuntur. Contra quàm Dinus ſenſit *in d. l. imperator. Boer. deciſ. 277 n. 12.* Nec firmat ſententiam eorum hic textus aut l. ult. C. Ad L. Iul. Maj. quia eæ nihil aliud perhibent, quam crimen iſtud committentibus protinus ab ipſo delicto commiſſo interdictam bonorum ſuorum alienationem eſſe (quod & alias diverſas ob cauſas domino prohibitum eſſe poteſt, *vi. tit. Inſt. Quib. Alie. non Lic.*) ut interim dominium demum poſt condemnationem obveniat fiſco.

Ad l. ult.

VBi quis deliquit ibi punitur, *ut hic. l. 1. & auth. qua in provincia. & ibi ſcribentes. C. ubi de Crim. Ag.*

De

De Cuſtodia & exhibitione reorum.

TIT. III.

Ad l. 1.

HÆc lex probat † ſententiam eorum qui ſuſtinent, judicem de cri- 1
minibus ſibi ſuſpectum non poſſe in carceres conjicere ſine præ-
viis indiciis & ſummariâ cauſæ cognitione. *Clar. quæſt. 28. verſ. ſcias
autem. Rol à valle, lib. 3. conſil. 17. in princ.* Malè proinde Baldus † in di- 2
verſum inclinat in l. 2. C. Qui Cautiones. Non mutat † l. conſentaneum. 3
C. Quom. Et Quan. Iud. quia ea à propoſito aliena eſt, cum de carcere
non agat, ſed de reo exhibendo tamquam perjuro & ſui ipſius quaſi
accuſatore ob fugam. Minuſque ad rem † facit c. ſi clericus. de ſent. 4
excom. quia nec ibi negatur cognitionem cauſæ & inditia ad hanc rem
requiri. Ac tametſi conſuetudo communior Baldi ſententiam appro-
bat, ut quidem Caſtrenſis perhibet, *lib. 2. conſil. 327. n. 1.* ea tamen ratio-
ni parum conveniens eſt. *Adde Dn. Iac. Bourſcium amicum noſtrum in
captivo ſeu tractatu de captivis, paſſim.* Alioquin enim liceat magiſtratui
impune cuique injuriam facere, contra ſcilicet quam jure proditum
eſt, *l. 32. ſup. de Injur. vide noſtra in l. 13. §. 1. ibidem.* Quę † vero indicia ad 5
apprehenſionem & carcerem ob crimen ſufficiant, multis tractata
quæſtio eſt, quod nonnulli ad hanc rem famam requirant, nonnulli in-
dicia leviora, nonnulli ſuſpicionem probabilem. *DD. hic.* prope tamen
eſt hac in re pro arbitrio judicis ſtatuendum, idque pro re natâ & facti
ac circumſtantiarum varietate *arg. hujus l.*

Ad l. 2.

§. QVi exhibendi.] Allegatur † Angelus hic (licet vix loco ſuo) ad 1
hoc, Quod fidejuſſor obligatus reum ſiſtere quoties fuerit re-
quiſitus, etiam teneatur poſteaquam in carcerem reus fuerit conjectus.
Ang. hic. n. 6. Luc. de Pen. ad l. ſi quis decurio. n. 12. C. de Decur. lib. 10. Sed
hoc alii improbant, quaſi † reo in carcerem conjecto intelligatur à cau- 2
tione priore receſſum. *Cagnol. ad l. quod te. n. 24. Si Cert. Pet. Hieron. Ga-
brielius. conſil. 181. n. 15.* Et hæc ſententia quia reo favet & ſolutioni,
benignior eſt & judicatis diverſis probata. *Afflict. deciſ. 130.*

Ad l. 3.

AD finem † hujus l. quæritur, Num carcer ſit pœna, quod regulari- 1
ter non ita eſt, *l. aut damnum. 8. §. ſolent. inf. de Pœn.* uſus tamen † 2
carceris ut neceſſarius eſt, ita & merito admiſſus. *l. SC. 38 de Injur. l. 1.
in fi. de Aleat. ſup.* (ubi ſcilic. latumiæ pro cuſtodia parietibus concluſa
dicuntur, *ut & in l. 9. ſup. Ex Quib. Cauſ. Maior.*) ut ſc. rei cuſtodiantur.

Digitized by Google

3 Reſpectu † tamen contumeliæ carcer quandoque pœnę nomine venit. *ut hic.* & *l.2.C.eod.* Nemo † tamen damnari ad carceres perpetuos po-
4 teſt, *l.mandatis.35.inf.de Pœn.*

Ad L. Iuliam Majeſt.

TIT. IV.

Ad l.1.§.1.

1 QVod hic dicitur †, etiam eos qui magiſtratus occidunt, eorumve quorum ope auxilio, dolo malo conſilium ejus rei cauſa initum ſit, crimine læſæ majeſtatis teneri, quęſtionem movit, An non etiam qui Principes minores lædunt, hac lege teneantur: quod magis eſt, ſi eos occiderint vel occidendi cauſa conſilium ceperint, *ut hic,* & *l.quiſquis. C. Ad L.Jul. Majeſt.* non etiam ſi eos ſimpliciter lædant. Nec ad rem
2 facit †, quod eandem poteſtatem in territorio ſuo habere dicuntur, quantam Imperator in imperio, *Bart.* & *DD.in l.infamem ſup. de Publ. Iudic.* quia id verum eſt reſpectu imperii & publicæ poteſtatis (quæ tamen omnis vicaria eſt, unde nec ob læſionem eorum aliter hoc crimen committitur, quam ſi interfecti ſint, vel conſilium ejus rei cauſa adverſus eos ſuſceptum, *ut hic.*) non etiam reſpectu dignitatis ac majeſtatis propriè acceptæ.

Ad l.cujuſque,4.§.item qui confeſſum.

1 REum † in jure confeſſum, & ob hoc in vincula conjectum qui emiſerit majeſtatis teneri, quod hic relatum eſt: cum modo accipi oportet, ut ſc. vocem. *in judicio,* ita interpretemur, ac ſi dicatur *in hoc judicio,* puta majeſtatis *ut* & *in l ult.C.de Malef. Et Math.* Vnde DD. †
2 communiter autumant eximentem è carcere reum eâdem pœna teneri qua tenetur exemptus. *vi.Bart.in l.ſed* & *ſi eximendi.§.item ſi quis.ſup. Ne Quis Eum Qui In Ius Voc. Eſt Vi Exim. Menoch. de Arbitr.Iud. caſu.301 n.16.* Confirmant ſententiam eorum & dd ll. & argumentum l.ad commentarienſem. C. de Cuſtod. Reor. Farinacius tamen in diverſum inclinat, poſt Ioan. Fabrum *Farin in tr.de Carcerib* & *Carcerat. q.30.n 93.Ioan.Fabr.in §.pœnales.n.7.Inſt. de Act.* ſed nulla ſufficienti ratione. Neque vero abſurdi quippiam hac in re eſt, cum liberans reum in vinculis publicis exiſtentem committat quo minus ſupplicio affici in exemplum poſſit reus; & inſuper violet publicam poteſtatem.
3 Planè quod hic de emiſſione carceris † dicitur, idem & ad eos pertinet qui delinquentes vel receptant, vel occultant *l.1.C.de His Qui Latron.* Sed ſi quis raptorem eximat † pœna decem librarum plectitur. *Novel.*
4 *ut Omnes Ob.Ind.Prov.c.ult.*

Ad L.

Digitized by Google

Ad L.Iuliam de adulter.

TIT. V.

Ad rubricam.

POEna adulterii ex Conſtitutione Conſtantini capitalis eſt. *l.quamvis.30.§.ſacrilegos.C.eod.* Niſi quod commiſſum in innuptam ferè mitius puniatur, idque moribus obtinet.

Ad l.2.§.ſi publico.

MAritus ‡ uxorem publico judicio adulterii accuſans exceptione 1
lenocinii repelli nequit.*ut hic.* Sed an† non exceptio hæc aliis de- 2
tur adulterij accuſatis, videam*: non videtur, *ut in §.extraneus.inf.in hac ead.l.* Obſtat l.quoniam.*26.*& *l.28.C.*eod. verum eæ obtinent ut exceptio lenocinii extraneo objici poſſit uti declinatoria, at d.§.extraneus procedit poſteaquam extraneus factus reus eſt. *ut ibi in tex.*

§.unde quæri.] HOc loco quoq;† notatur magiſtratus ſine ſolen- 1
ni accuſatione in delinquentes inquirere motu ſuo poſſe. *convenit l.congruit. ſup. de Off.Præſ.& Novel. 128.§.jube-*
mus.l.ea quidem.C. de Accuſ.& aliæ plures. Idque etiamnum † moribus 2
plurimorum locorum obtinet. Non mutat l.reſcripto.§.ſi quis.inf.de Mun. Et Hon.quia ibi non tractatur utrum inquiri in delinqventes debeat, an minus, ſed ſimplicius docetur eum adverſus quem accuſator non exiſtit, honoribus non prohibendum. Minuſque ad rem facit dictum Chriſti Domini, quo dimittit mulierem ad ipſum delatam, quod non haberet accuſatorem: in propoſito enim argumenta & denunciationes famæ loco accuſationis ſunt.

§.Extraneus] Ad hunc §.vide noſtra ſupra *in hac l.§.ſi publico.*

Ad l miles.11.§.quærebatur.7.

VIde quæ nos infra ad l.ſi uxor.*13.* §.Divi.eod.ubi plene tradimus an & quatenus in ſponſam, adulterium committatur,

Ad l ſi uxor.13.§.ſed & in ea.2.

IN eam quæ ‡ ſe vulgo proſtituit adulterii accuſationem vir jure ma- 1
riti habet.*ut hic.* Quod ita accipe, ſi ante matrimonium initum ſe pro-
ſtituerit. Obſtat n. † alias l.ſi ea quæ.*22.*& fac.l.quæ adulterium.*29.* C. 2
eod.quę adulterium in vulgo proſtitutis vindicari non ſinunt. Rectè n. Græci hanc legē quoq; de muliere nupta accepere, contra quá nonnulli hodie putant; cum non ſit alia dubitandi ratio in his legibus quam hæc quod vulgo proſtitutæ de quibus in ijs agitur, nuptę fuerint. Nihil enim certius eſt, quam innuptam vulgo proſtitutam adulterium non committere *ut hic.*

§.Divi

1 §.Divi.*3*.] ADulterium † etiam ſponſa committit, idemque in ea vindicatur, quod ne ſpem quidem matrimonii
2 liceat violare. *ut hic.l.propter.7.C.eod.* Cum † ſponſalia vinculum inducant ad matrimonium contrahendum, quod non niſi repudio ſolvi cenſetur, *fac.l.2. §.in ſponſalibus. ſup. de Divor. Et Rep.* nec alias bina ſponſalia contrrahere licet, niſi prioribus ſit renuntiatum. *l.1.ſup.*
3 *de His Qui Not. Infam.l.eum qui duas.C.h.t.* Minuſque ad rem facit † l. miles.*11*.§.quærebatur, ſup.eod. quia ea obtinet, ſponsâ (quæ ante alicui fuit) jam nunc alteri in matrimonium datâ. *ut ib.in tex.* Sunt enim hoc caſu ſponſalia ſoluta.

Ad l.is cujus.14 § fin.

QVi jure mariti accuſant non omnino calumniæ periculum evitant. *ut hic.* Hoc ita ſi calumnia eorum evidens ſit; alias enim non ita facile calumniæ periculum incurrunt, *l auxilium.37.ſup.de Minor.*

Ad l.ſi poſtulaverit 27.§.jubet lex.

1 REcte † hic annotatum eſt, Bonis alicujus publicatis, una & publicatum uſumfructum eſſe; non quidem jus ejus ipſum quod perſonæ cohæret, ſed percipiendi fructus facultatem. *ut hic.* Vt ſc. † alias
2 uſusfructus quoque haud aliter alienari poteſt, *l.arboribus.§.uſufructuarius.ſup.de Vſufr.* Idque recte Gomeſius probat, *poſt alios allegatos ab eo c.15.tit.de Serv.n.18. & Placa in epitome delictorum.c.22.n.39.* Nec †
3 mutat quod fiſc⁹ extraneo heredi comparari poteſt, in quem uſusfructus non tranſit, (quâ ratione diſſentiunt alii *Giges.de Crim.læſæ maj.lib.2.tit. de Pœnis committentium.q.13 n.4.Bal.in l.1. C.de Bo. Qua.Lib.*) cum non ipſe uſusfructus ſed percipiendi facultas in propoſito transferatur, quæ & ipſa interim morte finitur. Recte tamen † ſententiam
4 hanc ita temperant, niſi damnatus qua alia maximâ aut media capitis diminutione afficiatur, quia & iis uſusfr. finitur. *arg. hujus l.*

Ad l.Iuliam de Vi publica.

TIT. VI.

Ad l.in eadem. 3.§.eadem.

1 EAdem lege tenetur qui pubes cum telo in publico fuerit.] Idē † vel maximè obtinet ſi quis alterum convocatis hominibus aggrediatur, *l.qui dolo.10.§.pen.inf.eod.* Vt quidem malè Bartolus in diverſum
2 inclinet, *in l.ſi criminis.C.eod.* Nec † mutat d.l.ſi criminis. ubi reſcriptum eſt, hoc caſu obtinere Legem Iuliam de vi Privata: quia utraque ea hoc caſu pariter competit, *d l.10 § pen junc.l.2.inf.de Vi Priv.* Quod
3 ſi † quis accuſationem ex utraque lege inſtituere conetur, pœnam eligi oportet quæ de vi privata eſt, *l.ſi præſes.32.de Pœn.*

§. Præ-

§.Præterea.] QVi ſtuprum † alicui vi intulit hac lege tenetur. *ut hic.* Cujus ſc, pœna eſt aquæ & ingnis interdictio, *l. qui dolo. 10. §. fi. inf. eod.* Non igitur † pœna mortis eſt, quod malè Clarus perhibet, & Boſſius probat, *tit. de Coitu damn. n. 19.* Ceterum † ex Conſtitutione Caroli Quinti ſtupri pœna mors eſt, niſi quod pro cricumſtantiarum varietate moribus introductum ſit ut eam pro arbitrio temporet judex. Maſcula enim venus ex Conſtitutionibus novis exuſtione punitur etiam in volentes commiſſa, qui & ipſi puniuntur. 1 2 3

Ad l. qui cætu. 5. §. ſi de vi.

SI de vi † & proprietate quæratur, prius de vi, tum de proprietate cognoſcendum eſt, poſſeſſionis n. vox hic uſurpata pro proprietate eſt, ut ipſe textus indicat, & reſponſo alio cōfirmetur. *vi. l. ſi de vi. 30. ſup. de Iudic. l. interdum. 78. de Verb. Sign.* Atque ita † intelligenda eſt lex, ſi quis ad ſe fundum. *C. h. t.* Nam ſi de † vi & poſſeſſione quæritur, prius de poſſeſſione cognoſcendum, ut conſtet uter alteri vim intulerit *l. 1. C. de Appell.* Quid vero juris ſit quo caſu de poſſeſſione & proprietate † ſimul agitur plene ſupra docuimus. *ad d. l. ſi de vi. de Iudic.* Illud hic commode † quæritur, num qui de vi convenitur, exceptionem obijcere dominij poſſit: Dubium movet juris regula, quâ dicimus: dolo petere eum qui mox reſtituturus eſt *c. dolo petit. de reg. jur. in 6.* hoc tamē dicendum non eſt, quia quæſtio violentiæ quæſtionem dominii perimit, *juxta l. exſtat. Quod Met. Cauſa. l. meminerint. & l. ſi quis in tantam. C. Vnde Vi.* Nec mutat † regula juris in d. c. dolo: quia ea ita obtinet, ſi agatur poſſeſſorio, & dominii exceptio opponatur quæ mox probari poſſit. Nam & aliàs cauſa dominii altiorem indaginem requirit, & interdicta effectum ſortiuntur. 1 2 3 4 5 6

Ad l. qui dolo. 10. §. pen.

Vide quæ nos ſupra *ad l. 3. §. eadem. h. t.*

Ad L. Iuliam de Vi Privata.

TIT. VII.

Ad l. 2.

Vide quæ nos pluribus ſupra ad l. 3. §. eadem. tit. 1.

Ad L. Corneliam de Sicariis & Veneficiis.

TIT. VIII.

Ad l.1.§.Divus.

QVi cedem commiſit abſque animo occidendi, hac lege non tenetur. *ut hic.* cum ſc. voluntas non exitus in maleficiis ſpectetur. *ut in L. Divus.14.inf. eod.* licet interdum inter ceteras circumſtantias in pœnis irrogandis quandoque ratio eventus habetur. *L. aut facta. §. eventus. inf. de Pœn.*

§.pen.& fin.

1 REcte † ex hoc §. notatum eſt, eum qui juſto dolore vel cauſâ motus cedē commiſit, ordinariâ pœnâ legis non teneri. *convenit l. ſi adult. §. imperatores. ſup. Ad L. Iul. de Adult. fac. l. qui eum. §. ſi libertus. ſup. de Bon. Lib. Gail. 2. Obſ. c. 110. n. 15. Tiraq. de Pœn. Legum. Cauſa. 1. n. 7.*
2 Malè † proinde alii diverſum perhibent. *Deci. in l. ut vim. n. 18. de Juſt.*
3 *Et Iu. Bal. in l. 1. C. de Em. Serv.* Nec mutat quod aggreſſus hoc caſu dici poteſt animum occidendi habuiſſe: quia eo ipſo contrarium verius eſt, cum juſta iræ cauſa faciat ut conſilium cedis non videatur habuiſſe.
4 Minuſque ad rem facit l. ſed & † ſi quemcunque. 5. §. pen. & ult. Ad. L. Aq. quia iſta de actione ejus legis obtinet, à quâ ſcilicet, tanquam mitiore, ad hanc multò graviorem parum commode licet argumentari. Quo vero moderamine defenſio ſui inculpata cenſeatur pluribus
5 ſuprà docemus. *ad l. 5. ſup. Ad L. Aq. ubi vide noſtra.* Num † vero ebrius homicidium committens ordinariâ pœna teneatur, videamus, magiſq; eſt non teneri *arg. l. omne 6. § per. vinū. inf. de Re. Mil.* niſi tamē leviuſculè tantum inebriatus ſit, vel conſtet aliunde de propoſito occidendi ante inebriationem ſumpto. *arg. l. quod quis ſua culpa. 203. de Reg. I. Ju. Weſ. in Comen. h. t. & adde And. Gail. lib. 2. c. 118. Obſ.*

Ad l.2.

INauditum filium pater occidere nequit, ſed accuſare eum apud magiſtratum tenetur. *ut hic.* Arctata enim hodie, *ut* dominorum in ſervos, ſic & patrum in liberos poteſtas eſt. Adeo quidem ut filium occidens hodie quoque paricidii teneatur, *l. 1. C. de His Qui Par. Vel Lib. adde Gotofr. hic. & Cujac. lib. 6. Obſ. 17.* qui poſterior tamen d. l. 1. non videtur obſervaſſe, cum ſtatuat patrem in filium non committere paricidium.

Ad l.3.§.2.& 3.

Vide quæ nos infra eod. t. ad l. 7.

Ad l.in lege.7.

1 IN hac † quidē lege dolus pro facto accipitur, *ut hic. fac. l. Divus. inf. eod.* culpa tamen etiam lata non habetur pro dolo, contra quam in depoſito & pleriſque cauſis pecuniariis obtinet, *vide l. quod Nerva. & ibi DD. & noſtra ſup. depoſ. cum ſimil.* Quid ergo ſi quis aliquem,
2 non interficiendi animo, poculo amatorio interficiat? culpam latam committit, & idcirco pœnam hujus l. non incurrit: & hoc, dicendum
3 videtur *ut hic. fac. l. 3. §. ſed ex SC. ſup. & l. Div'. inf. eod.* Sed obſtat † l. ſi quis.

quis.38.§.qui abortionis.inf.de Pœn.magiſque eſt,quia mali exempli res eſt,pœnam ordinariam ſaltem eo caſu obtinere, ut & in ſpecie l.3.§.alio SClto.ſup.h.t.

Ad l.furem.9.

FUrem nocturnum ſi quis occiderit,ita demum impune feret, ſi parcere ei ſinè periculo non potuit. *ut hic.* Obſtat L.XII.Tabularum quæ furem nocturnum omnimodo occidi permittit, diurnum ita demum ſi ſe telo defendat ne apprehendatur *l.ſi pignore.§.furem.De Furt.l.4.ad L.Aquil.* Ea tamen pars legis XII, Tabularum quæ de fure nocturno agit non videtur fuiſſe in uſu, ut probabili ratione Cujacius autumat,&hoc caput confirmat. Valet tamen hodie quoque Lex XII. Tabularum in agro, idque ex Conſtitutione legis.1.C. Quando Lic.Vnicuique Se Sine Iud.Vind. Vnde & interpretes Græci d.l.4. Ad L. Aq.accipiunt de fure nocturno. Eoſque Cujacius ſequitur,*lib.14.Ob.15.* 1 2

Ad l.Divus 14.

IN maleficiis voluntas pro facto habetur. *ut hic.* Cogitationis tamen nudæ pœnam nemo patitur.*l.cogitationis.inf.de Pœn.* Niſi tamen ea jam pervenerit ad aliquem actum; ut ſi quis hominis occidendi cauſa cum telo ambulaverit.*l.1. princ.ſup.eod.* Committuntur enim delicta re ſeu maleficio ipſo.*l.4.ſup.de Oblig.*

Ad l.nihil.Intereſt.15.

NIhil intereſt occidat quis an cauſam mortis præbeat.*ut hic.* Intereſt tamen eatenus in lege quidem Aquilia, ut qui occiderit directâ,qui cauſam mortis præbuit utili ejus legis actione teneatur.*l.item.9.Ad L.Aq.*

Ad L.Cornel.de Falſis

Tit. X.

Ad l.Arthales.

SErvus qui adſtiterit ei qui teſtamentum falſum arguebat,etiamſi ſecundum teſtamentum judicatum ſit ,conſequitur libertatem & fideicommiſſum eadem diſpoſitione relictum. *ut hic.* Quod ſi teſtis falſus fuerit ut teſtamentum falſi convincatur,privatur utroque.*l.5.§.an libertas.d.His Quæ Indig.*

Digitized by Google

Ad SC. Turpilianum. & de Abolitionib. Criminum.

TIT. XVI.

Ad l.1.§.Incidit in hoc SC.

IN SC.Turpilianum peccat etiam qui accuſatorem ſummittit,aut inſtigat, dando probationes, *ut hic*, quod ſi quis aliquem ſimpliciter, nec, dando probationes,inſtiget,pudor potius oneratur,*l.ob hac verba. ſup. Qui Not. Infam.*

Ad l.7.princ.

COnvenit huic loco fere l.*5*.§.fin.ſup.de Accuſ.Sed obſtat ei. l.*12*.§.*1*.ibidem Ea tamen obtinet in ſpecie facti ibi propoſita,ut ſc. poſitus in dignitate repeti nequeat,uti idem nec accuſari poteſt.Licet repetatur recte dignitate finitâ. *arg.hujus l.*

Ad l.11.

OBſtat huic legi l.*1*.§.accuſationem. ſup.eod.ſed ibi agitur de eo qui præſcriptione quidem repelli poterat, nullâ tamen objectâ deſtitit.

De Queſtionibus.

TIT. XVIII.

Ad l.1.

1 AD fidem † commiſſi delicti explorandam quæſtiones receptæ ſunt. Quando tamen iis locus ſit acriter expendēdum eſt,cum id quidē fere in facto conſiſtat, & ad eas non devenaitur niſi reus ſuſpectus & argumentis ſeu indiciis prope videatur convictus *arg.§.1.2.& 3.*
2 *hic.*Quid igitur, † ſi quis inimicus ejus fuerit qui peremptus eſt,utrum id ſufficiat ad torturam,& eò quidem Speculator inclinat, *tit. de præſump.§.ſpecies.num.5. & Felin.in c.afferr.n.12. de Præſumt.* Movet eos quod voluntas inimici prava & odio conjunctaſit, *fac.l.ſi inimicitia.de His Quib.ut Indig.& §.cum quis.26.in hac l.* Sed cum indicia & argumenta propinqua eſſe oporteat, urgentia item, & certa, *l. milites. §. oportet.C.h.t.*rectius alii diverſum ſtatuunt,*Clar. Q.21.verſ.inimicitia. vi Gabriel.lib.7.Com.Concl.1.de malef.conc.18. Menoch.de Præſumt.19. n.50.*

§. 1.

Digitized by Google

§.1.Divus Severus.] SOla † confeſſio non ſufficit ad condemnandum reum, niſi & probationes accedant. *ut hic.* At obſtat † l. qui ſententiam.C.de Pœn. ubi confeſſio aut probatio requiritur: ſed confeſſionem ibi intelligimus aliis argumentis confirmatam. Denique & † hac lege confutatur ſententia eorum, qui exiſtimant confeſſum à ſe cedem commiſſam ad ſui defenſionem, pœnâ homicidii condemnandum, niſi probet contrarium. *Dec in c.cum venerabilis.n.20.de excep. Soc.Sen.in l.non utique.de excep.* Cum rectius dicamus id non aliter dicendum quam ſi indicia improbitatis ejus qui cedem fatetur, aliaque urgentia concurrant. *arg.hujus l.* Adde his quę nos pluribus ſupra *ad l.inde. Neratius.23.§.fin. Ad L.Aquil*

1
2
3

§. Cum quis.] Allegatur in noſtris ſupra ad initium hujus l.

Ad l.quæſtionis.7.& l.8.

SI tortus neget delictum, variatum eſt, utrum condemnandus ſit, an abſolvendus: magiſque admittendum neutrum eſt, *arg. harum ll.* Nec mutat l.1.§.quæſtioni ſup eod. quia ea reum non arguit abſolvendum: ratioque viva eſt cum indiciis ſit oneratus, nec ad torturam antè deveniatur quam delictum eſſe commiſſum reo probabile ſit, *l.milites. C.de Quæſt.* Vnde & cauſa cognitá demum fides quæſtioni adhibenda eſt *d.§.quæſtioni.* quo facto, ſi aliis probationibus non convincatur deliquiſſe, ſententia potius ſuſpendenda eſt, & unà pro re natá judicio cavendum, ut condemnetur reus, ſi forte poſtea probationes ſufficientes deprehendantur. *l. ſi quis adulterii. C. Ad L. Iul. Adult.* Idque fere moribus ſervatur.

Ad l.repeti.16.§.1.

COnfeſſus de ſe in alium torqueri non poteſt *ut hic.* An ergo non in ſocium criminis torquebitur? inepta quæſtio eſt, cum & hic, ſi confeſſus ſit, excipi nulla ratione poſſit, idque plerique probant, *vi. Boer.q.319. n.1. Menoch. de Arb. Iud. caſu 474.* contra quam Baldus diſputat *lib.1.conſil.95.* Nec ad rem facit l. qui ultimo. De Pœn. in fi. quia ea pertinet ad caſus ſpeciales & in quibus id permittitur jure. *vi.gl.ibid.*

De Pœnis.

TIT. XVIIII.

Ad l.1.

Vi. noſtra in l.pen. Si Ex Nox. Cau. ſuprà.

Ad l.prægnatis.3.

Vide noſtra ſuprà ad l.7. De ſtatu Hom.

Ad l.abſentem.5.

EX hac l, inter † cetera conſtat, ex præſumptionibus hominem damnandum eſſe, *adde l.ult.C.de Prob. l.qui ſententiam. C.de Pœn.* Nec 1

Digitized by Google

mutat ‡ l. ſi quis adulterii. C. Ad. L. Iul. de Adult. quia ſpecies ejus incidit in id genus præſumptionis quod juris & de jure DD. nuncupant.
3 Minuſque † ad rem facit l. 1. C. Ad L. Corn. de Sicar. & l. ſi non convitii. C. de Injur. quas & alii ex adverſo allegant, quia manifeſtum earum argumentum eſt, ut ſi delictum probetur ab accuſatore, viciſſim reo facultas ſit probandi abſuiſſe dolum malum. Namque id omnino alienum à propoſito eſt. *Vi. noſtra ad l. 7. & 8 ſup. de Quæſt.*

Ad l. hodie. 13.

1 HOdie extra † ordinem cognoſcens pœnam pro arbitrio infligit,
2 dum tamen rationem, hoc eſt modum, non excedat. *ut hic.* Sed obſtat † l. ordo. 8. ſup. de Publ. Iud. ubi dicitur, pœnam legum durare. Et qnidem magis eſt etiamnum pœnam legis obtinere. Cum quidem facti quæſtio in arbitrio judicis ſit, non autē pœna legis, *l. 1. §. 4. Ad SC. Turp.*
3 *l. ordine. Ad Municip.* Quod † igitur hic dicitur extra ordinem cognoſcentem ſententiam poſſe ferre quam vult, id ità accipimus reſpectu judicum veterum qui judicabant ex præſcripto magiſtratuum quibus de publicis judiciis cognitio erat. Quin & ita hæc accipi poteſt ut ubi pœnę variæ eiſdem conſtitutę delictis ſunt, eligat judex quam vult. *adde Fach. lib. 9. Contro. c. 1.* Modus verò ſeruandus eſt ex legum præſcripto *l. aut facta, & l. perſpiciendum de Pœn.* pro circumſtantiarum varietate.

Ad l. ſi diutino. 25.

1 IN reatu ‡ ſunt qui rei ſunt donec vel condemnentur vel abſolvantur, ut rectè recentiores docent, *arg. hujus l. Corraſ 2. Miſcel. c. 20.*
2 *Alciatus. 2. Parad. c. 19. Budæus & Gotofr. hic.* Minus recte igitur ‡ Accurſius quique eum ſequuntur, reatum eſſe quoque conditionem ejus qui crimen admiſit. Recte tamen iidem ſi quis olim ſemel forte deliquerit, poſteaque diu mores emendarit in melius, in eo minvendam pœnam eſſe. *arg. l. ſi pœna. ſup. h. t.*

Ad l. mandatis. 35

VIde noſtra ſupra ad l. Divus. Pius. 3. de Cuſtod. & Exhib. Reor. ubi & hæc explicatur.

Ad l. fin. princ.

PRæſes provinciæ nemini exercitio artis ſuæ interdicere ultra tempus officii poteſt. *ut hic.* Nec mutat l. 1. §. fi. ſup. de Off. Præſ. urbi. ea enim ad profeſſiones & exercitia cetera pertinet, non ità neceſſaria, hæc vero ad artes neceſſarias.

LIBER

Digitized by Google

LIBER XLIX.

De Appellationibus & Relationibus.

Ad l.1.§.huic conſequenter.

VIde quæ nos pluribus ſupra *ad l.quod juſſit.n.15.de Re Iud.* ubi plene tractamus an & quatenus ab interlocutionibus appelletur, idque ex utroque Iure tam canonico quam Civili.

Ad l.ab exſecutore.4.princ.

AN & quatenus ab eo qui ad exigendum requiſitus eſt appellari poſſit, pluribus tractamus ſuprà. *in l.ſi prætor.73.n.2.& 3,quo & hoc reſponſum referendum eſt.*

Ad l.non tantum.6.

ARgumento † hujus textus conſtat, olim appellationem eorum qui ob crimen damnati erant prorſus, favorabilem fuiſſe *ut not hic.* 1
Hodie tamen obſervatum moribus eſt ut in criminalibus non appelletur. Quod ut alibi paſſim, ita vel in primis receptum conſuetudine Germaniæ eſt. Quam tamen accipiendam cum modo eſſe, ita ut in criminibus flagrantibus obtineat ubi purgationis nulla cauſa eſt, alii tradunt, *Mollerus l.4.Sem.c.33.* 2

Ad l.cum ex cauſa.11.

QVi judice † jubente ex cauſa judicati pecuniam ſolvit, poſtea medio appellationis meliorem ſententiam meruit, ſolutum repetit, *ut hic.* Si appellatum non ſit, etiamſi injuſte judicatum ſit, repetitio ceſſat, *l.ſi fidejuſſor.29.§.in omnibus.ſup.Mand.* Plane ſi † ex falſis inſtrumentis quis condemnetur perinde reſtitutio datur, *tot.tit.C. Si Ex Falſ. Inſtr. l.Divus ſup.de Re Iud.vide noſtra.lib.3.Subtil.c.17.adde Coſtal.in l,3.§.idem ſcribit.ſup.de Pecul.* 1 2

Quis à quo appelletur.

TIT. III.

Ad l.1.2.3.

IS qui mandavit † juriſdictionem ab eo cui mandata eſt, non appellatur, quia ipſius loco eſt *ut in l.ult hic.* ſed qui judicem dedit à judico dato 1

dato magiſtratus appellatur. *l. ult. hic.* Quod vero *in l. 2. hic.* † dicitur à legato præſidem ipſum appellari, exceptio eſt à definitione legis *1.* hic. Niſi forte legato non juriſdictio mandata ſit, ſed ipſe judex ſi datus, tum enim *ut in l. ult hic.* præſes appellatur ipſe. Denique Regulare hodie eſt ut à magiſtratu minore provocetur major *l. 1. §. 3. ſup. de Apell. not. in l. 1. hic.* Sed hoc olim ità fuit, ut & una appellari Romæ magiſtratus poſſet paris poteſtatis ut quidem alibi pluribus docemus. *vide ſubtil. noſtra lib. 1. c. 14.*

Quando Appellandum ſit & inter quæ tempora.

TIT. IV.

Ad l. 1. § fi.

1 DOminus etiam † abſens poteſt provocare, niſi per procuratorem fuerit defenſus. Quod ſi igitur defenſus non fuerit, hoc eſt, ſi ipſe emanſerit & procurator, appellare poteſt idque intra biduum aut triduum (quod hodie indifferenter eſt decendium *Nov. de Appel. c. 1.*) utile, hoc eſt quod currat demum ex eo quod dominus cognovit ſententiam ſibi adverſam latam. Niſi tamen vera contumacia admiſſa ſit. *l. & poſt edictum. 73. ubi & vide noſtra. ſup de Iud.* Sed illud notandum †
2 quod hic dicitur, ſi procurator qui cauſam defendit non provocaverit, dominum difficilius audiri, *ut hic. in fi.* Cui conſequens eſt ut ex cauſa moventi eum audiendū par ſit, idque medio reſtitutionis in integrum, ut ſi procurator non ſit ſolvendo. *Baldus in l. ab eo. num. 6. C. Quom. Et Quan. Iud. & poſt eum Gail. lib. 1. Obſ. 139. n. 9. in fin. & eod lib. 1. Ob. 45. per tot. Afflic. deciſ. 334.* aut ſpecialiter non cōſtitutus proſecutioni litis *not. gl. in c. clam. cauſā. verb. ſpecialiter. de elect. Spec. tit. de appell. §. qualiter. n. 11.* Niſi hoc caſu quoque decendium utile domino ſupereſſe dicamus, quod & magis eſt, *arg. hujus tex.*

De Appellationibus recipiendis vel non.

TIT. V.

Ad l. ult.

1 QVod dilationem † non patitur appellationem non admittit. *ut hic.* An ergo à cauſa poſſeſſionis appellari poſſit, videamus. Dubium movet l. 1. C. Cum de Mom. Poſſ. Fu. Appel. Magis tamen eſt, appellationem

tionem non aſpernandam, ſed nihilominis ſententiam mandandam exſecutioni eſſe. Et ita accipienda eſt d. l. *1. quo inclinat Bart. in l. 2. ſup. eod.* Num † vero diverſum dicendum ex Iure Canonico ſit? & hoc non- 2
nullis viſum eſt, *Panor. in c. cum ad ſedem n. 30. de reſt. ſpol. Covar. Prac. Quaſt. c. 23.* ſed rectius id quoque ex ſententia Doctorum juris civilis accipimus, *itaque accipe d. c. cum ad ſedem. item clem. 1. de cauſa poſſ. & prop. clem. un. de ſeq. poſſ. & propr. Fach. lib. 1. Contr. c. 75.* Plane quod hic de cauſa poſſeſſionis dicimus, idem & ad cauſam alimentorum pertinet, ut recte annotatum eſt, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. ad rubr. de Appell. Bal. Novel. de dote p. 8. princ. n. 7.* In omnibus enim cauſis appellare licet, *l. & in majoribus. C. de Appell.* niſi id prohibeatur, prohitum vero id in propoſito non eſt, ut rectius dicamus cauſam interim exſecutioni mandari.
3

Neve ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur.

MAle Menochius id ita temperat ut appellari quidē poſſit non autē exſecutio impediri, *Menoch. Rem. Adipiſc. poſſ. 4. n. 127.* Verius n. eſt exſecutionem impediri nec appellationem ullâ ratione admitti, *ut hic. in tex. & l. quiſquis. C. Quor. Appell. Non Recip. Bart. in d. l. 2. ſupra.*

De Iure fiſci.

TIT. XIV.

Ad l. 1. §. An bona.

QVod † hic dicitur ad fiſcum bona deferri, argumentum aliquibus 1
præbuit, ut dicerent fiſcum non eſſe heredem. Quod quidem magis eſt, *arg hujus §.* Quia † tamen fiſcus univerſitatem bonorum ali- 2
cujus conſequendo heredis inſtar eſt, *l. 2. C. Ad L. Iul. de Vi Publ. l. ſi marito. ſup. Soluto Matr. l. 2. C. de Sent. Paſſ. cum ſim.* Panormitanus annotat, bonis ad fiſcum devolutis, electionem creditoris eſſe utrum fiſcum an fidejuſſorem conveniat. Nec mutat † l. 3 & l. ſententia. 23. C. 3
de fidejuſſ. eæ enim obtinent jure conſtitutionum. Quo ſc. electio creditoris, principalem an fidejuſſorem convenire vellet, fuit regulariter, *l. 2. C. eod.* Sed hoc Iure † Novellarum mutatum non eſt, niſi abſente 4
principali, *Nov. 4. c. 1.* Denique & olim principalem ante fidejuſſorem conventum fuiſſe oportuit, *l. Moſchus. inf eod.*

Ad l. 3. §. penult.

THeſaurus † etiam in loco religioſo aut monumentis inventus fiſco 1
cedit pro dimidio. *ut hic. & c. un. in fine. Quæ ſint regal. in uſib. feud.* Locum vero religioſum hic dici pro ſancto, monumenta pro religioſo veroſimile eſt. Obſtat. tamen huic §. tit. Inſt. de Rer. Diu. §. theſauros. 2
ubi totus theſaurus cedere dicitur inventori: ſed hoc reſpectu juris naturalis, eo quod loca ſacra & religioſa nullius in bonis ſunt: titulus

Digitized by Google

etiam de Rerum Diviſione & acquirendo earum dominio, pertinet ad modos acquirendi dominii jure gentium ſeu naturali. Locus igitur hic
3 noſter † pertinet ad æquitatem civilem, ut ſc. augeatur ærarium ex eo quod neminem reddit pauperiorem. *Adde Dn. Lyckluma. 3. Memb. c. 7.*

Ad l. non puto. 10.

Vide noſtra ſupra. *ad l. ſi pignus. 8. Qui. Pot. In Pig. Hab.*

Ad l. res. 22. §. res.

Vide noſtra late ſupra, *ad l. ſi pignus. 8. Qui Pot. In Pig. Hab. n. 1.*

Ad l. ſi qui mihi. 28.

Vide noſtra late ſupra *ad d. l. 8. Qui Pot. In Pig. Hab. n. 7*

Ad l. Divus. 31. & l. 32.

Vid. noſtra ſup. de Teſtam. ad l. obſides. 11. quo hæ ll. referendæ ſunt.

Ad l, aufertur. 46. §. fiſcus.

Vide noſtra late ſupra *ad d. l. 8. Qui pot. In Pign. Hab.*

Ad l. Moſchis. 47.

1 VErb. Reliquum poſſeſſorem omnem) Male Ioan. Fab. arg. † hujus loci probare nititur, eum qui plures res obligatas habet, cogi agere in poſſeſſores ſingulos, pro quota. *Joan. Fab. in §. item ſi quis in fraudem n. 26. Inſt. de Act. ſeq. Chaſſan. in Conſu. Burgu. rub. 5. §. 2. n. 37.* Rectius enim alii conveniri ſingulos poſſe, *Bart. hic. Jaſ. in d. §. item ſi quis. n. 128. Inſt. de Act. Specul. de Obl. & ſol. §. 1. n. 46. verſ. item debitor mens.*
2 *Covar. 3. Var. Reſol. c. 7. n. 7.* Non † mutat hic textus, quia poſſeſſorem omnem accipimus pro poſſeſſore quocunque, ut ſc. diſcuſſis heredibus in quemcunque pignoris poſſeſſorem agatur. Niſi enim id dicamus, ſine facto meo jus meum dividi poſſet à tertio. Quod tamen abſurdum
3 foret, *arg. l. quod noſtrum. de Reg. Jur.* Denique & ipſo jure † nomen meum hac ratione divideretur alienatione in ſpeciales ſucceſſores &
4 quidem ſine meo conſenſu, † quod & ipſum abſurdum foret. Cum id in ſucceſſione heredum univerſali ſpeciale ſit.

De Captivis & Poſtliminio, &c.

TIT. XV.

Ad l. ſi captivus. §. 1.

Vide noſtra ſupra in l. 5. §. fin. de Acq. Rer. Dom.

De Re Militari.

TIT. XVI.

Ad l. milites. 13. §. miſſionem.

Vide noſtra ſupra, de His Qui Not. Infam. l. 1.

LIBER

Digitized by Google

LIBER L.

Ad Municipalem.

Ad l.ſimile privilegium.

Obſtat l.ſi pignus.ſup.Qui Pot.In. Pign.Hab.ubi vidè noſtra.

Ad l.ea quæ.

Vide noſtra ad l. *1*.ſup.de Iuris dict,num.*13*.

Ad l.Roma.

ROma ‡ communis noſtra patria eſt. *ut hic*.Ratio eſt quia ex Conſtitutione Divi Antonini omnes effecti cives Romani, qui in orbe 1
Romano,ſumus.*l.in orbe.ſup.de ſtatu Hom*. Varia ‡ tamen Civium Romanorum genera fuere, alii enim urbani erant qui potiſſimis gaudebant privilegiis, alii ſoli Italici qui paulo minoribus gaudebant,alii 2
provinciales,qui in provinciis degebant. Quin ‡ & in ipſis provinciis oppida præſtantiora fere præ ceteris pluribus donata privilegiis erant, iiſque rurſus inter ſe diverſis,ut alibi explicamus. *vide noſtra lib.1.Politicor.plene.* 3

Ad l.ſcire.

QVi in agro permanet, cum præcipuis civitatis non utatur, incola non habetur. *ut hic.& l.3.C.de Incol.* Pomponius contra, *l.Pupillus.239.§.incola,inf,de Verb.Sig.* ſed ejus ſententia ita obtinet ut in finibus territorii alicujus degens quidem incola ſit,non tamen ut reſpectu munerum & honorum talis exiſtimetur,*ut hic.& d.l.3.*

De Decurionibus.

TIT. II.

Ad l.2.§.in filiis.

Vide noſtra pluribus ſuprà ad l,*5*.de Senator.

Ad l.ſpurii.6.princip.

PRincipium hujus l.quo traditur,ſpurios eſſe decuriones poſſe,hodie moribus in pleriſque bene conſtitutis civitatibus ſublatum eſt. Licet revera non ſit, impedienda dignitas ejus qui nihil admiſit,*ut hic.*

§.Pater.] OBſtat huic §. l. cum appellaſſe.C. de Filiiſfam. & Quemad. Pat.lib.*10*.quia ibi nomine ſuo cenſetur

Digitized by Google

appellaſſe, hic nomine filii, ut ſc. una conteſtatus ſubintelligatur pater, ſe non conſentire.

De Munerib. & Honorib.

TIT. IV.

Ad l. ut gradatim. 11. §. reprobari.

MEdicus à republica reprobari poteſt, licet alias ſit probatus, *ut hic*. In plerisque tamen aliis caſibus ita obtinet, ut quod probatum ſemel eſt, denuo probari non poſſit, *l. 9. de Neg. Geſt. tum ſimil.*

§. Munera quæ] Ad hunc §. vide infra tit. prox. l. *2.* §. *1.*

Ad l. honor. 24. §. 1.

Vide noſtra in l. *6.* §. tutela. *15.* de Excuſ. Tut ubi & hic §. allegatur.

De Vacatione & excuſatione munerum.

TIT. V.

Ad l. 2. §. 1.

1 NVmerus † liberorum aut ſeptuaginta annorum, ab honoribus & muneribus iis cohærentibus excuſationem non præſtat; à mune-
2 ribus civilibus præſtat. *ut hic*. Duodecim † quoque liberorum pater à
3 decurionatu excuſatur, *l. ſi quis decurio. C. de Decur. lib. 10.* Sed à † muneribus patrimonialibus nemo ob numerum liberorum excuſatur *ut in §. qua patrimoniorũ. in hac ead. l. l. ſunt munera. inf. eod. l. reſcripto. §. munera quæ. ſup. de Mun. Et Hon. l. 5. C. de Mun. Pat. lib. 10. l. 5. C. de His Qui Num. Lib. lib. 10.*

Ad l. ſunt munera. 11.

Vide noſtra ſuprà ad l. *2.* §. *1.* h. t.

De Decretis ab ordine faciendis.

TIT. IX.

AD l. ambitioſa. *4.* & ad l. ult. vide quæ nos pluribus ſupra *Ad l. Omnes populi. de Inſt. Et Iure.*

De

Digitized by Google

De Pollicitationibus.

Tit. XII.

Ad l. Pactum.

DE differentia Pacti & Pollicitationis vide noſtra ſupra *ad l. 1. de Pactis.*

De extraordinariis cognitionibus & ſi judex litem ſuam feciſſe diceretur.

Tit XIII.

Ad l. 1. §. In honorariis.

REcte & ſuo loco DD. hic de honorariis advocatorum tractant, de quibus tamen nihil hic addimus, eo quod hæc hodie fere conſtituta varie pro varietate locorum ſint. Plerumque tamen arbitraria ſunt. Generaliter interim in iis majorem decet rationem, quam hodie paſſim fit, haberi par foret æquitatis cum nimiam hac in re & præter modum licentioſam rapacitatem permiſſam videamus. Tametſi re bene ſuccedente, liberale utcunque premium largiri parti honeſtum, nec inhoneſtum advocato ſit.

Ad l. ult.

Vide noſtra ad l. 15. ſup. de Iudic. quæ ſolet opponi. Solut. vide ib.

De Cenſibus.

Tit. XV.

AGitur hoc loco de ratione cenſus. Quod eo pertinet, ut poſſeſſores & cives oppidorum tributa pendant fiſco pro modo poſſeſſionum cujuſque, & unà ſecundum privilegia cuique civitati conceſſa, *ut in l. 21. §. fi. de Ann. Leg.* Dicuntur áutem cenſus publicæ tabulæ territorii civitatis cujuſque, quibus tributorum ratio continetur Erat autem tributum duplex, ſoli & capitis, *l. 32. §. fi. de uſufr. Leg. l. ult. h. tit.*

AVTHOR

Author Lectori S.

DE Verborum & Rerum ſignificatione, & Regulis Iuris pluribus agere decretum erat. ſed quia id libello ſingulari fieri & ſingulatim edendo, pluribus de cauſis conducere cenſemus: commentarium in Digeſta Dn. Juſtiani hoc loco finimus.

Errata interim paſsim occurrentia typographica, vel à parum accurata emendatione eorum, quibus id curæ datum ſubinde fuit (cum ne ipſe quidem ob morbum diuturnum quo hactenus affectus fui, vacare ei ſi voluiſſem, potuiſſem) boni conſulere humanitatis tuæ erit.

SOLI DEO GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google